

puli mei: nam occisio improborum est victima gratissima Domino, qua nedum iusti, sed totus ipse mundus lustratur, & purgatur, & à piis in improbos supplicia depelluntur: nam dum ea lustratio non fit, flagella promiscue probos & improbos inuolunt. Vnde hic reddunt: *dedi piaculum tuum Ægyptum. vel tradidi Ægyptum, ut esset pro te piaculum, ut eorum sanguine tua supplicia lueres.* Aprius alij: *dedi in redemptionem tui Ægyptum, &c.* His verbis Deus se seruato-rem esse populi confirmat, primum à recente exemplo, de quo supra cap. 37. v. 9. deinde generali liberationum omnium commemoratione, sequente versu. Est autem exemplum recens regis Thirhikæ, qui Sahcheribo Iudæam infestante, cum maximis copiis aduentavit Ægyptiorum atque Æthiopum: atque ita deniciens in Iudæorum locum (ut loquitur Sapiens Prouerbiar. 11. v. 8.) ipse fufus est, & Iudæi liberati: ac proinde quodammodo Iudæis redemptioni fuit. Hispanicus Interpres exponit: *A Ægypto he dado per tu rescate. id est, Los idolotras impios lleuaran mi ira, no tu: & loque dixo arriba cap. 32. v. 19.*

ÆTHIOPIAM.] *וַיְחַשְׁחֻשׁ*, vide in Genes. 2. v. 13. & in cap. 10. v. 6.

ET SABA.] Heb. *סָבָא* *seba*, cum Samech. vide in Genes. 10. vers. 7. & in Psalm. 71. vers. 10.

VERS. 4.

EX QVO HONORABILIS FACTVS ES &c.] Hunc versum alij ex Heb. transferunt; 1. *Ex quo pretiosus-habitus-es in oculis meis, ex quo honoratus fuisti; & ego dilexi te, & dedi hominem pro te, & nationes pro anima tua.* 2. *Eo quod pretiosus fueris in oculis meis, quodque te magnificerem, id est, reliquis antepone-rem, vel quodque tanti esses, & quod te amore prosequerem; imo quoduis genus hominum pro te expendi, & populos quosuis pro anima tua.* 3. *Ex quo pretiosus visus es in oculis meis, honoratus fuisti, quia ego dilexi te: & subieci homines tibi, & nationes anime tue, seu desiderio tuo, ut Psalm. 26. v. 12. quasi dicat, denique ex quo mihi fuisti peculium, præ omnibus illis populis honore & dominatione valuisti propter amorem meum erga te.*

honorabilis-factus-es. Heb. *pretiosus-fuisti, in pretio fuisti, magni aestimatus-es,*

& gloriosus. Heb. *grauis, honoratus, gloriosus, splendidus, clarus fuisti.*

ET DABO HOMINES PRO TE.] Heb. *& dedi hominem sub te, vel subius te.* Plerique exponunt *pro te*, ut superiore versu, id est, in locum tui, seu loco tui, vel in gratiam tui, nedum Ægyptios & Æthiopus, ut superiore versu, sed etiam plures alios homines & nationes dedi, expendi, concidi, nihili feci. Sic, ut Israelitas seruaret, primogenitos Ægyptiorum interfecit: sic pro salute populi tui sæpe in gentes exercitus, & gentes deletit. Alij, *sub te* seu *subius te.* id est, dedi tibi, tradidi subiectos, subieci tibi homines, feci te illis superiorem, ac dominati in eos.

ET POPULOS PRO ANIMA TVA.] Heb. *& nationes sub anima tua. vel pro anima tua,* id est, pro vita tua, seu ut te viuum conseruarem, nationes multas ac gentes concidi

Maluenda, in libr. Isaie:

Alij: *sub anima tua, id est, sub desiderio, vel pro desiderio, & arbitrio tuo, ut illas pro tua voluntate ageres, & illis vtereris.*

AB ORIENTE ADDUCAM SEMEN TVVM VERS. 5: &c.] *mysterium vocationis gentium ad Christum, ex omnibus orbis plagis venturos ad fidem, qui in semine Abrahami secundum promissionem censentur. Hoc est illud Christi, Matth. 8. v. 11. [Multi ab oriente & occidente venient &c.] ab oriente. Mesopotamia, Chaldæa, Persia, India, Sinarum regione, Iaponiis &c.*

ab occidente. Græcia, Italia, Gallia, Hispania &c.

DIŒAM AQUILONI, DA:] *Germaniæ, Gothiæ, Noruegiæ, Moschouiæ, Sarmatiæ, Scythiæ &c.*

ET AVSTRO. *Africæ, Ægypto, Æthiopiæ, Nubiæ &c.*

ET OMNEM, QVI INVOCAT NOMEN MEVM.] Heb. *Omnis vocatus in nomine meo.* id est, qui dicitur & appellatur meus. Hispanicus Interpres: *Todo llamado de mi nombre.* id est, *mi, mi hijo, mi fiel, mi seruo,* ut vers.

1. Quidam hunc versum exponunt: *Omnes, qui vocat se de nomine meo, quem ad gloriam meam creauit, quem formauit, etiamque fecit.* Gradatio elegans, qua Deus ordinem suæ benignitatis in electos explicat: quia primum inde a creatione instituit illos ad gloriam suam, ex proposito æterno bonæ voluntatis suæ: deinde eos vocat & iustificat, reformatque spiritu regenerationis; ac postremo ornat, & glorificat, ut ait Apostolus Romanor. 8. v. 29. hoc autem significari faciendi verbo sæpius ostendimus, ut Deuteronom. 33. v. 6.

EDUC FORAS POPVLVM CÆCVM.] Heb. *Infinitiuus. Exire-facere, seu educere, producere.* subaudiunt, dixi, vel iussi, seu feci, *populum cæcum.* Alij hunc versum ex Heb. reddunt: 1. *Educam, id est, ab ignorantia, ad Euangelij lucem pertraham, populum cæcum; cui oculi sunt, & surdos, quamuis aures sint eis.* 2. *Omnino propositum est educere populum cæcum, cui tamen sunt oculi; tam surdum quam eos, qui aures habent.* 3. Hispanicus Interpres. *Sacando al pueblo ciego, que tiene ojos: y a los sordos que tienen orejas.* id est, *sacando de esta sancta compañía, y de sus condiciones los hypocritas.* 4. *Produc populum cæcum, cui iam sunt oculi; & surdos, quibus iam sunt aures.* id est, populum Dei, qui ex cæco & surdo, per gratiam Dei oculus & auritus factus est. Ita in bonum, vel in malum hic versus variè accipitur.

OMNES GENTES CONGREGATÆ SVNT SIMVL &c.] Hunc versum quidam ex Heb. ita conuertunt. *Omnes gentes congregentur pariter, & colligantur nationes: quis in illis indicaret istud: vel priora pronuntiant nobis: ut supra cap. 41. v. 21. edant testes suos ut iustificentur: ut supra cap. 41. v. 26. aut audiam, & dicant, Verum est.* id est, cedant veritati Dei: Vltima pars concionis, confirmatio superiorum omnium, ut supra cap. 42. v. 1. dictum est: primum per comparisonem, Dei loquentis eum gentibus obloquentibus Deo, hoc

O o versu;

versu; deinde à sanctissimo testimonio Christi, & Ecclesiæ, sequente versu: ex quibus asseritur categoricè maiestas & veritas Dei ad præstandum ea, quæ dixit, tribus sequentibus versibus, vsque ad vers. 14. siue, vt alij distinguunt, vsque ad finem capitis.

Vt iustificentur. id est, vt iusti pronuntientur, & causam euincant.

VERS. 10. VOS TESTES MEI, DICIT DOMINVS.]

Alij: *vos testes mei estis, dictum Iehoua.* Apostrophe ad pios, qui adunati Christo membra sunt Ecclesiæ.

ET SERVVS MEVS, QVEM ELEGI.] Christus. vt supra vcl. i.

ANTE ME NON EST FORMATVS DEVS.]

Plerique sequuti nonnullos Hebræorum, נוצר *nozar* existimant esse participium *Niphal* constructum, quod sit cum *Patach*, redduntque: *ante me non est formatus*, vel *formatum* aliquid. *Dei-fortis*. vel *non esse formatum Dei-fortis*, vel *à Deo forti*. id est, omnia per me fieri, & sine me nihil fieri eorum, quæ fiunt, neque futurum esse vnquam, Ioan. i. vers. 3. Sed præstat esse præteritum *Niphal*, *ante me non est formatus Deus*. vt plures accipiunt, nam Scriptura de Deo humano more loquitur: & dicitur hoc ad aliorum deorum extenuationem, qui esse aliquando cœperint, cum à suis cultoribus ficti sint: cum Deus ab æterno fuerit. Vide Theaurum Sanctis, colum. 1029.

VERS. 12. EGO ANNVTIAVI, ET SALVAVI, &c.]

hunc versum alij ex Hebr. traducunt: *Ego indico, & seruo, & prænuntio, non autem illus in vobis alienus Deus: & vos testes mei estis, dictum Iehoua, me Deum-fortem esse.*

VERS. 13. ET AB INITIO EGO IPSE.]

Hebr. *Etiã à die ego ipse.* Alij: 1. *Etiã, ex quo dies esse cœpisset, ego eram.* 2. *Etiã præ die, vel ante diem, seu antequam esset dies, ego ille sum.* 3. *Quodque ab æterno ego ille ipse.*

OPERABOR, ET QVIS AVERTET ISTVD?]

Quidam: *opus faciam, & quis reuocabit illud?* Hispanicus Interpres: *Si yo hiziere, qui en lo estoruara?* Hebr. *fœminee effertur: operabor, quis reueri-faciat eam.* scilicet, rem. Sed fœminea in his loquutionibus passim pro neutris vsurpantur. Nonnulli: *quum operor, quis aueriat illam.* scilicet, manum, quæ proximè præcesserat. vide supra 14. v. 17.

VERS. 14. HÆC DICIT DOMINVS REDEMPTOR

VESTER, &c.] Alij: *Sic ait Iehoua vindex*

vester, sanctus Israelis, &c. His faciunt initium capitis 43. & illud continuant vsque ad vers. 6. capitis 44. vnde ipsi exordiuntur caput 44. Hanc concionem, inquit, ita componendam, & distinguendam integro hoc cap. 43. vt fecimus, res ipsa loquitur. Estque tota quoddam veluti argumentum breue sequentium capitum. Duo enim summam continet, quæ copiosius deinceps exponuntur: casum regni Babylonici, duobus primis versibus; & liberationem populi, reliquo capite, siue vsque ad vers. 6. cap. 44. in nostra distinctione.

PROPTER VOS EMISI IN BABYLONEM.]

Alij: *propter vos missurus sum in Babyloniam.* id est, vt vos gratiosè liberem & instaurem mitam in Babyloniam Cyrum cum ingenti

exercitu Medorum ac Persarum.

ET DETRAXI.] Hebr. *& descendere-faciam, detraham, deponam, deiiciam.*

VECTES VNIVERSOS.]

בריחים *barichim*, propriè, *transfugitoria, transcursoria, vectes, repagula, transtilla:* vide in Exod. 26. vers. 26.

Quidam: *& detraxi omnes vectes illos.* id est,

optimates, qui scilicet tanquam vectes gestant ac muniunt populum. Alij: *& deiecturus sum vectes omnes.* id est munimenta omnia, synecdochicè: vt 1. Samuel 23. vers. 7. For-

tasse intelligi possint, portulæ illæ ædificatæ in ora fluminis à Nitocri regina, quibus descensus erat in flumen, quas si Babylonij obseruauissent, ipsi pro ripis stantes, Persas pro-

gressos in flumen, veluti in cauea excepissent, inquit Herodotus lib. 1. Num. 191. sed Deus ademit illis mentem, ne portulas vectibus fir-

marent, & obserarent, vt per eas ingrederentur Persæ: ac proinde ait, se deiecturum vectes omnes. vel fortè alludit ad portas Baby-

lonis, de quibus Herodotus lib. 1. Num. 179.

[*Eius per ambitum centum portæ stabant, erant omnes cum cardinibus, postibusque.*]

Nonnulli quia hîc *BARICHIM* scribitur cum *Cameta*, cum pro vectibus scribi soleat cum *Schena*,

BERICHIM, exponunt: *& deponam fugitiuos vniuersos.* vel *profugos vniuersos ipsos.* hoc est,

deponam è sede sua seu dignitate Chaldæos, qui postea fugient nauibus. vel *& descendere-*

faciam. subaudi, in naues, fugientes omnes. Quidam distinguunt: *& descendere-feci:* vt supe-

rioribus nectatur: *missi, & descendere-feci:* deinde sequatur: *fugitiui vniuersi ipsi, & Chaldæi,*

quorum in nauibus est clamor. Sanctes in The-

sauro vertit: *& descendere-feci ligatos-vectibus-ferreis vniuersos ipsos.* Chaldæos.

ET CHALDÆOS IN NAVIBVS SVIS GLORIANTEB.]

Hebr. *& Chaldæos, in nauibus gratulatoria-acclamatio eorum.* Alij: 1. *& Chaldæos, quorum clamor, mœroris & eiulatus, in nauibus est.* hoc est, fugient Chaldæi in nauibus clamantes & eiulantes præ mœrore,

quod deturbati patria possessione sint. 2. *quorum exultatio in nauibus est,* id est, qui nauibus exultant ac superbiunt. 3. *quorum est in nauibus ouatio.* id est, nauibus ouant & triumphant. 4. *Chaldæosque cum nauibus cantus ipforum.* seu *cum nauibus celeberrimis ipforum.*

id est, quas ipsi celebrant, viribus earum præ-

identes, & quarum nomine apud alios decantantur Babyloniorum vires. Erant enim in Babylonia Euphrates, Tigris, Basilius, Nahar-Malcha, Nahar-Sares, Marsias, Pallacopa, & fluuij alij multi, qui magnos lacus, & vastas paludes efficiunt, nauigabilesque, vt ex Plinio, Ptolemæo, Arriano, Amiano Marcellino constat: quibus maxima erat nauigandi per Babyloniã commoditas: tamen ipsa quoque nauigandi facultas, vtendarumque nauium, à Cyro adempta est in expugnatione Babylonis, vt demonstratum est supra cap. 21. vers. 1. Verum hunc locum de celebritate Babylonicarum nauium mirè illustant Plutarchus, & Arrianus. ille in Alexandro: [*Instituit ipse Alexander magna classe deuectus Euphrate Arabiam, & Africam ambire, atque per columnas Herculis mare mediterraneum de-*

currere. Omnis generis nauigia apud Thapsacum parabantur, nauticique & gubernatores conquirebantur undique.] Arrianus lib. 7. Rerum Alexandri, multa de classibus Alexandri apud Babyloniam paratis, prodens, hæc inter alia narrat: [Portum præterea apud Babylonios effodi curauit, qui mille naues oblongas caperet: porticus etiam, & naualia portui adiecit.] Et quamuis hæc multo post tempora Cyri facta fuerint, at satis arguunt Babyloniam multo iam antea multitudine nauium abundasse.

VERS. 15. EGO DOMINVS, SANCTVS ISRAEL, &c.] Quidam: Ego Iehoua sum sanctus vester, creator Israelis, rex vester. Confirmatio à natura Dei, officio & beneficiis.

VERS. 16. HÆC DICIT DOMINVS, QUI DEDIT, &c.] Alij: Sic ait Iehoua, &c. Altera pars capituli, vt dictum est in versum 1. qua Deus primum liberationem populi, profligatis Chaldæis, ad gloriam suam promittit, vsque ad vers. 9. seu 22. deinde populum hypocrisicos nomine reprehendit, vt quisque gloriaturus gloriatur in Domino, vsque ad vers. 16. siue vsque ad finem capituli: postremo, plenam restitutionem promittit in Christo, ad finem vsque capituli, seu quinque prioribus versibus capituli sequentis.

QUI DEDIT IN MARI VIAM, ET IN AQVIS TORRENTIBVS SEMITAM.] Alij: qui edit in mari viam, & in aquis validis semitam. id est, qui in via loca mirificæ reddit peruia, non tantum Ecclesiæ suæ, vt eam liberet (quemadmodum olim factum est in mari rubro, & in Iardene) sed etiam iis, quorum operam Deus adhibet ad vindicandam Ecclesiam, vt Cyro Euphrates factus est peruius ad occupandam Babylonem ab vtraque parte oppidi. Vide Herodotum lib. 1. Num. 191.

VERS. 17. QUI EDUXIT QVADRIGAM, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. reddunt: 1. Qui educit currus & equos, exercitum, & robur, ita vt simul iaceant, & non resurgant, extincti, vt linamentum expirent. 2. Qui educit currus, & equos, copias & robur, pariter iacebunt, non resurgent, expirent vt linum, seu vt elychnium, vt supra cap. 42. vers. 3. extinguentur. id est, duces Chaldæorum singuli cum rege facile debentur. 3. Hispanicus Interpres: Quando el saca carro y cauallo, exercito y fuerça. id est, quando Dios despliega su potentia en fauor de su pueblo: caen iuntamente para no leuantarse: que dan apagados, como pãulo que dan apagados. scilicet, los enemigos.

Et equum, agmen, & robustum. Alij ex Hebr. & equum strenuitatis, & obfirmatum. Sed præstat חזק חזק, absolute accipere, equum, strenuitatem, seu aciem, exercitum, copias, agmen. חזק חזק vero pro adiectiuo accipiunt: & fortem, robustum, vel obfirmatum, vt Psalm. 23. vers. 8. Alij pro substantiuo: & fortitudinem, robur, obfirmationem.

Contriti sunt quasi linum, & extincti sunt. vtitur Hebraicè duobus verbis ferè synonymis, ad maius sententiæ incrementum, quasi dicat, penitus, omnino, nullo negotio, quam facillimè extinguentur.

VERS. 18. NE MEMINERITIS PRIORVM, &c.] Alij: Ne recordemini priorum, & antiqua ne conside-

retis. siue & anteriora ne diligenter obseruetis: Expositio vsus iusti, & finis beneficiorum Dei: nimirum gloriæ ipsius in Ecclesia prædicatio: Hoc autem interdictum non simpliciter, sed respectiuè accipiendum est. quasi dicat, etsi præcedentes liberationes vobis in perpetuum celebrandæ sunt, vt de liberatione ex Ægypto præcipitur Exod. 12. & 13. tamen tanta erit noui huius beneficij dignitas, vt huic vni maximè prædicationi vobis sit incumbendum: vt Ierem. 16. vers. 14. & 15.

ECCE EGO FACIO NOVA, &c.] Hunc versum quidam ex Heb. reddunt: Ecce ego facio nouum quid iam iam efflorescet: num & hoc cognoscetis, &c. Alij: Ecce ego facturus sum rem nouam, iam exorietur, an cognoscetis illam? etiam disposam in deserto viam, in solitudine flumina. id est, quemadmodum olim populo viam paraui per auias solitudines, & de viatico prospexi in locis aridissimis; ita etiam facturus sum.

GLORIFICABIT ME BËSTIA AGRI, &c.] Versum ex Heb. exponunt: 1. Gloriam meam prædicabunt agrestes bestie, dracones, & pulli struthionum quod dederim aquas in deserto, & flumina in solitudine; vt potum habeat populus meus, electus meus. Honorabit me bestia agri, dracones & filia vlula, vt Leuit. 11. v. 16. quum posuero in deserto aquas, flumina in solitudine, ad præbendum potum populo meo. Exponunt, Honorabit me, videbit in populo meo. q. d. nullo damno afficient meos feræ agrestes, sed reuerentia prosequentes eum, aut cedent ei, aut feruent: respicit enim ad historiam exitus ex Ægypto, qua noxia, animalia populo cesserunt, Deuteronom. 8. v. 15. alia vero fuerunt cibo, vt Exod. 16. v. 13.

POPVLVM ISTVM FORMAVI, MIHI, &c.] Alij ex Heb. Polulus, quem formavi, vel finxi mihi, laudem meam enarrabunt. id est, Populus, qui sunt opus meum, conditi in Christo Iesu ad opera bona, quæ præparauit vt versentur in eis, Ephesior. 2. v. 10.

NON ME INVOCASTI IACOB, &c.] Obsetuant esse ætiologiam honoris, quem sibi attribui Deus præcepit, ab improbitate populi, cui exprobat sua hypocrisis, tribus versibus; & à natura, ac fœdere Dei efficace in nobis per remissionem peccatorum, vers. 12. vel potius 15. quæ duo postea per contestationem confirmantur, vsque ad versum. 16. vel finem capituli. Hunc versum alij ex Heb. interpretantur: 1. Et tu Iacob non inuocasti me, vt mei gratia laboris aut molestia aliquid insumeres, ô Israel. 2. Et ad me non clamauisti, ô Iacob, quin fatigatus es in me, ô Israel. vel quin potius radio mei affectus es. aut quia laborauisti in me, ô Israel, id est, cum fastidio susceperis quidquid à me præcipiebatur. Alij: tantum abest vt laboraueris in me, ô Israel. id est, fessus fueris in culto meo. 3. Nam me non inuocas, Iacob. id est, non colis: synecdochice, vt Genes. 4. v. 26. similem exprobrationem vide supra cap. 1. v. 11. & sequentibus: aut laboras apud me, Israel. id est, ante faciem meam, vt dicitur ibidem, vers. 12.

NON OBTVLISTI MIHI ARIËTEM HOLOGAVISTI TVI.] Alij ex Heb. 1. Non ad-

duxisti mihi pecudem holocaustorum tuorum. 2. Non offeres mihi paruam-pecudem holocaustorum tuorum. Sed dæmonibus : quia sacrificium improbi est abominationi Iehouæ, Prouerbior. 15. v. 9. Vide Deuteron. 32. v. 17.

ET VICTIMIS TVIS NON GLORIFICASTI ME.] Alij : 1. nec sacrificiis tuis me celebraſti. 2. & sacrificiis tuis non honoras me.

NON TE SERVIRE-FECI IN OBLATIONE.] Alij : 1. nec ego te coegi, vt seruires in oblatione minchab. id est, non extorſi à te multa sacrificia fatinacea, vt heri à seruis suis multas operas solent exigere. 2. non premo te vt seruias munere.

NEC LABOREM TIBI PRÆBVI IN THVRE.] Alij : 1. Neque fatigo te thure. 2. Neque negotium tibi feci thure. 3. Neque fatigavi te in suffimento. Hispanicus Interpres: Nitebize fatigar con perfume. id est, vt mihi multa odoramenta afferres.

VERS. 24. NON EMISTI MIHI, &c.] Hunc versum ex Heb. alij reddunt : 1. Non emisti mihi pecuniâ calamum-aromaticum, neque adipe victimarum tuarum imbuisti me : quin potius me seruire-fecisti in peccatis tuis. Vel ob peccata tua, & negotium mihi fecisti iniquitatibus tuis. 2. Non comparas mihi pecuniâ calamum-odoratum, & adipe sacrificiorum tuorum non irrigas me : quin seruitute premis me. id est, me ipsum angis, mihi que molestus es : dictum anthropopathos, vt supra cap. 1. v. 14 : propter peccata tua, fatigas me in iniquitatibus tuis.

VERS. 25. PROPTER ME.] Id est, ex mera mea misericordia & gratia, non propter merita tua, aut iustitiam tuam, ex lege.

VERS. 26. REDUC ME IN MEMORIAM, &c. Hunc versum varie ex Heb. exponunt : 1. Reduc mihi in memoriam. subdaudi, peccata tua: iudicabimur simul, vel contendemus iudicio inter nos : narrato, tu, vt iustificeris. siue id cuius causa absolutionem speras. id est, vt in hac disceptatione vincas si vincere debes, vt ostendas causam tuam iustam & bonam. Quod si dicas te fecisse aliquid in mei gratiam, quo tibi sim obstrictus, age videamus. 2. Renoca in memoriam mihi, disceptemus vnâ; enarrato vt iustificeris. Contestatio synchoretica, seu concessiua, ad confirmandum superioris versus documentum, de gratuita peccatorum remissione in Christo : q. d. profer iustitiam tuam, si qua forte est, & si obliuiscor eius.

VERS. 27. PATER TVVS PRIMVS PECCAVIT, &c.] Quidam hunc versum ita accipiunt. Pater tuus primus peccauerit, & interuentores tui defecerint à me. Subiectio, seu responsio ad præcedentem contestationem : Si ad disceptationem, inquit Deus, causæ veniatur, inuenieris non tantum peccasse in me, sed etiam inde à conceptu peccato esse, vt patres tui,

neque tibi vllum esse, qui tibi intercedere tua causa possit : adeo omnes ordines tui, omnesque ætates corruptæ sunt. Interuentores tui, &c. id est, sacerdotes & Leuitæ ipsi, quorum interuentus sacer institutus est à Deo, Numer. 3. Nam distribuuntur Iisraelitæ hoc versu, in ordinem popularem & sacrum : & suæ pœnæ vtique ordini hysteron proteron denuntiantur, sequente versu : quæ fuissent euenturæ nisi ad gloriam suam respexisset Deus. Plerique, Interpretes, interuentores, legatos, rethores, oratores, hîc intelligunt Moſen, & Aaronem, qui erant interpretes inter Deum & populum, & ipsi quoque præuaricati sunt ad aquas contradictionis.

ET CONTAMINAVI PRINCIPES SANCTOS, VERS. 28. &c.] Quidam hunc versum reddunt : Et principes sanctuarij vel sanctitatis, id est, principes populi sancti, vel principes, quos mihi consecraueram, & delegeram, vt essent duces populi mei, videlicet moſen & Aaronem; profanavi, id est, illos profanos & contaminatos denuntiaui, atque indignos, qui ingrederentur in terram promissam & sanctam : Iahakobum deuoni internecioni vel dedi neci Iahakobum, id est, maiorem partem Iahakobi trucidavi in deserto : & Israelem obieci opprobriantibus vel opprobriis, id est, permisi vt Iisraelitæ probris afficerentur : nam quum tanta strages fieret in deserto, hostes Israelis per contumeliam dicebant, vbi est Deus Iisraelitarum? & ludibrio illis erant Iisraelitæ. Alij : Et profanavi principes sanctitatis, id est, vt contaminatos & profanatos duxi tuos illos principes, quorum erat eximia sanctitas, & tanquam immundos eos castigavi, noluique vt terram sanctam pedibus contingerent : & dedi in anathema Iahakobum, id est, insuper & cæteros omnes patres tuos, quod in me præuaricati fuissent, dedi in anathema, vt in ternecione delerentur.

ET ISRAELEM IN OPPROBRIA.] id est, fueruntque opprobrio vniuersis : nemo enim erat, qui non eos damnaret, quemque non eorum puderet, qui tam ingrati in Deum suum fuissent, toties ab eius fide deficientes. Hispanicus interpres : Portanto yo profané los principes del Santuario, id est, desheche, de puse del ministerio : cy puse per anathema, seu para ser destruido à Iahakob, y à Israel por verguença. Nonnulli hunc versum possibiliter accipiunt : Proinde essem profanaturus principes sacros, id est, sacerdotes & Leuitas, nimirum vniuersum ordinem sacrum : & expositurus anathemati Iahakobum, & Israelem contumeliis, id est, omnem ordinem popularem, nisi ad gloriam meam respexissem.

CAPVT XLIV.

Deus consolatur populum suum, effusus super eum spiritum suum, & aquas super sitientem: ipse primus & nouissimus ac solus Deus, omnium creator ac moderator: idolorum quoque, artificum eorum ac idololatrarum magna vanitas, imò stupor apertè conuincitur: proinde ab idolis ad Deum, in cuius manu sunt omnia, populus reuocatur.

Vulg.

Malu.

Iere 10.
b. 10. & 36.
g. 27.

I T nunc audi Iacob serue meus, & Israel quem elegi.

2 Hec dicit Dominus faciens & formans te, ab utero auxiliator tuus: noli timere serue meus Iacob, & rectissime, quem elegi.

3 Effundam enim aquas super sitientem, & fluent a super aridam: effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stupem tuam.

4 Et germinabunt inter herbas, quasi salices iuxta praterfluentes aquas.

5 Ille dicet: Domini ego sum: & ille vocabit in nomine Iacob: & hic scribet manu sua Domino: & in nomine Israel assimilabitur.

Supr. 41. b. 4.
Apoc. 1.
d. 18. & 22.
s. 13.

6 Hec dicit Dominus rex Israel, & redemptor eius Dominus exercituum: Ego primus, & ego nouissimus, & absque me non est Deus.

7 Quis similis mei? vocet, & annuntiet: & ordinem exponat mihi, ex quo constitui populum antiquum: ventura & qua futura sunt annuntient eis.

8 Nolite timere, neque conturbemini: ex tunc audire te feci, & annuntiaui: vos estis testes mei, numquid est Deus absque me, & formator quem ego non noverim?

9 Plaste idoli omnes nihil sunt, & amantiſſima eorum non proderunt eis, ipsi sunt testes eorum, quia non vident, neque intelligunt, ut confundantur.

10 Quis formauit Deum, & sculptile conſlauit ad nihil vtilem?

11 Ecce omnes participes eius confun-

I T nunc audi, Iaghakob serue meus: & Israël, elegi in eo.

2 Sic dixit IHVH faciens tuus, & formans tuus de ventre, adiuuabit te; non timebis, serue meus Iaghakob, & Iesurun, elegi in eo.

3 Quia fundam aquas super sitientem, & fluentes super siccam: fundam spiritum meum super semē tuum, & benedictionem meam super exitus tuos.

4 Et germinabunt sicut inter fœnum: sicut salices super deductiones aquarum.

5 Ille dicet, IHVH ego; & iste vocabit in nomine Iaghakobi: & iste scribet manu sua, IHVH; & in nomine Israël cognominabit.

6 Sic dixit IHVH rex Israël, & redemptor eius IHVH TZEBAOTH: Ego primus, & ego posterior, & de nequaquam vsque ad me non s̄ dij.

7 Et quis sicut ego vocabit, & annuntiauit illud, & ordinauit illud mihi; deponere me populum æterni: & venientia, & quæ venient annuntiant eis?

8 Non pauēbitis, & non terremini? an non de tunc audire fecite, & annuntiabo? & vos testes mei: an existentia ELOHA de nequaquam vsque ad me; & non petra, nequaquam cognoui.

9 Formantes dedolati p̄ omne eorum inordinatio; & expetibilia eorum nequaquam subleuabunt; & testes eorum ij, nequaquam videbunt, & nequaquam cognoscent, correspondentiæ pudeſcent.

10 Quis formauit EL, & dedolatum fudit ad nequiquam-omnino subleuare?

11 En omnes socij eius pudeſcent, &

a vide in Deuter. 10. 32. 28.

b in nam est duplex lectio c datiuus, dvocauit sc̄pe

c datiuus

f postre mus, posterior

g ELOHIM b vt annuntiet

i sc̄culi, æternitatis, olim k imminētia, ventura

l formidabilis m est

n Formator res, plastræ, figuli, fictores

o simulacris sculptilis

p omnes ipsi q vide Gen. 1. v. 2.

r datiuus & correspondentiā

s Potentiſſimum & Fortiſſimū

Deum t vt v. 9.

u vel subleuauit

dentur : fabri enim sunt ex hominibus : conuenient omnes , stabunt & pauebunt , & confundentur simul.

Sap. 13, c. II.

12 Faber ferrarius lima operatus est : in prunis , & in malleis formauit illud , & operatus est in brachio fortitudinis suæ : esuriet & deficiet , non bibit aquam , & lassescet.

13 Artifex lignarius extendit normam , formauit illud in runcina : fecit illud in angularibus , & in circino torauit illud : & fecit imaginem viri quasi speciosum hominem habitantem in domo.

14 Succidit cedros , tulit ilicem , & quercum , quæ steterat inter ligna saltus : plantauit pinum , quam pluuia nutriuit.

15 Et facta est hominibus in focum : sumpsit ex eis , & calefactus est : & succendit , & coxit panes : de reliquo autem operatus est decem , & adorauit : fecit sculptile , & curuatus est ante illud.

16 Medium eius combussit igni , & de medio eius carnes comedit : coxit pulmentum , & saturatus est , & calefactus est : & dixit : Vah , calefactus sum , vidi focum.

17 Reliquum autem eius decem fecit & sculptile sibi : curuatur ante illud , & adorat illud , & obsecrat , dicens : Libera me , quia Deus meus est tu.

18 Nescierunt , neque intellexerunt : obliuati enim sunt ne videant oculos eorum , & ne intelligant corde suo.

19 Non recogitant in mente sua , neque cognoscunt , neque sentiunt , vt dicant : Medietatem eius combussi igni : & coxi super carbones eius panes : coxi carnes & comedi , & de reliquo eius idolum faciam ? ante truncum ligni procidam ?

20 Pars eius cinis est : cor inspiens adorauit illud , & non liberabit animam suam , neque dicet ? Fortè mendacium est in dextera mea.

21 Memento horum Iacob , & Israel , quoniam seruus meus es tu . formauit te , seruus meus es tu Israel , ne obliuiscaris mei.

22 Deleui vt nubem iniquitates tuas , & quasi nebulam peccata tua : reuertere ad me , quoniam redemi te.

23 Laudate cali , quonia misericordiam

artifices ij de homine : congregare- fese-facient ^x omne eorum , stabunt , ^{x vt v. 9.} pauebunt , pudefient vnà.

12 Artifex ferri lima ; & operabitur in carbone , & in malleis formabit illud : & operatus-fuit illud in brachio ^y virtutis suæ , etiam famefcens , & non virtus : non bibit aquas , & fatigatus-fuit.

13 Artifex lignorum extendit ^z lineam , delineabit illud in rubrica , faciet illud in dolabris , & in circino delineabit illud : & fecit illud secundum ^a structuram viri , secundum ^b decorem hominis , ad habitare domum.

14 Ad excindere sibi cedros ; & accepit thirzah , & ^c ilicem ; & erexit sibi in lignis siluæ : plantauit ornum , & ^d nimbus grande faciet.

15 Et erit homini ad ^e depascere , ^f & accepit de eis , & calefactus-fuit , etiam ^g ascendere-faciet , & coquet panem : etiam operabitur ^h EL , & procumbere-fese-fecit : fecit illud ⁱ dedolatum , & inflexit se ^k ei.

16 Medietatem eius combussit in ^l eo igne ; super medietatem eius carnem comedit , affabit affaturam , & saturatus-fuit : etiam calefiet , & dixit , Heach , calefactus fui , vidi ^m ignem.

17 Et ⁿ reliquiam eius ^o EL fecit , ^p dedolato suo : inflectet se ei , & procumbere-fese-fecit , & interpellare-fese-fecit ad eum , & dixit : Eripe me , quia ^q EL meus tu.

18 Non cognouerunt , & non intelligunt : quia obliuati de videre oculos , de intelligere corda eorum.

19 Et non reuertere-fecit ad cor suum , & non cognitio , & non intelligentia , ad dicere : Medietatem eius combussi in eo igne , & etiam coxi super carbones eius panem ; affabo carnem , ^r & comedi : & ^s superrelictionem eius abominationi faciam ? & productioni terræ ligni inflectam me ?

20 Pascens cinerem , cor falsum , ^t extendere-fecit eum : & non eripiet animam suam , & non dicet : An non falsitas in dextera mea ?

21 Recordare ista , Iaghakob , & Israël , quia seruus meus tu : ^u formauit te , seruus mihi tu Israël , non obliuisceris me.

22 ^x Deleui sicut nubem-densam transgressiones tuas , & sicut nubem errata tua : reuertere ad me , quia redemi te.

23 Gratulatorie-acclamate cæli , quia fecit

^y potentia ,
roboris , vis ,
vitiu

fic statim .
^z normam ,
regulam ,
amulsum
^a adificiū ,
dispositio-
nem , formā :

^b ornatum ,
pulchritu-
dinem

^c vide supra
c. 2 v. 13 .
^d imber ve-
hemens :

^e vide in Gen-
nes. 7. v. 12 .

^f combu-
rere , succen-
dere

^g vt acci-
piat , sumat ,
& calefiat
^h scandere-
faciet , suc-
cendet .

ⁱ vt v. 10 .

^k vel eis

^l ipso sic

v. 19 .

^m lumen ,

focum

ⁿ residuum ;

reflans

^o datiuus , in

Deum-for-

tem : sic

v. 10

^p vt v. 9 .

^q vt v. 10 .

^r vt cordes

dam

^s super abū-

dans , reflās

^t deflectere-
faciet

^u plasmaui ,

finxi , figu-
raui

^x Absterā ,
abrafi

fecit Dominus: iubilate extrema terra, resonate montes laudationem, saltus & omne lignum eius: quoniam redemit Dominus Iacob, & Israel gloriabitur.

24 *Hæc dicit Dominus redemptor tuus, & formator tuus ex utero: Ego sum Dominus faciens, omnia, extendens cælos solus, stabiliens terram, & nullus mecum.*

25 *Irrita faciens signa diuinorum, & ariolos in furorem vertens. Conuertens sapientes retrorsum: & scientiam eorum stultam faciens.*

26 *Suscitans verbum serui sui, & consilium nuntiorum suorum complens. Qui dico Ierusalem. Habitaberis: & ciuitatibus Iuda: Ædificabimini, & deserta eius suscitabo.*

27 *Qui dico profundo: Desolare, & flumina tua arefaciam.*

28 *Qui dico Cyro: Pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Ierusalem: Ædificaberis, & templo: Fundaberis.*

fecit IHVH, taratantarizate subteriora terræ; personate montes gratulatoriam-acclamationem; silua, & omne lignum in ea: quia redemit IHVH Iahakobum, & in Israël decorare-lesefaciet.

24 Sic dixit IHVH redimens tuus, & formans tuus de ventre: Ego IHVH faciens omne, extendens cælos ad solum me, expandens terram de ad me.

25 Labefactans signa vectium; & diuinantes extollere-faciet: reuertere-faciens sapientes post, & cognitionem eorum stultescere-faciet.


26 Surgere-faciens verbum serui sui, & consilium legatorum suorum pacificabit: dicens Ierusalaimis, Habitari-fiet; & vrbibus Iehudah, Ædificabimini: & siccitates eius surgere-faciam.

27 Dicens profunditati, Siccare: & flumina tua siccare-faciam.

28 Dicens Chores, Pastor meus; & omne bene placitum meum pacificabit: & ad dicere Ierusalaimis, Ædificabitur: & basilica, Fundaberis.

z insanire, mēte excedere: vide in Iob 12. v. 17. a retro b infatigabit, c complebit, perficiet d atterere

e datus, Cyro f vt v. 19. g regia, aula palatio, templo



COMMENTARIA.

VERS. 1.



T N V N C A V D I I A C O B, &c.] Quidam, quinque priores huius capituli versus, præcedenti capiti assuunt, notantque esse postremum locum præcedentis concionis, exponentem promissiones restitutionis in Christo, ex fœdere, æternoque decreto Dei, vt dictum est superiore capite, vers. 16. atque hunc versum, ita reddunt: *Iam vero audi, Iahakob serue mi, & Iisrael quem elegi.*

VERS. 2.

HÆC DICIT DOMINVS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: *Sic ait Iehoua, qui fecit te, & firmavit te ex utero, adiunaturus te: ne timeto, serue mi Iahakob, & Ieschurun, quem elegi.* Ieschurun epitheton veræ Ecclesiæ: vide in Deuteronom. 32. v. 15.

VERS. 3.

AQVAS SVPER SITIENTEM, &c.] id est, spiritum & benedictionem omnimodam in Christo copiosè largiar, quemadmodum hæc allegoria sequente membro exponitur.

SVPER SEMEN TVVM.] id est, Ecclesiæ filios ex Iudæis & gentibus adunatos, & genitos in Christo, vt apparet ex versu quinto.

SVPER STIRPEM TVAM.] Alij: 1. *super germina tua.* 2. *super prognatos tuos.* 3. *super progerminationes, seu propagines, tuas.* vide de hac voce supra cap. 42. v. 5.

VERS. 4.

ET GERMINABVNT INTER HER-

BAS, &c.] Alij: 1. *Et crescent vt inter herbas, & sicut salices ad riuos aquarum.* 2. *Et succrescent inter fœnum, veluti salices iuxta scaturigines aquarum.* 3. *Et efflorescent velut inter graminum, veluti salices, inquam, secundum processum aquarum.*

I S T E D I C I T, D O M I N I E G O S V M, &c.] Quidam ex Hebr. reddunt: *Hic dicit, Iehoua sum, & iste vocabit nomine Iahakobi: ille vero scribet manu sua, Sum Iehoua, & de nomine Iisraelis cognominabit.* id est, profitebuntur singuli se filios esse Dei & Ecclesiæ, vt Psalm. 86. & fratres in eandem Ecclesiam adscitos & cooptatos prædicatione verbi ac ministerio suo testificabuntur: siue vt Paulus ait, seruabunt se, & eos, qui ipsos auerint.

HÆC DICIT DOMINVS, REX ISRAEL, ET REDEMPTOR EIVS. DOMINVS EXERCITVVM, &c.] Quidam: *sic ait Iehoua rex Iisraelis, & vindex eius, Iehoua exercituum, &c.* Hinc ordiuntur caput 44. Concionem hanc, inquit, ab hoc loco incipiendam esse, cum præcedentis concionis verba ostendunt, tum huius argumentum: nam cum in præcedente concione duæ summam partes essent expositæ de reuersione populi è Babylonia, & de instauratione regni per Christum; iam propheta priorem partem aggreditur, & capitibus quinque explicat, quæ propterea in concionem vnâ computauimus. Sunt autem huius concionis (vt eam

VERS. 5.

VERS. 6.

eam in pauca membra diuidamus) summae partes quatuor: prima est exordium, toto hoc capite; secunda, narratio prophetica rerum gerendarum ex decreto Dei, tribus capitibus, vsque ad vers. 12. capitis 48. tertia, confirmatio, inde ad vers. 16. deinde conclusio ad finem vsque cap. 48. Exordium autem, quod hoc capite diximus contineri, sumit Deus à persona sua, fidem asserens, & populum suum confirmans de suis promissionibus, duobus argumentis: vnum est, ab aeterna omnipotente & constantissima natura sua, operum suorum, & sermonis sui, vsque ad vers. 16. seu potius 21. alterum, à fœdere, & effectis eius, inde ad finem vsque capitis. Prius autem argumentum propositum summam hoc versu 6. illustratur sequentibus per synchrisin siue comparationem veri Dei cum falsis.

EGO PRIMVS, ET EGO NOVISSIMVS, ET ABSQVE ME NON EST DEVS.] Alij: *Ego sum primus, & ego vltimus, ac prater me nullus est Deus.* id est, natura sempiternus, ac proinde dictis & factis constantissimus, & aliorum omnia principia atque exitus in manu habens. Vide supra cap. 41. v. 4.

VERS. 7.

QVIS SIMILIS MEI, VOCET ET ANNUNTIET, &c.] Quidam hunc versum ex Hebr. exponunt: *Quis ergo vt ego predicat, & indicat istud, aut ordinat istud mihi, ex quo disposui populum seculi, seu aeternum, vt futura & que ventura sunt indicent.* sumptum impersonaliter, vt Iob 7. vers. 3. pro *indicentur illis?* Antithesis, qua Deus ex antegressa propositione sibi vni asserit facultatem & officium prophetandi in Ecclesia; aliisque omnibus abiudicat. *populum aeternum.* id est, Ecclesiam, quam ab aeterno elegit Deus, suoque tempore vocauit vt in aeternum sanctificet. *vt futura & que euentura sunt, &c.* vide supra cap. 41. v. 22. & 23.

VOCET.] exponunt, id est, clara voce & alta dicat ac nariet, quod prateriit. Hispanicus Interpres: *y quien llanara como yo? llamar por criar y dar ser.* Alij *vocet*, id est, imperet: vt supra cap. 41. vers. 26. Alij: *praedicet.*

ET ORDINE EXPONAT MIHI.] Hebr. *& ordinabit illud mihi.* Alij: *aquabit, equiparabit, instruet illud mihi.* Exponunt, id est, conferat mecum, videat si est res aliqua, qua mihi conferri & æquiparari queat.

EX QVO CONSTITVI POPVLVM ANTIQVVM.] Hebr. *ex quo posui populum seculi.* Quidam: *ex quo posui mihi populum mundi.* id est, ab eo tempore, quo creauit homines in terra. q. d. post homines natos.

VENTVRA ET QVÆ FVTVRA SVNT ANNUNTIENT EIS.] Quidam euidentius reddunt: *& ea, qua paulo post sunt ventura, & que futura sunt longo post tempore annuntient idola illis?* id est, suis cultoribus.

VERS. 8.

EX TVNC AVDIRE TE FECI, ET ANNUNTIAVI.] Alij: 1. *nonne ex tunc*, siue *ex eo tempore.* id est, priusquam acciderent indicaui tibi, & annuntiaui? nimirum, ventura. 2. *an non inde ab eo tempore*, nimirum ex quo disposui populum aeternum, pronuntiaui tibi ac indicaui?

VOS ESTIS TESTES MEI.] vide supra cap. 43. v. 10. & 12.

ET FORMATOR, QVEM EGO NON NOVERIM.] Hebr. *& non petra, non cognoui.* Alij: 1. *& quod non sit fortis, seu deus, quem ego non nouerim.* 2. *aut petra, quam non cognouerim.* 3. *vtique nulla est rupes, nullam noui.* *רִצְּזִר*, *petra, rupes*, attributum Dei: vide in Deuteronom. 32. vers. 4. Hæc autem toties à propheta inculcantur, vt populus Dei aduersus Babyloniorum idola firmo esset securoque animo, quemadmodum etiam fuit Ieremias 10.

VERS. 9.

PLASTÆ IDOLI OMNES NIHIL SVNT.] Alij ex Hebr. 1. *Fictores, artifices, sculptilis, omnes ipsi vanitas.* 2. *Effigiatores sculptilis omnes sunt inanitas.* 3. *Formatores sculptilium omnes vani sunt.* 4. *Formatores sculptilis omnes sunt rei inanitis formatores.* Ergasia proxime præcedentis antitheseos, qua confirmauit Deus nullum esse Deum, & nullam rupem præter se: nam cætera, inquit, idola sunt, prorsus inania, quæ nullam vtilitatem, sed confusionem iustam cultoribus asserunt, hoc versu: cuius vtrumque membrum singulis versibus deinde exponitur.

ET AMANTISSIMA EORVM NON PRODERVNT EIS.] Hebr. *& expetibilia, seu concupiscibilia, desiderabilia eorum.* id est, ipsa, quæ maxime amant, sculptibilia; vel optima quæque & pretiosissima, quæ ipsis sunt idolis, vt argentum, aurum, gemæ, &c. non *subleuabunt, releuabunt, leuamen afferent, conseruabunt, proficient, praderunt, prodesse poterunt, vsum aliquem aut vtilitatem afferent, vsui aut commodo esse poterunt.* sic infra vers. 10.

IPSI SVNT TESTES EORVM, &c.] Alij: *ac testes eorum sunt ipsa, non vident neque cognoscunt, vt erubescant,* id est, idola ipsa testantur & clamant in ipsorum idololatrum animis se nihil esse, cum nullo sensu, aut intellectu sint prædita: quod vnum satis esset ad perfundendos pudore idololatras. 2. *& quidem testes eorum ipsi sunt, plastæ, qui quum ea fabricantur, latis cognitam habent eorum materiam & formam, vel testes autem sui ipsa sunt,* id est, ipsa idola testantur, quod sunt inutilia: *non enim vident, neque cognoscunt, vt pudore-afficiantur, subaudi, cultores eorum, cernentes se tam inutilia pro diis habere.* Quidam subaudiunt, propterea hoc dico, *vt pudore afficiantur idololatras:* alij: *testes autem eorum ipsi sunt formatores, quod idola non vident, neque cognoscunt, ideoque, vel propterea confundentur, seu pudefient cultores eorum.* Nonnulli hunc sensum concipiunt. Non opem ferre possunt idola; cuius rei ipsi effinctorum testes sunt: hoc tamen non vident, neque norunt idololatras, vt vel sic pudefiant, & idolorum cultum deserant.

VERS. 10.

QVIS FORMAVIT DEVM, ET SCVLPTE LB CONFLAVIT AD NIHIL VTILE?] Alij ex Heb. 1. *Quis formauit Deum, & sulptile conflat, vt non proficit? vel quod ad nihilum profuit?* 2. *Quis vnquam, nisi stolidus, finxit Deum aliquem, aut sulptile conflat, vt non proficit? vel quod nullam vtilitatem affert, quod*

quod non est emolumentum, vel emolumento? 3. Quis formavit Deum, & sculpsit fudit, ut subleuamen non afferat? 4. Quis igitur nisi demens fingat Deum, aut fusile simulacrum, quod nihil prodest? 5. Qui format Deum fortem, & sculpsit fundit? 6. Quis igitur formare audeat Deum, & sculpsit constare? ad nihilum certe proderit. *הוֹבִיל* *hohbil* plerique Præteritum faciunt: rectius alij Infinitium, vide versum superiorem.

VERS. 11. ECCE OMNES PARTICIPES EIVS CONFUNDENTUR.] Alij ex Heb. 1. Ecce omnes socij eius, videlicet, artificis, pudore suffundentur. 2. En omnes pariarj eius pudebunt. 3. En omnes se consociantes ei erubescunt, id est, qui adhærent illis idolis, & quasi spirituali coniugio cum illis copulantur, ut Numeror. 25. v. 3.

FABRI ENIM SVNT EX HOMINIBVS.] q. d. cum fabri ipsi sint homines, quid diuini fabricari possunt? Quidam: & fabri ipsi magis quam homines vlli subaudi, erubescunt ex præcedente membro, videlicet, ex interminatione Dei, Exod. 20. v. 5.

CONVENIENT OMNES, STABVNT, &c.] Alij: congregent se omnes, consistant, pauebunt, erubescunt vna, concessio, idololatrias grauius prouocans, in faustum que exitum omnibus prænantians.

VERS. 12. FABER FERRARIVS LIMA OPERATVS EST, IN PRVNIS ET IN MALLEIS FORMAVIT ILLVD.] variè alij ex Heb. 1. Faber ferrarius dolabra operabitur, prunis & malleis figurabit illud. 2. Faber ferrarius securim fabricat cum prunis & cum malleis (qua securi possit) fingere illud. fecit, inquam, securim illam, ad formandum sculpsit. Per vnum instrumentum reliqua omnia intelligit synecdochice. 3. Faber ferri dolabram faciet, & operabitur in carbone & malleis, qua figuret illud. 4. Fabricatur ferrum in forcipe, & operatur in carbone, & cum malleis format illud. 5. Faber ferrarius forcipe correpta operatur in prunis, & scalpris fingit illud. 6. Faber ferrum polit & operatur in carbone, & cum malleis format illud. 7. Hispanicus Interpres: El herrero tomara la tonaza, obrara en las asquas, darle ha forma con los martillos. 8. Faber ferrarius cum norma, & operatur prunis, & malleis format illud. confirmatio præcedentium propositio- num, quarum vna est, Idola ad nullam vtilitatem esse; & probatur vsque ad vers. 18. altera, confusionem afferri ab illis in cultores ipsorum, quæ probatur vers. 18. & duobus sequentibus. Inutilia autem esse, probatur ab operariis, instrumentis, materia, & vsu illius, ipsorumque impotentia.

LIMA.] *מַגְחָזָד* *maghatzad*, & Jerem. 10. v. 3. reperitur, aiunt esse, securim, asciam, dolabram. Nonnulli, normam. Forsterus: [*מַגְחָזָד* *maghatzad* litterarum transpositione, à *מַגְחָד* *maghad* incessit, forceps, quod forcipe ferrum in ignem, & ex igne alias transferatur.] Quod etymon recte congruat lima, quæ sapius incedit, & recipitur per ferrum, videtur hic esse instrumentum ferrariorum: at in Ieremia diserte est lignariorum. Forerius: [Ego tamen, si, quod semio, dicendum est, hic *maghatzad* par- Maluenda, In libr. Isaia:

icipium esse existimo verbi, quod polire seu complanare notat, & sic reddendum locum dico. Faber ferrum polit, &c.] Extricet hæc Oedipus, nam ego non capio.

ET OPERATVS IN BRACHIO FORTITVDINIS SVÆ, &c.] Alij posterius hoc hemistichium varie ex Heb. conuertunt. 1. operabitur, inquam, illam dolabram, brachio fortitudinis suæ, id est, totis viribus suis etiam famelicus, non bibat aquam, & lassus sit, vel & siti conficiatur. 2. agit robusto brachio suo: quin esuriet interim, ita ut vires deficient. 3. & operatur illud brachio potentia suæ, id est, brachio suo potentissimo: esurit etiam, neque vires ei sunt: non bibit aquam, & defatigatur. 4. Hispanicus Interpres, obrara en ella con el braço de su fortaleza: aunque este hambriento y le falter las fuerças, no beuera agua aunque se desmaye. 5. quum operatur illud brachio roboris sui, seu robusto suo, etiam esurit, & nullis est viribus, non bibens aquam defetiscitur, id est, etiam in isto opere sentit lassitudinem, neque à deo; quem cudit, subleuatur, neque reficitur, nisi sumptis alimentis, quæ Deus verus subministrat.

IN RUNCINA.] Quid sit runcina docebit te Nomenclator Iuni, *רַנְּסָה* *sered*, aiunt esse filum Phœnicium, quo fabri lignarij designant ligna incidenda, minium, seu rubricam, seu alium colorem, aut instrumentum, quo fabri lignarij vtuntur, filum rubrica infectum, quod super ligna ducunt, Hispanice hilo de almagre. Quidam, amissum reddunt.

FACIT ILLVD IN ANGVLARIBVS.] vel aptat illud in angulos.] *מַקְצָזִים* *maketzuzim*, aiunt esse instrumenta, quibus aliquid defricatur, seu abraditur, seu dedolatur, & quasi decorticatur, ascias, dolabras, planulas, exponunt. Hispanicus Interpres: cepillos. Vide Lexicon Sanctis, colum. 2515. Nonnulli Hebræorum volunt esse, regulas, amisses. Totum versum dilucidius alij ex Hebr. transfundunt: 1. Faber vero lignarius extendit lineam, delineabit illud filo Phœnicio, faciet illud dolabris, & circino figurabit illud: facietque illud ad imaginem viri iuxta gloriam hominis; ut habitet in domo. id est, dat illi effigiem humanam elegantissimam; ut reponat illud in ædicula sua. 2. Faber lignarius regulam extendit; designat illud rubrica, & format illud normis, vel dolabris; aut securibus, & definit illud circino, & dat illi formam viri; atque speciem hominis, ut in æde sedeat. sibi constructa. 3. Faber lignarius extendit regulam, delineat ipsum amissi; aptat illud in angulos suos, aut circino format illud: denique facit illud ad structuram viri secundum ornatum humanum; ut desideat domi.

QVASI SPECIOSVM HOMINEM.] Hebræorum nonnulli exponunt: secundum decorem (pulchritudinem) hominis. id est, facinoræ. nam etiam deas effingebant.

HABITANTEM IN DOMO.] Hebr. ad manendum domi, siue ut domi sedeat. Putant id significare non in alium vsu affabrefactum fuisse idolum, nisi ut domi maneret, sensu & vita cassum, ut dicitur infra cap. 46. v. 7.

VERS. 14. SUCCIDIT CEDROS, TULIT ILICEM, ET QUERCUM.] Alij ex Hebr. 1. *Ibit ut succidat sibi cedros, & tollet ilicem & quercum.* 2. *Accingit se ad incidendum sibi cedros, ut aduehat ilicem, & quercum.* 3. *Cadendo sibi cedros, quum sumpsit cupressum & robur.*

ILICEM.] תירזח *tirzah*, dicunt esse speciem cedri à tenuitate dictam, ut אראז *araz*, cedrum, ab eadem radice רזח *razah*, tenuem, gracilem esse: quia procera, & gracilis tamen sit, non frondosa, nec resinâ pinguis. Alij, pinum, alij abietem, & alij ilicem; alij cupressum interpretantur. Nos vocem obscuram sine interpretatione retinimus.

QUÆ STETERAT INTER LIGNA SALTUS: PLANTAVIT PINVM, QUAM PLVIA NVTRIVIT.] Ex Hebr. variè alij: 1. *& roborabit se ut quærat meliora inter ligna silvæ: plantabit pinum, quam pluvia nutriet.* Ac si dicat, magno studio, cura, & diligentia deliget sibi optimam materiam ex lignis siluestribus. 2. *& surrigit sibi inter arbores silvæ, id est, erigit, ac ferit alias arbores silvæ, plantat ornum, & imber crescere facit.* 3. *& corroborat se in lignis saltus; plantat cedrum, atque imbre auget, seu educat.* 4. *& erexit sibi inter ligna silvæ, id est, firmiter decreuit, destinauit, strenuè selegit: plantavit cedrum, quam pluvia crescere fecit.* 5. *aut qua fortificat se inter arbores silvæ: ornum, quam plantaauerit, & pluvia educauerit, id est, siue arborem voluntariam cadat, quæ sponte nascitur; siue plantatam & cultam humana arte: materia illa quæcunque tandem sit, in varios ac plane differentes vsus consumitur, ac proinde nihil diuinum habet, nisi quantum attingit hominis voluntas, & superstitione.* 6. Hispanicus Interpretes: *y esforçar se ha contra los arboles del bosque, id est, validam vtraque manu bipennem quatiet in arbores: plantarà pino que se erie con la lluvia.*

PINVM.] אורן *oren*, voce consona, ornum, ferè omnes interpretantur. Forsterus: [*Arboris nomen, quam alij cedrum, alij pinum, alij abietem, alij ornum esse putant, Chaldaeus vertit אורנא *orenah*. Quidam haud vulgariter docti existimant eam esse arborem, quam Germani vocant Lerchenbaum, aptam fabricandis cistis, & que non facile putrescit.*] Schindlerus ait, iuxta quosdam Arabice vocari Tzanabar, id est, pinum: & annotat, Masoritas obseruasse scribi cum Nun paruo; & tria esse Nunim parua in Scriptura. Sed quid portendant, ipse non auguror.

VERS. 15. ET FACTA EST HOMINIBVS IN FORCVM, &c.] Hunc versum ita alij ex Hebr. reddunt: 1. *Fit hac homini ad incendendum ignem, accipit enim ex his lignis, & calescit, quin & incenso furno panem coquit; deinde & Deum ex his facit & adorat: sculpsit illud facit & coram illo procumbit.* 2. *Tunc est homini ad comburendum, qui sumit ex eis, ut calescat, etiam accendit furnum, ut coquat panem, etiam operatur Deum-fortem, cui honorem exhibens incuruat se; aptat ipsam in sculpsit ante quod procumbit.*

ET CURVATVS EST ANTE ILLVD.]

גדו *saghad*, est propriè Chaldaeus, aiunt esse procumbere adorandi, vel honorandi causa. Forsterus vult esse *flectere se*, ac notat voluisse fortasse eo consilio hoc verbo Chaldaico uti prophetam (nam solum in Isaia reperitur) ut simul gestum & ritum gentium significaret: differre autem significatione à verbo הִשְׁתַּחֲוֶה *hishthachauah*, quod significat *prostrernere se in faciem*. Fortè innuit ritum illum gentilium, quo vsus patrem Vitellij Imperatoris Suetonius cap. 2. ita describit: [*Idem miri in aduando ingenij, primus C. Casarem adorari ut Deum instituit: cum reuersus ex Syria non aliter adire ausus esset, quam capite velato, circumuertiensque se, deinde procumbens.*] Plinius lib. 28. cap. 2. [*In adorando dexteram ad osculum referimus, totumque corpus circumagimus, quod in laeuum fecisse, Gallia religiosius credunt.*] Vide Notas Dalecampij. Cæterum SAGHAD. Auenarius ait esse *flectere se, incuruare se capite*, cum HISCHTACHAVAH, sit incuruare se toto corpore. Mercerus nullo modo distingui putat, & vtrumque verbum totius corporis prostrationem & inflexionem significare. Siquidem Chaldaeus HISCHTACHAVAH; per SAGHAD reddit, Genes. 48. v. 12. Reuchlinus exponit: *ad genicularius est ei*. Nobis obseruatio Forsteri placet, quod Isaia vtrumque verbum coniungens distinguere videatur, hoc versu, & infra vers. 17. & cap. 46. vers. 6.

MEDIUM EIVS COMBVSSIT IGNI, &c.] **VERS. 16.** Ex Hebr. alij: 1. *Partem eius incendit igni, parte eius carne assa edit: assat assaturam, & satur fit; calescit etiam, & dicit, Euge, caleo, & ignem vidi, id est, sensi.* 2. *Partem eius, exussit igni, ad partem eius carnes comedit, assat assum, & satiatur; etiam calescit, dicitque, Euge, concalui, vidi ignem.*

RELIQVVM AVTEM EIVS, &c.] **VERS. 17.** Hunc versum alij ex Hebr. 1. *Et residuum eius in Deum facit, sculpsit suo flectit se, & procidens adorat & interpellat ad eum, & dicit, Eripe me, quia Deus meus es.* 2. *Reliquum autem eius, vel ex reliquiis autem eius, subaudi, ligni, in Deum facit, & in simulacrum, seu in idolum suum, vel Deum facit, idque est sculpsit eius, cui procumbit, quod adorat, & ante quod precatur, dicens, Libera me, Deus enim meus es tu.* 3. *Residuum autem eius in Deum-fortem captat exsculpendo illud; procumbit coram eo, incuruatque se-honorem exhibens, & deprecatur ipsum, dicens: Eripe me, nam Deus-fortis meus es. לִפְסוֹל *lephislo*, plerique nomen accipiunt cum articulo, & affixo, *Ipsi sculpsit, dedolato-simulacro suo, vel in sculpsit suum.* Alij, Infinitum putant: *ad dedolare, exsculpere illud, vel exsculpendo illud.**

NESCIERVNT, NEQVE INTELEXERVNT.] &c. Hunc versum alij ex Heb. 1. *Nihil neque sentiunt, neque intelligunt ceci idololatra, quia rectorium est super oculos eorum, quo minus videant, aut cordibus suis intelligant.* 2. *Non norunt, neque animaduertunt, &c. Confirmatio alterius propositionis, ut diximus in vers. 12. nimirum idola confusione esse suis cultoribus, primum enim excæcantur idolis suis ipsorum oculi & corda, duobus*

duobus versibus : deinde etiam in dies obfirmantur ad suam ipsorum perditionem, vers. 20. *illud obducere oculos ipsorum à videndo, seu à visionibus, id est, ne videant, & corda ipsorum ab intelligendo. Vel ne intelligant, id est, idolum in animis hominum quoddam veluti tectorium, & velum esse ad obcæcandos idololatrias, non autem specillum ad cernendum Deum.*

OBLITI ENIM SVNT OCULI EORVM] Heb. *quia oblitit, obduxit, obtexit, operuit, incrustavit, tectorium induxit, complanavit à videndo oculos eorum, scilicet, Deus, vel idolum ipsum.*

VERS. 19.

NON RECOGITAVIT IN MENTE SVA, &c.] Alij totum versum ex Heb. transfundunt. 1. Nullus ad cor suum reuocat (*neque enim sensu polent, aut intellectu*) *ut dicat, Partem eius igni combussi, quin ad prunas eius panem coxi, assui carnem & comedi; & ex reliquo eius abominandum idolum facerem? & ante truncum ligneum procumberem. 2. Neque reuocat ad animum suum, neque scientia, neque prudentia inest, ut dicat, partem istius exussi igne, etiam coxi ad prunas istius panem, assui carnem quam comedo: & reliquum istius in rem abominandam aptauro? ante prouentum arboris, seu aze id. quod prouenit ex arbore, procubero?*

ANTE TRUNCVM.] BVL, inquit Forsterus, *per apharesu Iod initialis littera, similiter ut יבול iebul est nomen collectivum, germen: ad germen ligni adorabo? Vocat autem propheta Idolum ex ligno instar germinis fabrefactum, & exsculptum hac voce, sicut eadem ratione de idolis, legitur Ierem. 10. v. 5. Quasi palmæ dispositio eorum, & tamen non loquuntur.] Auenarius: [BVL ramus densior in arbore, ex quo fit palus ad sustinendam vitem, item truncus ligneus, qui pallescit, seu cuius folia emarcuerant.] Vnde hic reddunt: *trunco, ramo, palo, germine, prouentui, fructui, productioni arboris me inflectam?**

VERS. 20.

PARS EIVS CINIS EST, &c.] Hunc versum varie ex Heb. reddunt. 1. *Pascit cinerem cor seductum, facit declinare illum, neque eripiet animam suam neque dicet, Nonne est mendacium in dextera mea? Cinerem pascere prouerbiali sermone est frustra & sine fructu laborare, rem vanam & nihili moliri, ut Hoseæ 12. v. 2. pascere ventum. Cor, inquit, seductum idololatriæ frustra laborat, declinare facit eum à via recta, neque se ipsum eripiet à morte seu damnatione, neque tandem respiscet ut dicat: Nonne frustra laboravi, quum sculpsit manu dextera mea feci: existimans me Deum facere. 2. Cinerem pascens, & cor errore seductum deuoluit illum, ut mentem suam non asserat, neque dicat. An non dolus in dextera mea? Pascens cinere animum, id est, iustificus deus nihil nisi luctum & mala omnia inportans cultoribus suis: periphrasis idoli: nam cinerem, pro luctu & miseriis luctuosus accipi, omnibus notum est, ut Psalm. 100. v. 10. & infra cap. 61. v. 3. aut (si quis me vult) consocians cineri, id est, hominem in terram deiiciens, illusum, id est, quiam idolorum velo captus & excæcatus est,*

Maluenda, In libr. Isaia.

*auertit, id est, magis ac magis seducit, & transuersum rapit: alter gradus confusionis, ut diximus in vers. 18. adeo ut non eripiat animam suam, seu se ipsum, id est, præceps ruat in perditionem suam, ac ne cogitare quidem de salute velit, aut falsitatem, cui adhæret, agnoscere: neque dicat. An non falsus est ad dexteram meam? id est, an non in falsitatem incumbo, quum do operam idololatriæ, ut Ecclesiast. 9. v. 10. 4. Hispanicus Interpres: *La ceniza apacienta, id est, haze obra inuit, scilicet, è fabricador del idolo: su coraçon enganado lo inclina, para que no libre su anima, y diga: no esta la mentira à mimano derecha? id est, no es idolatria lo que hago. 5. Socius cineris est quasi dicat de idolo, quod altera pars illius trunci seu rami in cinerem versa sit. Haud apte, nam mutant puncta, & pro רוגהב rogeh, participio pascens, vel consocians, legunt, רעהב, Socius, sodalis, &c. cor falsum inclinabit, neque eripiet animam suam, & non dicet: An non fallacia est in dextera mea? Subtilius aliqui, Pascens cinerem, id est, serpens ille antiquus, qui puluere pascitur, Genes. 3. v. 14. cor falsum inclinatur ad fabricanda & colenda idola, &c.**

VERS. 21.

MEMENTO HORVM IACOB &c.] Transio, inquit, ad alterum huius exordij argumentum, ut dictum est in vers. 5. in quo Deus Iudæos proposito idololatriarum exemplo ad fœdus suum reuocat, quod à se integrum perstare ostendit: Primum itaque fœdus suum proponit populo, & res omnes creatas contestatur de veritate eius, tribus versibus, deinde fœderis effecta futura, à vers. 24. ad finem vsque capituli.

NON OBLIVISCARIS MEI.] חנשי לולא tinnaſcheni, est futurum. Niphal. Mercerus & Bertramus. [Sic resoluenandum esset, Ne te obliuioſum exhibeas mei; propter communicationem significationis חנשי לולא tithnesche, passiuum. Kimchi tamen passiuè, ut vocis natura postulat verbum obliuiscendi accipit, *Mihi in obliuionem non venies. Israel non à me obliuisceris: tantum da operam, ut mei memineris, sicut & ego semper tui ero memor, qui te formari, &c. quod est summe consolatorium, Vnde Rab. Dauid in libro Radicum exponit. חנשי לולא tinnaſcheh-minnenti. in obliuionem daberis à me, memoria mihi non excides. Nam neutrum, aut passiuum verbum non nisi hac ratione, affixa adſciſcit.] Hæc illi. Buxtorfius: [ne obliuiscaris, vel ne obliuioſum exhibeas te mei, vel passiuè, obliuioni traderis à me. ut Kimchi explicat, quasi TINNASCHEN MIMMNI.] Vatablus: *ne obliuioni traderis à me. Leo Iudas: neque venies mihi unquam in obliuionem. Tremellius & Iunius: non traderis obliuioni mihi, seu à me. etsi oblitus mei peccauisti in me: quam obrem sequitur proximè prædicatio remissionis peccatorum gratuita: sic infra cap. 49. v. 15. Hunc sensum quoque sequuntur Marinus & Schindlerus: At Forsterus exponit: ne**

obliuioni tradar ego. id est, ne obruar apud te quod durum existimo.

VERS. 22. DELEVI UT NUBEM INIQUITATES TVAS &c. Quidam: *Ego deleui transgressiones tuas ut densas nebulas.* Iubauidi ventus delet ac dissipat. Alij: *Deleo ut densa nubes defectiones tuas.* Nimirum, ut densa nubes delet & abluat sordes, quæ in terra sunt, quum pluuiam profundit in terram: eclipsis relati, ut Leuit. 21. v. 4. & Prouerb. 5. v. 19.

QUONIAM REDEMI TE.] Alij: *nam vindico te.* q. d. melius agitur tecum quam cum idolorum cultoribus: quibus nulla utilitas, nullæ vindiciæ, nulla salus, sed totus luctus est ab idolis suis.

VERS. 23. LAUDATE CÆLI QUONIAM MISERICORDIAM FECIT DOMINVS:] VOX misericordiam non est. Heb. Alij: 1. *Iubilare cali, quia Iehoua fecit.* Iubauidi bonum cum Israele, id est adimpleuit promissiones suas Israeli. 3. *Ouate, vel congratulamini cali, quoniam fecit Iehoua.* Verbum faciendi absolute positum emphasim habet, ut illud, *Spera in Domino, & ipse faciet.* id est, fecit ingens aliquod opus & se dignum. 4. *Cantate cali, facere Iehouam hæc.* Contestatio ut diximus in vers. 21.

IUBILATE EXTREMA TERRÆ.] Alij ex Heb. 1. *iubilum edite profundissima terra.* 2. *triumphate inferiora terra.* 3. *clangite ima terra.* Verbum proprie est: *tarantantarizate, clafsicum-canite.* vide supra cap. 42. v. 13.

RESONATE MONTES LAUDATIONEM.] Alij: 1. *edite montes clamorem,* plenum lætitiæ, iucundum & lætum. 2. *erumpite montes in laudem.* 3. *personate montes ouationem.* 4. *prorumpite in lætas voces o montes.* 5. *fragorem-edite montes cantu.*

ET ISRAEL GLORIABITVR.] Heb. & in Israele glorificare sese faciet. decorare, ornare sese faciet, gloriosum, decorum, ornatum, speciosum sese exhibebit, vel glorificabitur, decorabitur, ornabitur. Sed coniugatio Hithpahal significatum auget. amplissimè ac frequentissimè sua virtute gloriosum sese præstabit & ostentabit, Quidam reddunt: & in Israele gloriam suam amplificabit. id est, in liberando Israellem à Babyloniis magnum honorem sibi peperit. vel ob Israellem liberatum magna gloria afficietur.

VERS. 24. HÆC DICIT DOMINVS REDemptor TVVS, &c.] Alij: *Sic ait Iehoua vindex tuus, &c.* Transitio ad effecta fœderis, ut diximus in versum 21. qua Deus ab exemplo creationis rerum omnium, hoc versu confirmat se promissiones effecturum, quæ summam proponuntur quatuor versibus sequentibus.

STABILIENTS TERRAM, ET NULLVS MECVM.] Alij ex Heb. 1. & mea virtute terram expando. 2. *expando terram per me ipsum.* 3. *expandens terram à mecum,* seu mea potentia, 4. *diduco terram à me ipso.* Nonnulla exemplaria Hebraica habent: *expandens terram quis mecum?* id est, quis mecum expandit terram? q. d. quis me iuuat in condendo mundo?

VERS. 25. IRRITA-FACIENS.] מִפֶּה mepher participium Hiphil. *Disrumpens, diffringens, irritans, labefactans, abolens, abrogans, dissipans, cassareddens.*

SIGNA DIVINORVM.] בָּדִים badim, variè interpretantur, *diminatorum, asirologorum, indiciariorum, vatum, vanidicorum, magorum.* qui sic dicti videntur, quasi solitarij, quod id genus hominum sit clancularium, & solitudinem amet. Forsterus exponit: *labefactat signa vellim.* id est, sacerdotum seu prophetarum, qui ceu vectes portant onera populi. Hebræorum tamen nonnulli, & plerique nostrorum reddunt, *signa mendacia,* seu mendacium. Tremellius & Iunius ita hunc locum accipiunt: *is sum, qui irrita facturus est signa mendacium.* Propositio summa totius sequentis narrationis: primè de sapientissimis Babyloniensium consiliis adimendis, & verbo Dei vnus præstando, duobus versibus: postea de modo & instrumento, quod Deus erat adhibiturus ad iudicia sua, duobus versibus ultimis: quæ duo per hysterosin exponuntur, instrumenti quidem ratio, cap. 45. iudicia vero sequente cap. 46. *signa mendacium.* de quibus infra cap. 47. v. 10. & sequentibus.

SUSCITANS VERBUM SERVI SVI.] Alij: *Excitans, statuens verbum serui sui.* Quidam: *Præsturus verbum serui sui.* id est, Christi, cuius spiritu acti loquuti sunt prophetae, 2. Petri. 1. v. 21. Plerique: *serui sui,* id est, Isaia.

ET CONCILIVM NVNTIORVM SVORVM COMPLENS.] Nonnulli: & *consilium nuntiorum eius absoluturus.* id est, consilium prophetarum, quorum opera Christus vitur ad nuntiandam voluntatem suam.

QUI DICO IERUSALEM, HABITABERIS, ET CIVITATIBVS IVDÆ, ÆDIFICABIMINI.] Alij ex Heb. 1. *qui dico Ierosolyma, Sis habitata; & ciuitatibus Iudæ, Ædificemini.* 2. *qui dico de Ieruschalaimis, Habitabuntur; & de ciuitatibus Iehudæ, Ædificabuntur.*

ET DESERTA EIVS SVSCITABO.] Alij: 1. & *desolationes eius erigam.* 2. & *qui vastitates istius erecturus sum.* 3. *cuius vastitates ego resti tuam.*

QUI DICO PROFVNDO, DNSOLARE; ET FLVMINA TVA AREFACIAM.] Alij ex Heb. 1. *Qui mando abisso, Aresce: & flumina tua arefacio.* 2. *Qui edicturus sum ipsi de profundo, Exsiccare; & flumina tua arefacturus.* id est, Babyloniæ palustrem, in qua Iudæi demersi quodammodo & sepulti erant futuri, ita comparaturus, ut commode ex ea liberentur Iudæi, & ipsi hostes in eam perumpant: nam Iudæos commodissime ex Babylonia reuersos esse, historiæ Hezræ & Nechemiæ docent: Cyrum vero siccato Euphratè Babyloniem irrupisse, ex prophetis & historiis ante confirmauimus.

QUI DICO CYRO, &c.] Alij Hunc versum ex Heb. elucidant. 1. *Qui dicit de Chores, Pastor meus, & omne beneplacitum meum perficiet; dicendo etiam ipsi Ierusalaim, Ædificaberis; & templo, Fundaberis.* 2. *Edicturus Choresch, seu Cyro pastori meo, ut omnem delectationem meam perficiat; utque edicat Ieruschalaimis. Re adificantor; & templo, Fundantor.* Exponunt, Edicturus Cyro primo Persarum regi, in historiis famigeratissimo, Persicæ monarchiæ conditori; cuius nomen de industria exprimi per prophetam voluit Deus

Deus, vt hoc signo Ecclesia amplius confirmaretur de veritate sermonis Dei : quemadmodum factum fuerat de Ioschija, 1. Reg. 13. v. 3. nam à tempore huius prophetiæ, quo enuntiata est, vsque ad complementum eius (vt ab vltimo Chizkijæ anno numeremus) fuerunt minimum anni 170. vt melior chronologia docet. *pastori meo*. id est, pastoris officium facturo erga populum meum, libera-

do, remittendo, curando, fouendo, omnia denique præstando, quæ fuerint opus. Sic Homerus Agamemnonem pastorem populorum appellat. *vsque edicat Ieruschalaimis*, &c. quemadmodum narratur, 2. Paralipom. 36. v. 22. & 23. & Hezræ 1. Est autem totus hic versus ad narrationem sequentem metabaticus, siue transitorius.

CAPVT XLV.

Prophetia de Cyro & victoriis ipsi à Deo concedendis, cum increpatione quòd Deum in his non agnoscat, cum ipse solus sit Deus, omnium Dominus, cui nemo potest contradicere: prædicatur Christi natiuitas: & loquitur propheta permixtim de Iudæorum per Cyrum liberatione: ac salute per Christum futura: quòdque solus Dominus sit Deus, iustus & saluans, promissaque complens.

Vulg.

Malu.

I Et dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante faciem eius Gentes, & dorsa regum vertam, & aperiã coram eo ianuas, & portæ non claudentur.

2 Ego ante te ibo: & gloriosos terra humiliabo: portas æreas conteram, & veteres ferreos confringam.

3 Et dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum: vt scias quia ego Dominus qui voco nomen tuum, Deus Israel,

4 Propter seruum meum Iacob, & Israel electum meum, & vocaui te nomine tuo: a similari te, & non cognouisti me.

5 Ego Dominus, & non est amplius: extra me non est Deus: accinxi te, & non cognouisti me:

6 Vt sciant hi, qui ab ortu solis: & qui ab occidente, quoniam absque me non est. Ego Dominus, & non est alter,

7 formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem: & creans malum: ego Dominus faciens omnia hæc.

8 Rorate cali de super, & nubes pluant iustum aperiatur terra, & germinet saluatorem: & iustitia oriatur simul: ego Dominus creauit eum.

I Ic dixit IHVH ^a Vncto suo ^b Chores, ^c cuius obtinui in dextera eius, ad descendere - facere faciebus eius gentes, & lumbos regum aperiã: ad aperire faciebus eius ^d duas fores; & portæ non claudentur.

2 Ego ^e faciebus tuis ambulabo, & decoratos rectificabo: ^f fores & æris confringam, & ^h transfugitoria ferri succidam.

3 Et dabo tibi thesauros tenebrositatis, & reconditiones absconsonum: ⁱ correspondentiæ cognosces, quia ego IHVH vocans in nomine tuo, ELOHIM Israelis.

4 Correspondentiæ serui mei Iaghabobi, & Israelis electi mei: & vocaui tibi in nomine tuo, cognominabo te, & non cognouisti me.

5 Ego IHVH, & non ^k adhuc; præter me non ELOHIM: accingam te, & non cognouisti me.

6 Correspondentiæ cognoscent de ortu solis, & de vespera, quia ^l defectus nequaquam vsque ad me: ego IHVH, & non adhuc.

7 ^m Formans lucem, & creans tenebrositatem, faciens pacem, & creans malum: Ego IHVH faciens omnia ista.

8 ⁿ Defluere - facite cali de supra, & æthera fluent iustitiam: aperiet terra, & fructificauerunt Salutem, & iustitia ^o germinare - faciet vnã, ego IHVH creauit eum.

^a Messias, Christus
^b Cyro
^c quem

^d duas valuas, bifores

^e ad facies tuas
^f ianuas, valuas, ostia
^g chalybis, chalybeas
^h veteres, re-pagula

ⁱ datius ad correspondentiam. sic v. 4. & 6.

^k ultra, amplius, deinceps sic v. 6. & 14. & 18. & 21. & 22. nihilum præter me

^m Formans, significans, significans

ⁿ Istiti, are, facite

^o pullulare, efflorescere, facies

Rom. 9.
d 10.
Ier. 18. a. 6.

9 *Va qui contradicit fictori suo, testa de famiis terra: numquid dicet lutum figulo suo: Quid facis, & opus tuum absque manibus est?*

10 *Va qui dicit patri: Quid generas? & mulieri: Quid parturis?*

11 *Hac dicit Dominus sanctus Israel, plastes eius: Ventura interrogate me, super filios meos, & super opus manuum mearum mandate mihi.*

12 *Ego feci terram, & hominem super eam creavi ego: manus mea tetenderunt calos, & omni militia eorum mandavi.*

13 *Ego suscitavi eum ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam: ipse adificabit civitatem meam, & captivitatem meam dimittet, non in pretio, neque in muneribus, dicit Dominus Deus exercituum.*

14 *Hac dicit Dominus: Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopia, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt: & tui erunt: Post te ambulabunt, vincti manibus pergent: & te adorabunt, teque deprecabuntur: Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus.*

15 *Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator.*

16 *Confusi sunt, & erubuerunt omnes: simul abierunt in confusionem fabricatores errorum.*

17 *Israel saluatus est in Domino salute aeterna: non confundemini, & non erubescetis vsque in seculum seculi.*

18 *Quia hac dicit Dominus creans calos, ipse Deus formans terram, & faciens eam, ipse plastes eius: non in vanum creavit eam: ut habitaretur, formavit eam: ego Dominus, & non est alius.*

19 *Non in abscondito locutus sum in loco terra tenebroso: non dixi semini Iacob: Frustra querite me: ego Dominus loquens iustitiam, annuntians recta.*

20 *Congregamini, & venite, & accedite simul qui saluari estis ex Gentibus: nescierunt qui leuant lignum sculptura sua, & rogant Deum non saluantem.*

21 *Annuntiate, & venite, & consiliamini simul: quis auditum fecit hoc ab initio, ex tunc pradixit illud? numquid non ego Dominus, & non est ultra Deus*

9 *Hoi litigans ad formantem suum, testa ad testas^p humi: an dicet lutum formanti suo, Quid facies? & ^q operi tuo non manus ei?*

10 *Hoi dicens patri, Quid generabis? & vir & quid^r enixè-dolebis?*

11 *Sic dixit IHVH Sanctus Israelis, & formans eius: Venientia postulate me; super filios meos, & super opus manuum mearum præcipite^r me.*

12 *Ego feci terram, & hominem super eam creavi: ego manus meæ extenderunt calos, & ^t omnem militiam eorum præcepi.*

13 *Ego excitavi eum in iustitia, & omnes vias eius rectificabo: ipse adificabit urbem meam, & deuolutionem meam mittet, non in pretio, & non in munere, dixit IHVH ^u TZEBAOTH.*

14 *Sic dixit IHVH: Labor Ægypti, & circumgyratio Chus, & Sebaim hominum mensuræ, super te transibunt, & tibi erunt; post te ambulabunt, in^x vinculis transibunt: & ad te procumbere-sefe-facient, ad te interpellare-sefe-facient, tantummodo in te ^y EL, & non adhuc, ^z defectus ELOHIM.*

15 *^a Profecto tu ^b EL abscondere-sefe-faciens, ELOHIM Israël, saluans,*

16 *Pudefacti fuerunt, & etiam ignominia-affecti fuerunt omne eorum: ^c vnite ambulauerunt in ignominia artifices coangustationum.*

17 *Israël saluatus fuit in IHVH salute ^d æternorum: non pudefemini, & non ignominia-afficiemini vsque ad ^e æterna vsque ad.*

18 *Quia sic dixit IHVH creans calos ipse ELOHIM formans terram, & faciens eam, ipse apparans eam; non in ordinationem creavit eam, ad habitare formavit eam: Ego IHVH, & non adhuc.*

19 *Non in absconsione loquutus fui in loco terræ tenebrositatis, non dixi semini Iaghakobi, In ordinationem querite me: ego IHVH loquens iustitiam, annuntians rectitudines.*

20 *Congregamini & venite, accedere-vos-facite vnite euasores gentium: non cognouerunt leuantes lignum ^f dedolati eorum, & interpellare-sefe-facientes ad ^g EL, non saluabit.*

21 *Annuntiate, & accedere-facite, etiam consiliabuntur vnite istud ^h de ante, de tunc annuntiauit id? an non ego IHVH, & non adhuc ELOHIM de nequa*

^p telluris
^q opus tuum

^r eni èis
cum dolo-
re, partu-
rics, pari-
tura effes

^s mihi

^t omni mi-
litia, exer-
citu

^u vide in
Samuel. 1.
v. 3.

^x vide in
Iob. 36. 8.

^y Fortissi-
mus & Po-
tentissimus
Deus

^z nihilam
a vt c. 40.
v. 7.
b vt v. 14.

^c vna, pari-
ter, simul. sc
v. 20. 16.
& 21.

^d seculorū,
æternitatū,
& secula
æternitatis

^f simulacri,
sculptilis sui
g vt v. 14.

^h ab anti-
tate, a quod-
dam

absqueme? Deus iustus, & saluans non est prater me.

22 Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terra: quia ego Deus, & non est alius.

23 In metetipso iuravi, egredietur de ore meo iustitia verbum, & non reuertetur:

24 Quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua.

25 Ergo in Domino, dicet, mea sunt iustitia & imperium: ad eum venient, & confundentur omnes qui repugnant ei.

26 In Domino iustificabitur, & laudabitur omne semen Israel.

nequaquam vsque ad me? EL iustus & saluans non prater me.

22^k Faciate ad me, & saluamini omnes^l defectus terræ: quia ego^m EL, & non adhuc.


23 In me iuramento-obstrictus-fui, exiit de ore meo iustitia verbum, & non reuertetur: quia mihi cruribus-curuabit se omne genu; iuramento-obstricta erit omnis lingua.

24 Veruntamen in IHVH, mihi dixit, iustitiæ & obfirmatio: vsque ad eum veniet, & pude facti-fuerunt omnesⁿ incensi in eo.

25 In IHVH iustificabuntur, & o extollere-sefe-fecerunt omne semen Israelis.

i vt v. 14
x Faciem
vertite,
aspicite
l fines, ter-
mini, ex-
trema
m vt v. 14

n vt v. 47
v. 11
o exchere
sefe laudi-
bus- faciat



COMMENTARIA.

VERS. I.



ÆC DICIT DOMINVS, &c.] Hebr. Sic dixit Iehouah, &c. Secunda pars concionis, in-quiunt, quam prophetica narrationem esse diximus supra in cap. 44. vers. 6. nunc demum incipit: in qua Deus mirificam suam administrationem prædicat in perdendis Babyloniis, & seruandis suis. Sunt autem huius narrationis partes duæ; vna est, prolepsis siue propositio & narratio breuis rerum gerendarum, causarum & consiliorum Dei, hoc capite: altera est, ergasia, id est, exornatio siue explicatio fusior huius narrationis; in sequentibus capitibus, 46. 47. & 48. Huius ergo Capituli tria sunt membra; primum, de nomine, vocatione, & rebus gerendis à Cyro, tribus versibus: secundum, de causis istius administrationis, inde ad versum 14. tertium, de consilio promouendi huius rationibus, & suo tempore instaurandi regni per Christum, inde ad finem vsque capituli: e quibus primum membrum fusius explicatur, cap. 46. & 47. secundum, cap. 48. ad tertium tota reliqua prophetia libri pertinet, quam non dubium est permultis vicibus prophetatam esse.

CHRISTO MEO CYRO.] vel Vncto, Messia, suo Cyro. id est, regij vocato & instituto diuinitus ad perficiendam voluntatem Dei; quæ mox subiicitur: metonymia est signi pro re significata, ex Iudæorum vsu, vt 1. Reg. 19. vers. 15. Nam alioqui Cyrus non legitur vnguento vnctus in regem, nec Persarum regibus inaugurandis vnguentum adhibebatur, sed alius inaugurationis ritus, quem describit Plutarchus in Artoserxe,

CVIUS APPREHENDI DEXTERAM.] id est, quem præsentis auxilio meo defendo, gubernando, ac confirmo in ea vocatione, in qua eum constitui: sic supra cap. 42. vers. 6. Quidam reddunt: cuius confirmaturus sum dexteram: id est, cui non solum vocatio; sed

etiam donum à Deo ob venturum est, vt præstet hæc mandata Dei. q. d. cui affuturus sum, vt reges & regiones subigat: quemadmodum fuisse factum docent historici, seorsim Herodotus lib. 1. Ctesias in Excerptis Persicis, Iustinus lib. 1. synecdoche.

VT SUBIICIAM ANTE FACIEM EIVS GENTES.] Alij: 1. vt subdam coram eo gentes. 2. vt expandam coram eo gentes. 3. ad sternendum ad facies eius gentes.

ET DORSA REGVM VERTAM.] Hebr. & lumbos regum aperiam, vel dissoluam. id est, faciam vt viribus deficient, & destituantur, infirmabo robur eorum, & exarmabo, vt nihil superstit virium.

EGO ANTE TE IBO.] Alij: 1. Ego ante te procedam. 2. Ego tibi præiturus sum.

ET GLORIOSOS TERRÆ HVMI-BO.] vocem הדרים hadurim varie exponunt: 1. & tortuosa, aspera, inaequalia, peruersa, loca, vel vias tortuosas, & obliquas, seu asperas ac difficiles, dirigam, rectificabo, equabo. id est; difficultates omnes ita sublaturus sum, vt nullo negotio etiam potentissimas nationes ac regiones per domes. 2. Participium passiuum verbi הדר hadar faciunt: & decoratos, ornatos, honoratos, id est, in agnos & altos, equabo. id est, in ordinem redigam. Istud sequuntur Marinus, Auenarius, Schindlerus. At Forsterus annotat: [Pluraliter HADVRIM, quod abstractiue ponitur, pro ornamentis, id est, rebus excellentibus, & excellenter ornatis: & excellentia quæquæ equabo.]

ET DABO TIBI THESAUVROS ABS-CONDITOS, &c.] Hunc versum alij ex Heb. efferunt; 1. Dabo tibi thesauros, qui sunt in locis tenebrosis, & abscondita latibulorum, vel arcana latebrarum, seu thesauros absconditos: vt scias quod ego sum Iehoua, qui voco te nomine tuo, vel voco nomen tuum, Deus Israelis. Deus nomine vocatè dicitur eos; quos eligit, at-

VERS. 2.

VERS. 3.

quis

que ad opus aliquod destinat, vt ipsum Cyrum constituit ac designauit ducem ac principem huius liberationis. Vide de hac loquutione supra cap. 43. vers. 1. 2. *Et dabo tibi thesauros caliginis, seu thesauros in tenebris latentes, & quæ in occulto abstrusa sunt, seu thesauros absconsonum, id est, thesauros defollos in terra. q. d. faciam vt vrbium, quas tibi subiecerim thesauris potiaris, etiam abditissimis: vt cognoscas, quod ego sum Iehoua, qui te nomine tuo voco; Deus, Israelis. 3. Daturusque tibi sum thesauros tenebrarum, seu abstrusissimos, & repositas opes latebrarum, seu abstrusissimas: fortasse innuit immensas opes Cræsi Lydorum regis, etiam prouerbii celebratas, quibus eo deuicto potitus est Cyrus. Plinius lib. 33. cap. 3. [Nam Midas & Cræsus in insinuum possederant. Iam Cyrus deuictâ Asia pondo triginta quatuor millia inuenerat, præter vasa aurea, aurumque factum, & in eo folia, ac platanum, vitæque. Qua victoria argenti quinquaginta millia talentorum reportauit, & craterem Semiramidis, cuius pondus quindocim talenta colligebat. Talentum autem Aegyptium pondo octoginta capere Varro tradit.] vt cognoscas me Iehouam, qui voco te nominatum, Deum Israelis esse. Transitio ad explicationem causarum, ex quibus Deus ad hæc iudicia per Cyrum efficienda adducitur quarum vna est, vt agnoscat Deus, & fides ipsius, studiumque in populum suum, cum à Cyro, hoc & sequente versu; tum à gentibus, versibus tribus sequentibus; tum à rebus creatis omnibus, vers. 8. altera, vt Babyloniorum blasphemata & scelerata vita castigetur, à vers. 9. ad 14. Huius autem Cyri agnitionis exemplum exstat 2. Paralipom. 36. v. 23. & Hezræ 1. vers. 2. nimirum qualis in viro ignorante Dei esse potest: non autem salutaris, vt sine duorum sequentium versuum confirmatur.*

ET ARCANÀ.] מַטְמוֹנִים *matmonim, mammona, diuitia, thesauri, recondita, reposita, occultationes. vide in Genes. 43. v. 23.*

SECRETORVM.] מִסְתָּרִים *mistarim, propriè absconsonum, latebrarum, occultorum, latibulorum, mysteriorum. Nam ex Hebraica Græcam vocem effluxille, non est dubium.*

VERS. 4.

ET VOCAVI TE NOMINE TVO, ASSIMILAVI TE, ET NON COGNOVISTI ME.] Alij ex Hebr. 1. *vocavi te nomine tuo, proprio; vers. 1. & vers. 23. antecedentis capitis: & te cognominavi, id est, loquutus sum de te nomine tecto, vel tacito, seu suppresso: quasi dicat, aliquando loquutus sum de te per prophetas nomine tuo expresso; aliquando intellecto, quum nondum haberes mei notitiam. 2. Tremellius & Iunius: propterea me vocasse te de nomine tuo, cognominasse me, quamuis ignores me. Exponunt, cognominasse me. nam proprium illi nomen teste Herodoto & Iustino, fuit Spaco, id est, Canis, Medorum lingua, à cane, quæ ipsum infantem lactauerat: Choresch vero cognomen fuit honorificum à Persis inditum, quod sonat Dominum: nam eadem quoque ratione Choresch apud Persas est solis, quem colunt, epitheton, vel cum au-*

gumento Persicæ terminationis, *Choresar. Euidens hallucinatio, neque enim Herodotus aut Iustinus proprium Cyri nomen Spaco fuisse produnt, sed nutricis eius vxoris bubulci, quæ Medica lingua Spaco, id est, Canis & Græca Cyno, quod etiam canem significat, appellabatur: vnde factum locum fabulæ Cyrum expositum, à cane fuisse educatum. Sed hunc Isaia locum illustrat perspicuè Herodotus ipse lib. 1. Numero 113. [Alterum verò infantem qui postea Cyrus appellatus est, vxor bubulci sibi sumptum, educavit, imposito illi alio quopiam, ac non Cyri nomine.] Et paulo inferius Numero 114. agens de Cyro puero, ait: [et quæ à Cyro perulisset deploravit: non tamen Cyrum. nominans (nondum enim eius hoc erat nomen.) ex quibus constat Cyrum, primum alio nomine, sed quod ignoratur, nuncupatum fuisse: deinde Cyri nomen ei diuina ordinatione inditum, & hoc esse, quod hic Isaia ait, cognominavi te. De nomine vero CHORESCH, seu Cyri, vide Comm. in 2. Paralip. 36. vers. 22. Nonnulli exponunt, cognominavi te. videlicet, cognomine Messia, Christi, seu Vncti. supra v. 1. Pastoris, cap. 44. v. 28.*

VERS. 5.

ACCINXI TE.] Hebr. *accingam te. id est, expediam, instruam, roborabo, dabo tibi vires ad officium, ad quod institui te, vel armabo te, accingam te viribus, & exercitibus, strenuum te ducem ac bellatorem faciam.*

VERS. 7.

FACIENS PACEM.] id est, omne bonum & prosperitatem, cuius contrarium est malum, quod proximo membro nominatur.

VERS. 8.

RORATE CÆLI DESUPER ET NUBES PLUVANT IVSTVM, &c.] Plerique existimant prophetam præstrictum oculos mentis sublimitate mysterij, relicto filo historiarum, subito à Cyro liberatore, ad Christum verum seruatore orationem conuertere. Admonitum enim per vmbra Cyrum, Christum liberatorem optare. Descendat, inquit, Spiritus Sanctus in virginem, velut ros & imber, & incarnetur Filius Dei & nascatur de cælo iustus, Christus, iustus nimirum ipse, & iustificans impios, &c. Quidam hunc versum ita ex Hebr. accipiunt: *Distillate cali superne, & superiores nubes fluant iustitiâ: aperiat se terra, & terrestria edant fructum salutis, iustitiæque efflorescat simul, me Iehoua patrante illud. Prouocatio rerum creaturarum omnium ad testificandum & prædicandum salutare, iustumque Dei opus, & quibuscunque modis poterunt ministrandum ei: quæ omnia enuntiantur allegoricè.*

APERIATUR TERRA ET GERMINET SALVATOREM, ET IVSTITIA ORIATUR SIMVL.] Alij ex Hebr. *aperiet se terra & fructificent, seu crescant, succrescant, prouentiant salus & iustitia, quas germinare faciet terra simul. Quidam exponunt: aperiat se terra, & fructificent salus & Iustitia. id est, virgo pariat sine opere viri: pariat, inquam, nobis saluatorem & iustificatorem. quas progerminare simul faciet. id est, quas virgo est productura simul cum Christo. Nec absurdè expones: *Distillate cali, athera fluant, aperiat se terra, & fructificauerunt salutem, seu vt fructificent**

cent

cent salutem. nempe cæli, æthera, terra, omnia effundant & producant salutem.

EGO DOMINVS CREAVI EVM.] id est, Cyrum, vel Christum, aut eam, iustitiam, & salutem. aut illud, opus iustum & salutare mittendi Cyrum ad liberationem populi.

VERS. 9. VÆ QVI CONTRADICIT FACTORI SVO.] Alij: *Va litiganti, contententi, disceptanti, corrivanti, cum fictore, formatore, seu plasmatore suo.* Transitio ad alteram causam iudiciorum Dei, nimirum, nequitiam Babyloniorum, ut dictum est in vers. 3. cuius primum indignitas coniuncta maledictione, his duobus versibus exponitur, perinde esse ac si figmentum in figulum, aut semen genitale in parentes efficeretur: deinde potentia Dei alleritur aduersus illorum blasphemias, inde vsque ad vers. 14.

TESTA DE SAMIIS TERRÆ.] de famiis vide Plinium lib. 35. cap. 12. & 16. & Nonium Marcellum cap. 4. §. 434. Quidam reddunt: *testa cum aliis testis terreis.* id est, qui utcumque alat ingentes animos, tamen æquè testa est fragilis ad voluntatem figuli, atque altera quæuis: vide Daniel. 5.

NVM QVID DICET LVTVM FIGVLO SVO?] Alij: *an dicturum est lutum fictori suo?* Simile argumentum contra Assyrium vide supra cap. 10. vers. 15.

QVID FACIS?] Quidam: *Quid factururus esses?* id est, non poteris facere, quod dicis: te inuito permanebimus, neque Iehudæi isti eripientur nobis.

ET OPVS TVVM ABSQVE MANIBVS ERIT?] Alij ex Hebr. 1. *Operi tuo non sunt manus?* id est, alicuius opus dicetne fictori suo, Non sunt manus doctæ, quæ me fecerunt? quasi dicat, an dicet alicuius opus se non esse affabrefactum, & perite-elaboratum à suo artifice? soletne insurgere opus in factorem suum, ac dicere ei, Opus tuum est rude, & tale quale est id quod non est factum manu artificis periti? 2. *Operi tuum non habet manus?* id est, inutile est, nihil valet efficere. vel non habet ansas. sic enim manus sumi pro ansis notant, Exod. 26. vers. 17. & 19. quasi dicat, dicet ne testa figulo, *Opus tuum ansas habet, aut non habet?* 3. *cum opus tuum non sint manus ad istud.* Emplote verborum Hebræis recepta in concursu relatiui cum antecedente, pro, cum ad opus istud tum nullæ sint manus? id est, cum vires te deficient, & sis imbecillior quam ut præstes ea, quæ prænuntiaui sti de nostra euersione, istorumque liberatione.

VERS. 10. QVID GENERAS?] Alij: *Quid geniturus esses?* &c. quasi dicat, laboras frustra: penes me est potestas rerum conficiendarum, non penes te.

VERS. 11. HÆC DICIT DOMINVS SANCTVS ISRAEL PLASTES EIVS.] Alij: *Sic ait Iehoua Sanctus Israelis, & formator eius.* Assertio potentia Dei, ut diximus in versum 9.

VNI VRA INTERROGATE ME.] Alij 1. *Sciscitami à me imminetia.* 2. *quæ ventura sunt, petite à me.* Obiectio ironica in Babylonios: Agite, inquit, Deus, negate ista siquidem vultis, aut si potestis impeditis: sed Maluenda, In libr. Isaia.

tamen signa præsentia iam satis euincunt dictorum meorum veritatem, sequente versu: opus autem meum, cui obstititis, vobis inuitis suo tempore consummabo, vers. 13.

SUPER FILIOS MEOS, ET SUPER OPVS MANVVM MEARVM MANDATE MIHI.] Nonnulli; *de filiis meis*, id est, Iehudæis liberandis, & *de opere manuum mearum*, id est, de toto eo, quod me denuntiaui per Cyrum effecturum esse: *interdicite mihi*, id est, impeditis si potestis: ironia.

EGO FECI TERRAM &c.] Quidam hunc versum ex Heb. reddunt: *Ego feci terram. & hominem super eam creavi, ego manibus meis extendentibus calos, omni quoque exercitui eorum præcepta dedi.* Dicta sua confirmat Deus à signis & elementis rerum naturalium inanimatarumque.

ET OMNI MILITIÆ EORVM MANDAVI.] Quidam: *et omni exercitui eorum præcepi*, id est, mandato feci, vel solo verbo & iussu creavi. Alij: *et omni militia eorum impero.*

EGO SVSCITAVI EVM.] Alij: *Ego excitaturus sum illum.* Cyrum, cuius ante meminimus, vers. 1.

IN IUSTITIA.] *vel propter iustitiam* faciendam, ut scilicet sumat pœnas de Babylonii: Alij: *iuste*, id est, propter iustitia mea denuntiat peccatis vestris, & iuste effectura est ad meorum liberationem.

IPSE ÆDIFICABIT CIVITATEM MEAM.] Alij: *ipse reedificaturus est civitatem meam.* ut supra cap. 44. v. 28.

ET CAPTIVITATEM MEAM.] Heb. *deuolutionem, deportationem, exilium, demigrationem meam*, id est, deportatos meos dimittet seu remisset, aut remissurus est, in solum patrium ipsorum.

NON IN PRETIO, NEQVE IN MVNERIBVS.] Alij: *non pretio, neque munere.* id est, gratis, non tantum non accipiens munus ad dimittendum populum: sed ipse vltro offerens liberationem & munera, Hez. 1. vide infra cap. 51. v. 3.

HÆC DICIT DOMINVS &c.] Heb. *Sic ait Iehoua &c.* Tertium membrum huius capituli, ut diximus in versu 1. quo Deus ostendit consilium suum: se non alium ad finem ista effecturum esse, quam ut promoueat hoc pacto, & instauret regnum suum tempore suo per Christum, qui fundamentum est & fons omnium prophetiarum. Quamobrem prædicantur duo: primum, gentes his principis adductum iri ad colendum & prædicandum Deum, quatuor versibus: secundum, Deum illas vltro vocaturum, aucturum esse, & confirmaturum in notitia & fide in Christum, à vers. 18. ad finem vsque capituli.

LABOR ÆGYPTI.] Exponunt, id est, opes labore partæ: metonymia. Alij pretiosæ merces quæ ex Ægypto asportabantur, de quibus 1. Reg. 10. v. 28.

ET NEGOTIATIO ÆTHIOPÆ.] Heb. *circulatio, circumgyratio, negotiatio, mercimonium, merx, Chus,* seu *Æthiopia.*

ET SABAIM VIRI SVBLIMES AD TE TRANSIBVNT, ET TVLERVNT.] Heb. *et Sabaim*

Sabain homines mensura. id est, altos, magnos, proceros, seu magnæ staturæ, vt Numer. 13. v. 23. & 1. Paralipom. 11. v. 23. Quidam reddunt: & *Sabæorumque procerorum ad te transibunt, & tua erunt.* id est, Sabæorum potentissimorum agro, & mercibus: fuerunt enim Sabæi propter thuris & odorem merces clarissimi, ad vtraque maria porrectis gentibus, Persicum & rubrum, teste Plinio libro 6. cap. 28. Vide Strabonem lib. 16. pag. 778.

POST TE AMBVLAVNT.] vel post te ibunt. Quidam: te sequentur. id est, adiungent se, & submittent Christo in Ecclesia.

TEQUE DEPRECABVNTVR: TANTVM IN TE EST DEVS, ET NON EST ABSQVE TE DEVS.] Alij ex Heb. 1. & supplicabunt tibi, vel supplices te precabuntur: tantum in te est Deus, præter quem nullus Deus est, id est, vt semel dicam, non est alius Deus præter te. 2. te deprecabuntur, dicentes; Tantum in te est Deus fortis, & nullus est præterea, nusquam præterea Deus.

VERS. 15. VERE TV ES DEVS ABSCONDITVS, DEVS ISRAEL, SALVATOR.] Alij: *Vtrique in Deus fortis, præbens te latibulum Deus Israelis, seruator es.* id est, qui à temporibus æternis reticisti apud gentes mysterium tuum, nunc vero fecisti manifestum, & per Scripturas ad obedientiam fidei omnibus gentibus te per fugium esse piorum in quavis gente declarasti, vt ait Apostolus Romanor. 16. v. 25. Alij exponunt, *Deus abscondens te.* seu regens te. id est, qui omnibus te notum non reddis, sed tantum electis tuis Israelitis.

VERS. 16. CONFESI SVNT, ET ERUBERVNT, &c.] Alij hunc versum ex Heb. transferunt. 1. *Erubescant, pudefiant quoque omnes cum ignominia abeant simul opifices idolorum.* 2. *Erubuerunt etiamque ignominia affecti sunt omnes isti: pariter abiuerunt cum ignominia fabri imaginum.* Exornatio præcedentis dicti à spectato iudicio eius per antithesim vltionis in idololatrias, & Babylonios ipsos; salutisque communicatæ cum populo, versu sequente.

ERRORVM.] *אִזְרִים* *izirim*, omnia ista continet, figurarum, imaginum, formarum, plasmationum, idolorum; vel coangustationum, angustiarum, torminum, dolorum; quo nomine dicuntur idola figuratè, conscientis & eultoribus suis nihil aliud afferentia quam angustiam & dolorem. Radices *אִזְרִי* *izur*, & *אִזְרִי* *latzar* affines sunt.

VERS. 17. ISRAEL SALVATVS EST IN DOMINO, &c.] Alij ex Heb. 1. *Israel saluus est vel seruabitur in Iehoua salute sempiterna; non erubescet, neque ignominia notabuntur per æterna sacula.* 2. *Israel seruatur per Iehouam salute saculorum, seu æterna: non erubescetis, neque ignominiosi reddemini, in sacula æternitatis, seu in sempiterna sacula.*

VERS. 18. QVIA HÆC DICIT DOMINVS, &c.] Hunc versum alij ex Heb. conuertunt: 1. *Quoniam sic dixit Iehoua, creans calos, Deus ille, qui finxit terram, qui fecit eam, qui & parauit eam: non creauit eam in vanum, vel frustra, seu vt vana esset, sed finxit eam vt inhabitaretur: ego Iehoua & nullus alius.* 2. *Nam sic ait Iehoua*

creator calorum, ille ipse Deus firmator terræ, & opifex eius, idem stabiliens eam. Alterum membrum promissionis ex consilio Dei vt supra diximus, vers. 14. quo Deus confirmat se gentes ad ipsum confluentes æterna benedictione & salute donaturum esse, quam in fine superioris versus penes Iisraelem esse confitebatur: *qui non ad inanitatem creauit eam sed ad inhabitandum formauit eam*, id est, qui non vult profligatis hostibus & idolis terram desertam esse, sed habitari à suis; ac proinde statuit gentes cum Iudæis in Ecclesiam cooptare. Hæc autem dicuntur allegoricè comparatione sumpta à rebus bellicis: *ego sum Iehoua, & nullus præterea.*

NON IN ABSCONDITO LOQVVTVS SVM, VERS. 19. IN LOCO TERRÆ TENEBROSO.] Alij. 1. *Non in occulto loquutus sum, aut in obscuro terræ loco.* 2. *Non clam loquor, non in loco terræ tenebrarum, seu tenebrose,* id est, nunc demum me sermonem & beneficia mea expono palam, contra quam supra dixerant gentes, vers. 15.

NON DIXI SEMINI IACOB: FRVSTRA QVÆRITE ME.] Quidam distinguunt. *Non dixi semini Iahakobi, Inaniter querite me,* id est, non frustra voco Ecclesiam meam, sed ad iustitiam & vitam æternam, vt sequentia docent.

CONGREGAMINI, ET VENITE, ET ACCEDITE SIMVL QVI SALVATI ESTIS EX GENTIBVS.] Alij: *Congregamini, & aduenite, appropinquate vna, qui euasistis ex gentibus.* Prænuntiatio luculentissima vocationis gentium ad Euangelium Christi, tribus versibus: cui subiungitur confirmatio à iuramento Dei patefacti in Christo Filio suo, tribus versibus vltimis.

accedite, verbum ex Hithpael, *accedere vos ipsos facite*, magnum habet sententiæ incrementum, id est, ingenti studio & propensione, ac promptissima voluntate accedite ad Christum.

QVI SALVATI ESTIS EX GENTIBVS.] varie alij: 1. *fugitiui gentium*, id est, abiectissimi quique inter gentes 2. *præcipui gentium*, id est, qui dignitate, opibus, potentia, scientia inter gentes illustres euaditis. 3. *remoti gentium.* q. d. ab extremis terræ. 4. Forsterus: *saluatores gentium*, sic enim hæc vox sumi videtur infra cap. 66. v. 19. vt ironicè sic vocet deos gentium, seu præcipuos cultores eorum: vel potius reges & principes gentium intelligat.

NESCIERVNT QVI LEVANT LIGNVM SCVLTVRÆ SVÆ, ET ROGANT DEVM NON SALVATEM.] Alij ex Heb. 1. *Nihil norunt, id est, errant, qui lignum simulacrum extolunt, vel gestant, scilicet humeris collocatum in thenis: & qui ad deum orant, qui salvando non est, vel qui seruare non potest.* 2. *qui ignari erant gestantes lignum sculptilis sui, & deprecantes deum fortem, vel pro deo forti, non valentem seruare,* id est, qui prius alieni erant à Deo & promissionibus eius innixi falsis diis, Ephesior. 2. v. 12.

ANNVNTIATE, ET VENITE, &c.] Alij hunc versum ex Heb. conuertunt: 1. *Annun-*

tiate & adducite, ut consilium pariter ineant, quis prodit hoc olim? & hactenus quis hoc annuntiavit? an non ego Iehoua, & non est alius Deus prater me solum, Deus iustus & saluans nullus prater me. 2. Indicate, & admouete, etiam consilium ineant, impersonaliter, pro ineatur vnà, quis pronuntiavit hoc à priscis diebus, ab eo tempore indicauit istud? an non ego Iehoua, nullusque amplius Deus prater me, Deus fortis, iustus & seruator? nullus praterquam ego. id est, nuntiate, & vocate alij alios, conuenite & consilia inite fidei, & pœnitentiæ, &c. quæ duo ponuntur hoc & sequente versû.

VERS. 23. **IN MEMETIPSO IURAVI, &c.]** Hunc versum quidam ita ex Heb. explanant: *Per me iuravi, prodit ex ore meo iuste verbum, quod non renocabitur; Mibi incuruatum iri omne genus, iuraturam omnem linguam.* Confirmatio à iuramento, ut dictum est in vers. 20. qua Christus primum asserit auctoritatem suam, hoc versû: deinde totam Ecclesiam sibi attributum & delatum iri docet, duobus sequentibus; quo sensu accipiendum esse hunc locum docet, Apostolus Romanor. 14. v. 11. & Philippenf. 2. v. 10.

EGREDIETVR DE ORE MEO IUSTITIÆ VERBUM, ET NON REVERTETVR.] Quidam ex Heb. 1. *egressum est ex ore meo iustitiã.* id est, iuste, verbum, quod non reuertetur. id est, non erit irritum. 2. *egressa est ex ore meo iustitia, verbum, quod non retrocedet.* Sed est Hebraice discordia generum, nam *יָד* iada, exiit, est masculinum, & iustitia fœmineum.

VERS. 24. **ERGO IN DOMINO, DICET, &c.]** Hunc versum ex Heb. varie transferunt: 1. *Duntaxat in Iehoua dixit Iehoua, id est, in Filio Pater: sunt mihi iustitia & robur: id est, præsta-*

bo, quæ promitto, quia sunt mihi vires: nec denegabo, quia iustus sum: usque ad ipsum id est, usque ad me: mutatio personæ: venit, quisque electus: & pudefient omnes illum provocantes vel quorquor indignabuntur illi. 2. *Vti que, vel tantum per Iehouam mihi (dixit electus) iustitia & fortitudo, usque ad eum veniet: pudore autem afficientur omnes, qui irascuntur in eum. vel succensentes ei. seu qui repugnant ei.* 3. *Certe per Iehouam (mibi dixit, id est, in gratiam meam dixit omnis lingua) Iustitia & imperium ad eum veniet.* id est, ad Christum pertinebunt, eius erunt, ut eius propria & genuina ab omnibus prædicabuntur: & pudefient omnes, qui excandescunt in eum. 4. Hispanicus Interpres: *ya mi dira, scilicet toda lengua: cierto en Iehoua esta la Iustitia y la fuerza, hasta el vendra: y todos los que se enojan contra el, id est, toman contienda, ut supra vers. 9. seran auergonzados.* 3. *Tantummodo in Iehoua, de me, in quiet, omnis Iustitia & robur est.*: prædicatio Ecclesiæ gloriantis in Christo, quana prædicationem Christus de se futuram dicit: *ad ipsum veniat congressurus, no erubescunt quicunque exardescunt contra eum erubescunt.* provocatio gloriosa in hostes. quasi dicat Ecclesia, Agedum, veniant, si qui pugna experiri cum Christo volent, victi cum pudore discedent.

IN DOMINO, &c.] Alij: *In Iehoua iustificabuntur, & gloriabuntur totum semen Israelis.* id est, Iehoua facit, ut electi apud ipsum iustitiam consequantur, de qua gloriantur inter homines. seu in Christo iustitiam & gloriam adipiscetur Ecclesia Dei, ex omnibus gentibus adunata.

VERS. 25.

CAPVT XLVI.

Ostenditur idolorum vanitas, & destructio ipsorum prædicitur: Iudæi cum reliquis Israel ad Deum reuocantur, ostensa Dei magna benignitate ad ipsos, addita graui increpatione ob ipsorum ingratitude & idololatriam hortaturque ut ad ipsum qui solus omnia nouit & potest, reuertantur, salutem ipsis per Filium promittens.


Vulg.

1  *Onfractus est Bel, contritus est Nabo, facta sunt simulachra eorum bestis & iumentis, onera vestra graui pondere usque ad lassitudinem.*

2 *Contabuerunt: & contrita sunt simul: non potuerunt saluare portantem, & anima eorum in captiuitatem ibit.*

3 *Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini à Maluenda, In libr. Isaiæ.*

Malu.

1  *Ruribus-curuatus- fuit Bel, crepans Nebo; fuerunt a dolores eorum feræ & animali: Leuatæ vestræ impositæ b leuanda, c defatigatæ.*

2 *Repandi- fuerunt, cruribus-curuati- fuerunt d vnitè, non potuerunt euadere- saluam- facere leuandam: & animarum in captiua abductione ambulauit.*

3 *Audite ad me domus Iaghakobi, & omnis e reliquia domus Israelis: im-*

posita

a verticulis idola; vide in 1. S. amua el. 31. v. 8. b pondere; oncre, sic v. 2; c daciua; de laffatæ; d vnâ, partiter, simul

e residuum; restans

meo utero, qui gestamini à mea vulua.

4 Usque ad senectam ego ipse, & usque ad canos ego portabo: ego feci, & ego feram: ego portabo, & saluabo.

5 Cui assimilastis me, & adaequastis, & comparastis me; & fecistis similem?

6 Qui confertis aurum de sacculo, & argentum statera ponderatis conducentes aurificem, ut faciat Deum: & prociidunt, & adorant.

Par. 6. c. 25. 7 Portant illum in humeris gestantes, & ponuetes in loco suo: & stabit, ac de loco suo non mouebitur: sed & cum clamauerint ad eum, non audiet: de tribulatione non saluabit eos.

8 Mementote istud, & confundamini: redite prauaricatores ad cor.

9 Recordamini prioris seculi, quoniam ego sum Deus, & non est ultra Deus, nec est similis mei.

10 Annuntians ab exordio nouissimum, & ab initio quae necdum facta sunt: dicens. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet:

11 Vocans ab Oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meae: & locutus sum, & adducam illud, creauit, & faciam illud.

12 Audite me duro corde, qui longè estis à iustitia.

13 Propè feci iustitiam meam, non elongabitur, & salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, & in Israel gloriam meam.

positi de me ventre, leuati de me matrice.

4 Et usque ad senectutem ego ipse, & usque ad decrepitudinem ego baiulabo: ego feci, & ego leuabo, & ego baiulabo, & saluum euadere feci.

5 Cui assimilabitur me, & adaequauistis, & prouerbiauistis me, & assimilatus?

6 Vilipèndentes aurum de loco, & argentum in canna librabunt: mercede-conducent vrentem, fecerunt illud EL, in flectent-se, etiam procumbere-se-facient.

7 Leuabunt eum super scapulam, baiulabunt eum, & deposuerunt eum sub se, & stetit; de loco suo non discedet: etiam clamabit ad eum, & non respondebit: de coangustatione sua non saluabit eum.

8 Recordamini istud, & praestate vos-summos-viros: reuertere-facite transgredientes super cor.

9 Recordamini prima de aeterno: quia ego EL, & non adhuc ELOHIM, & defectus sicut ego.

10 Annuntians de principio posterioritatem, & de ante, quae non facta fuerunt: dicens, consilium meum surget, & omne beneplacitum meum faciam.

11 Vocans de ortu alitem, de terra longinqua virum consilij mei: etiam loquutus-fui, etiam venire-faciam illud, formauit etiam faciam illud.

12 Auscultate ad me potentissimi cordis, longinqui de iustitia.

13 Appropinquare-feci iustitiã meam, non longinquabit; & salus mea non posteriorabit: & dabo in Tziion salutem, & Israëli decorem meum.

f decrepitudinem, canitiam: vide Genes. 15. v. 15. g vt euadere-faciam h vt adaequaueris, & prouerbicis i vide in Proverb. 1. v. 14. k Fortissimum. & Potentissimum. Deum. se v. 9.

l saculo, ab olim m ultra, amplius n nihilum o postremi-tatem

p plurale; ut Psalm. 75. 6.



COMMENTARIA.

VERS. 1.



ONFRACTVS EST BEL, &c.] Ergassia, inquit, id est, exornatio narrationis, quae praecedente capite facta est, nunc demum incipit, vt diximus supra cap. 45. v. 1. ac primum quidem exornantur res gestae duobus capitibus: deinde vero causa istarum, cap. 48. Res autem gestae in duo iudiciorum genera diuiduntur: narrantur enim iudicia Dei effecta contra idola, hoc capite; deinde contra Babylonios ipsos idololatrias, capite sequente: & singulis istis narrationis partibus, suus vsus, suaque doctrina subnectitur, sunt itaque huius capitis par-

tes duae; vna est narratio (vt modo diximus) duobus versibus comprehensa; altera est doctrina ad populum Dei, eruta ex narratione praecedente: toto reliquo capite. Quidam reddunt: Procubuit, concidit Bel. vel prostratus est.

Bel: de quo vide Numeror. 22. v. 4. Sed nunc pauca adiiciamus. Herodotus lib. 1. Numero 181. [Iouis Belii templum, * aris portis, &c.] Diodorus Siculus lib. 2. Numero 69. [Iouis, quem Belum Babylonij nominant, imagines. &c.] & Numero eodem paulo inferius: Ioni, quem Belum, vt diximus, Babylonij vocant, &c.] Plinius lib. 6. cap. 26.

* forte zais

[Durat

[Durat adhuc ibi Babylone, Iouis Beli templum. Inuentor hic fuit sideralis scientia.] Et lib. 37. cap. 10. de gemma dicta Beli oculus: [Hæc propter suam speciem sacratissimo Assyriorum Deo dicatur.] Et infra: Eumetren Beli gemmam sanctissimi deorum suorum Assyrij appellant.] Arrianus lib. 3. Rerum Alexandri: [Beli, quem præcipue deum Babylonij colunt.] [Agathias lib. 2. Historiarum cap. 13. [Si quidem vetustiores illi Persæ, Iouem Belum dicebant.] De Beli templo summa magnificentia Babylone condito, vide Herodotum & Diodorum iisdem locis, Strabonem lib. 16. pag. 738. Q. Curtium lib. 5. Plinium lib. 6. cap. 26. Solinum cap. 60. Arrianum lib. 7. Dionysium in Perigesi. Quod vero ait propheta, Prociuit Bel, forsitan alludit ad historiam eueti templi Belis à Xerxe, quam fusè narrant Strabo & Arrianus iisdem locis, & Elianus lib. 13. Variæ Historiæ, cap. 3.

Cæterum S. Hieronymus hinc ait: [Bel, quem Græci Belum, Latini Saturnum vocant.] Sanctus Theophilus Antiochenus lib. 3. ad Autolyum: [Quidam diuinos honores Crono deferunt, eumque Bel, & Bal nominant. Cronus à Romanis Saturnus appellatur.] Tremellius & Iunius annotant: [Bel nomen est idoli, quod unum in pretio fuit apud Assyrios Persas & Babylonios; alij Saturnum esse volunt filium Oceani, alij Iouem, (vnde Iupiter Bellus appellatur Plinio lib. 6. Naturalis Historia, cap. 26.) alij denique Solem; quod magis probamus, quia Solem ab Assyriis, Persis, & Babylonis pro deo summo habitum esse, & igni tanquam illius particula cultum exhibitum omnes historia testantur: vnde factum est, ut temporibus Ioschia, equi currus, & cultus soli essent dicari Ieruschalaimis superstitione innecta per Assyrios. 2. Reg. 23. v. 11. Dicitur autem Bel illarum gentium sermone tanquam Dominus, pro eo, quod dicunt Hebræi Bahal.] Hæc illi. Marinus notat fortasse dictum Bel, à Babel, Babylone, detracto altero Beth: sed satius est contractum esse à Bahal Hebraico.

CONTRITVS EST NABO.] Alij: incuruatus, incuruus, repandus est Nebo, vel corruit Nebo. Quidam idem esse volunt, quod valentine dicimus; Ajupir, Acorrucarse. Sic versu sequente. Tremellius & Iunius: deflexit se vel reflexus est Nebo. Hac loquendi forma non dubium est, quin propheta ad fatidica illa oracula respexerit, quæ religionis specie edebantur: nam stabant præcæ statuarum, Sacerdotes vero ex tripode, aut alio instrumento, velut Deum à tergo consulentes responsa dabant: iam vero, inquit propheta, illi reflexi & complicati sunt, ademptaque facultas amplius edendi oracula. Nebo exponunt, id est, Deus vaticinus. Vocem, inquit, qua propheta vititur, appellatiue accipimus pro idolis omnibus, quæ superstitioni consulebant à verbo æquè Babylonis atque Hebræis vtitur, quod significat prophetare.

FACTA SVNT SIMVLACHRA FORVM BESTIIS ET IUMENTIS.] Heb. fuerunt dolores eorum bestia & iumento. Alij: fuerunt tercula eorum imposita bestia & iumento. nimirum deportanda in Persidem veluti captiua, vt

prædæ essent post expugnatam Babyloniæ cnallage numeri, vt in fine versus. Hispanicus Interpres: Sus imagines fueron puestas sobre bestias, y sobre animales de carga. Fortasse alludit ad morem sacerdotum Deæ Syriæ quam iumento impositam circunducere solebant, vtifuse narrat Apulejus lib. 8. Asini.

ONERA VESTRA GRAVI PONDERE VSQVE AD LASSITVDINEM.] Variè ex Hebr. alij: 1. gestamina vestra onerata erant onere nimio ad lassitudinem. 2. quæ vos ferebant, id est, iumenta; quæ vos portabant, onerata erant, &c. 3. quæ à vobis sunt grauata, & onerata pondere premente ad fatigationem. 4. quæ portando grauata sunt onere vsque ad lassitudinem. 5. gestatrix vestra, seu gestamina vestra imposita, onus ad lassitudinem subaudi; fuerunt. 6. oneribus vestris onerabantur; pondus fuit illis fessis. id est, iumenta vestra maximis oneribus ex auro & argento vestro, quod hostes auhent, prægrauabantur, & lassabantur. 7. in oneribus vestris, ô idolon onerabantur iumenta, pondus eritis fesso iumento. 8. gestamina vestra onerata, oneri sunt defesse. nimirum bestia & iumento in Persidem exportanti: erant enim aurea, pretiosaque & graui multa; vt constat ex Danielis 3. 9. Hispanicus Interpres: que os lleuarian, cargadas de vosóltros, carga de cansacio. נֶשְׂוֹתֶיכֶם nesuothechem participium passiuum fœmineum cum affixo; proprie, leuata; portata vestra: scilicet, bestia & iumenta. Alij, actiue capiunt: leuantes, portantes vestra; siue quæ vos portant. bestia. Nonnulli nomen substantiuum faciunt: gestamina vestra, id est, onera ex auro & argento vestro מִסוֹתֶיכֶם ghamusoth; participium etiam passiuum fœmineum, onerata, imposita.

VSQVE AD LASSITVDINEM.] לַעֲפֵיב laghaiephab, nomen faciunt, lassitudini. vel ad lassitudinem. Alij, participium in datiuo, defatigata, lasse. Scilicet bestia. Illustrant hunc Isaia locum ea quæ de aureis, grauibusque vasis templi Belis Babylonicæ exportatis à Persis victoribus prodit Diodorus Siculus lib. 2. Numero 69. & 70. [In summo ascensu tres ex auro statuas malleo ductas Iouis videlicet, Iunonis & Rheæ erexit Semiramis. Iouis imago pedibus insistenti, ac veluti ambulanti similis erat, pedum quadraginta longitudine, & pondere mille talentum Babyloniæ. Rheæ effigies eiusdem ponderis in aureo throno residens leonesque duos ad genua stantes ac præggrandes iuxta colubros ex argento talentum trigenum pondo habebat. Illic etiam Iunonis simulacrum octingenta talenta pendens; quod dextrâ serpente capite prehensum, sinistra gemmarum sceptrum tenebat. Mensa omnibus communis ex auro, malleis elaborata, pedes quadraginta longas & septemdecim lata, quingentorum talentorum pondere apposita erat. In qua carchesia duo talentum triginta. Aderant etiam thuribula numero quidem paria, sed pondere trecentum talentorum. Crateres insuper aurei tres, quorum Ioui dicatus talenta Babylonia mille & ducenta pendebat, caterorum vierque sexcenta. Verum ista Persarum reges postea sacrilegio abstulerunt.] Hæc Diodorus.

VERS. 2.

CONTABVERUNT ET CONTRITA SVNT, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. diuersimode reddunt: 1. *Curruerunt sese, vel corruerunt, prostrata sunt, incurruerunt se, seu succubuerunt simul, vel per futura: corruent & concident pariter*, animalia illa onusta idolis, & auro & argento: *nec potuerunt eruere se ab onere, vel nec poterunt substrahere se, vel subducere se graui illi oneri: & anima eorum in captiuitatem abiit.* 2. *Repanda fuerunt, incurruerunt se pariter, non potuerunt facere euadere, vel eripere onus: anima eorum in captiuitatem iuit.* id est, non potuerunt excutere à se onus. Quidam exponunt, *non potuerunt euadere onus, vel erui, aut eruere se ab onere, vel facere euadere, id est, saluum auferre, onus, vel seruare onus.* quin illud à se excutere præ lassitudine. 3. *Reflexi sunt, procubuerunt pariter, neque potuerunt Babylonij eripere onus, sed ipsimet in captiuitatem abiuerunt.* Possit hic verus referri ad ipsa idola, quæ corruerunt & conciderunt, nec potuerunt euadere quin imposita iumentis in captiuitatem abducerentur; quibus animam tribuit opinione idololatarum, vel per sarcasum. Alij ad ipsos Babylonios: qui prostrati hostibus succubuerunt, nec potuerunt Persis eripere prædam, quin porius ipsi in captiuitatem abierunt. Sed rectius expones, iumenta illa procubuerunt & corruerunt præ lassitudine, nec potuerunt portare tam graue onus auri & argenti: hyperbole: quin & ipsi Babylonij in captiuitatem abducti sunt.

VERS. 3.

AVDITE ME, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. exponunt: 1. *Attendite ad me, domus Iahakobi, & vniuersi residui domus Israelis, impositi, seu onerati ab vtero, gestati à vulua.* 2. *Auscultate mihi domus Iahakobi, totumque residuum domus Israelis:* Secunda hæc pars didascalica vt dictum est in vers. 1. sumpta occasione ex præcedente historia Iudæos instituit, primum fideles & pios, vsque ad versum 8. deinde infirmos Iudæorum: itemque impios & hypocritas, ad finem vsque. Est autem vtriusque loci commune exordium, his duobus versibus, in quibus Deus per antithesin, singularia sua officia in populum suum explicat, ostendens quam procul ab idolorum conditione absit, quæ nisi à suis ferantur, & eripiantur, pereunt. *qui baiulant inde ab vtero, qui gestamini inde à vulua.* id est, quos ego baiulo, quemadmodum portat quis, aut nutrix, seu mater filium suum, Deuteronom. 1. vers. 31. & tanquam aquila assumens porto vos super alas meas. Exod. 19. v. 4. & Deuteronom. 32. vers. 11. Hebr. ad verbum: *impositi, onerati, à me vtero, leuati, portati, à me vulua.* id est, quos tam charos, & intimos habeo ac si vos vtero meo genuissem, ac in matrice portarem, vt mater infantem suum.

VERS. 4.

VSQUE AD SENECTAM EGO IPSE, &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt: *Et vsque ad senium ego idem, & vsque ad canitiem ego portaturus sum: ego feci, & ego gestabo, ego, inquam, portaturus sum & erepturus.* q. d. nesciam vos genui, & in vtero foui ac gestauis, sed iam inde ab vtero per totam vitam ve-

stram vsque ad extremum senium alui, sustentauis, vobis adfui, curam vestri perpetuo gessi, & de omnibus periculis eripui, nimirum mei semper similis.

VERS. 5.

CVI ASSIMILASTIS ME, &c.] *Qui Cui assimilaretis me, & aquaretis, aut compararetis me, vt similes essemus?* Primus doctrinæ locus, quo præmonetur pij vt sibi prudenter & sanctè à falsis Babyloniorum commentis & superstitionibus caueant, obseruantes naturam Dei Optimi Maximi, atque in ipsos beneficentissimi. Simile vide supra c. 40. vers. 18. & 25.

ET COMPARASTIS ME.] *Proprie, & prouerbiabitis me.* id est, prouerbio comparabit, cui me adagialiter similem dicetis, vel prouerbio iactabitis.

ET FECISTIS SIMILEM?] *נִדְמֶה nidmeh,* plerique participium Niphal esse aiunt: *assimilatus, similis.* Quidam reddunt: *vt similis sim.* Alij nomen substantiuum: *& similitudo ero?* Nonnulli, futurum plurale: *& assimilabimus.* vel *vt similes essemus?* Puta ego & imago cui compararetis me.

VERS. 6.

QVI CONFERTIS AVRVM DE SACCVLO, &c.] *Quidam reddunt: Qui prodigunt aurum è marsupio, &c.* Amplificatio à comparatione idolorum & maiestate Dei, vt supra cap. 40. vers. 18. & 25. & officiorum, quæ idololatræ coguntur diis suis inutilibus exhibere, cum illis officiis, quæ cultoribus suis facit Deus, hoc & sequente versu. Participium *זָלִים zalim* exponunt, *vilipendentes, tanquam rem vilem deponentes, prodigentes, profundentes, abiicientes.*

ET ARGENTVM STATERA PONDERATIS.] Alij ex Hebr. *& argentum in calamo ponderant.* id est, in statera habente vtrîmque lances. 2. *& argentum in balance appendunt.* 3. *& argentum scapo appendunt.* id est, trutina, synecdochicè: est enim scapus trutinæ pars ex qua dependent lances. *קָנֶה kaneh* hic est, *canna, calamus mensorius,* vt Ezechiel. 42. vers. 16.

AURIFICEM.] *צֹרֶפֶת tzoreph,* vrentem, vstorem, excoctorem, conflatorem, fusorem, aurifabrum. vt supra cap. 40. vers. 19. & cap. 41. vers. 7.

ET PROCIDVNT.] vide supra cap. 44. vers. 15.

VERS. 7.

PORTANT ILLVM IN HVMERIS GESTANTES.] Ponuntur hic duo verba *נָשָׂא nasa,* & *סָבַל sabal,* quorum discrimen & vis ex hoc loco, & superius ex vers. 4. dignoscitur: nam *NASA* motum, seu leuationem significat, nempe onus leuando accipere, tollere imponere: *SABAL* verò, onus in se susceptum & impositum portare. Vide Forsterum in Lexico. pag. 522. Proculdubio alludit ad morem Gentilium, quo simulacra deum solebant in sacra pompa ferculis super humeros gestare. Macrobius 1. Saturnalior. cap. 24. [*Vehitur etiam simulacrum Dei Heliopolitani ferculo, veluti vehuntur in pompa ludorum Circensium deorum simulacra. Et subeunt plerumque prouincia procures, raso capite, longi temporis castimenta puri: ferunturque diuino spiritu, non suo arbitrio, sed quo Deus propellit vehentes, vt*

videmus

videmus apud Antium promoueri simulacra Fortunarum ad danda responsa.] Vide quoque Apuleium lib. 11. Asini ad finem, quum describit pompam Ididis. Hunc versum alij Luculentius ex Heb. conuertunt. 1. *Portant eum in humero, baiulant eum, & collocant eum in locum suum: illic stat, nec de loco suo mouetur: & si quispiam ad eum clamat, nihil respondet, ab angustia sua non liberat eum.* 2. *Gestant eum, humero portant eum, deinde collocant eum in sede sua, ubi stat, è loco suo non recedit, etiam si quis clamet ad eum, non exaudit, ab angustia ipsius non seruat ipsum.*

VERS. 8.

MEMENTOTE ISTVD &c.] secundus doctrinæ locus, vt diximus in vers. 3. ad Iudæos infirmos aut ignorantes Dei, vt consimiliter imbuti vera noticia Dei, si qua infirmitate cedentes Babyloniorum tyrannidi, cultum Dei veri dimiserint, saltem his duobus argumentis ad bonam frugem reuocentur: primum documentis rerum creaturarum, & operum præteritorum Dei, vers. 9. & 10. deinde præsentissima liberatione, quam per Cyrum promisit Deus, & iusto tempore effecit, vers. 11.

ET CONFUNDAMINI.] Imperatiuum *hithpabel*, *הִתְפַּחֵשׁ* *hithochschaschu*, quidam à nomine *פִּסְחִים* *aschischim*, fundamenta, supra cap. 16. v. 7. deriuant: & fundate vos ipsos, fundamini, vel fundamenta sitis, aut fundati-sitis. hoc est, fortes & robusti estote, vt fundamenta. Alij ab *שֵׁן* *esch*, ignis, & ignescere-vos-facite, id est, erubescite, rubore perfundimini instar ignis: vt poetæ dicunt, calor per ora cucurrit. Plerique ab *שֵׁן* *isch*, geminato, id est, vir: & viriliter agite, seu præbete-vos viros, & geminatio significatum auget, præbete vos, exhibite, præstate vos summos viros. Pudet referre, quod Marinus coniectatur deprauatam esse scripturam, & pro *hithochschaschu*, legendum, *הִתְפַּחֵשׁ* *hithochscheschu*, erubescite.

REDITE PRÆVARICATORES AD COR.] Hebr. *renocate*, *reducite*, ò defectores in cor, seu in animum. subaudi, ea quæ dico, id est, respicite.

VERS. 9.

RECORDAMINI PRIORIS SÆCVLI &c.] hunc versum ex Heb. reddunt: 1. *Memineritis priorum, quæ iam olim facta sunt: quod ego sum Deus, & nullus ultra Deus, neque quidquam mihi simile est.* 2. *Recordamini priorum inde à sæculo, me esse Deum-fortem, & nullum præterea Deum esse, & neminem parem mihi.*

VERS. 10.

ANNUNTIANS AB EXORDIO &c.] Alij: hunc versum ex Heb. transferunt: 1. *Qui annuntio à principio postrema, & ab exordio ea, quæ nondum facta sunt: qui dico, & consilium meum ratum est, & quidquid volo facio.* 2. *Indicantem à principio, finem, & ab antiquitate, quæ nondum facta sunt; dicentem, id est, qui solus merito ac verè dicere possum: Consilium meum stabit; & omnem delectationem meam factururus sum.* id est, quicquid mihi liberit.

VERS. 11.

VOCANS AB ORIENTE.] id est, à Perside, auam, *וְיָגְהִיִּת*, *volatum*, *volucrem*, *auenam*;

alitem, *turbam ferarum ac rapacium auium*, quæ multitudine irruit: volunt enim esse nomen collectiuum: vide in Genes. 15. v. 11. & supra cap. 18. v. 6. Forsterus. *Voco ab oriente volatum.* vocat autem hoc nomine Cyrum cum suo exercitu, à velocitate & rapacitate. Tremellius & Iunius: *Voco ab oriente*, id est, Perside, *volucrem*, id est, Cyrum ducem expeditissimum, qui tam leuiter difficultates omnes expediturus, & superaturus est, quam si præteruolet: qui velociter in Babylonios à Perside & Media ingentes ducet exercitus, & quasi inuolabit. Quidam reddunt: *Vocans ac ortu auium.* id est; exercitum Persarum ac Medorum; de terra longinqua seu remota.

VIRVM VOLVNTATIS MEÆ.] Heb. *virum consilij mei.* id est, effectorem & exequutorem consilij mei. Alij, id est, quem consilio meo destinavi, & decreui mittere. Alia Hebraica lectio habet *virum consilij sui.* id est, virum consultissimum.

ET LOQVVTVS SVM, ET ADDVCAM ILLVD.] scilicet, consilium. Quidam reddunt: *præterea prædixi, & adducam illud vel simulatque loquutus sum, ipsum adducam.*

CREAVI ET FACIAM ILLVD.] Heb. *formaui etiam faciam illud.* Alij: *cogitavi, statui.* Nonnulli: *protinus vt finxi animo, hoc ipsum faciam.*

AVDITE MÈ DVRO CORDE, QUI LONGE ESTIS A IVSTITIA.] Alij ex Heb. 1. *Attendite ad me robusti corde, procul remoti à iustitia-* 2. *Audite me, qui contumaces estis corde, vel qui præfacto, & pernicati animo estis, alieni à iustitia.* 3. *Auscultate mihi robusti animo, qui longinqui estis à iustitia.* Tertius doctrinæ locus, vt dictum est in vers. 3. ad impios & hypocritas: quibus denuntiat Deus, se propter nomen suum effecturum promissiones suas, & iustitiam adhibiturum ad salutem Ecclesiæ suæ & ipsorum confusionem.

VERS. 12;

PROPE FECI IVSTITIAM MEAM.] Alij. 1. *Adduxi iustitiam meam.* 2. *Accedere-faciam iustitiam meam,* id est; Christum, quem promisi iustificatorem, mittam. 3. *Admoueo iustitiam meam,* id est, vos inuiti & fugientes, experiemini tamen iustitiam meam.

VERS. 13;

NON ELONGABITVR.] Alij: 1. *non longinquæ est.* 2. *neque longe aberit.*

ET SALVS MEA NON MORABITVR.] vel *moram faciet*, verbum proprie significat, & *salus mea non posteriorabit, postergabit, postmanebit, retrōmanebit; cunctabitur; tardabit.* Tremellius & Iunius exponunt: *Sed saltem meam non retardabit.* [id est, præcisè complebit suo tempore salutem meam, neque impedietur nequitia vestra, aut in supplicio de vobis sumendo ita occupabitur, vt gratia salutaris opus auertat.] Sed verbum *retardabit* est fœminicum, nec apte refertur potest ad Deum sed ad salutem; & *salus mea non tardabit.*


ET ISRAELI GLORIAM MEAM.] Heb. *decorem, ornatum, honorem, pulchritudinem meam,* vide supra. cap. 44. v. 23.

CAPVT XLVII.

Babylonis humilitatio ac contritio predicatur, propter ipsius superbiam, arrogantiam, & crudelitatem in Iudeos suos captiuas: & quia in maleficis, auguribus, atque incantatoribus spem posuit.

Vulg.

Malu.

1  Escende, sede in puluere virgo filia Babylon, sede in terra: non est solum filie Chaldaeorum, quia ultra non vocaberis mollis & tenera.

2 Tolle molam, & mole farinam: denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, reuela crura, transi flumina.

Nah. 3. b. 5. **3** Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum: ultionem capiam, & non resistet mihi homo.

4 Redemptor noster, Dominus exercituum nomen illius, sanctus Israel.

5 Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldaeorum: quia non vocaberis ultra domina regnorum.

6 Iratus sum super populum meum, contaminavi hereditatem meam, & dedi eos in manu tua, non posuisti eis misericordias: super senem aggrauasti iugum tuum valde.


7 Et dixisti: In sempiternum ero domina: non posuisti hac super cor tuum, neque recordata es nouissimi tui.

8 Et nunc audi hac delicata, & habitans confidenter, qua dicis in corde tuo: Ego sum, & non est prater me amplius: non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem.

9 Venient tibi duo hac subito in die vna, sterilitas & viduitas: vniuersa venerunt super te, propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantatorum tuorum vehementem.

10 Et fiduciam habuisti in malitia tua, & dixisti: Non est qui videat me. sapientia tua & scientia tua hac decepit te. Et dixisti in corde tuo: Ego sum, & prater me non est altera.

11 Veniet super te malum, & nescies ortum eius: & irruet super te calamitas,

1  Escende, & sede super puluerem, virgo filia Babelis, sede terræ, non solum, filia Chaldaeorum: quia non addes, vocabunt tibi teneram & delicatam.

2 Accipe ^b duas molas, ^c & mole farinam deuolue tzemah tuam, denuda tibiam, de volue ^d coxam, transi flumina.

3 ^e Deuoluetur nuditas tua, etiam videbitur ^f probrum tuum: vindictam accipiam, & non occurram hominem.

4 Redimens noster IHVH & TZEBAOTH nomen eius: sanctus Israël.

5 Sede silentiata, & veni in tenebris: sita filia Chaldaeorum; quia non addes vocabunt tibi Præualidam regnorum.

6 Efferbui super populum meum, violavi hæreditatem meam, & dedi eos in manu tua: non posuisti eis ^h inuiscerationes; super senem aggrauare fecisti iugum tuum valde.

7 Et dixisti ⁱ æterno ero præualida: vsque ad non posuisti ista super cor tuum non recordata - fuisti ^k posterioritatis eius.

8 Et nunc audi istud voluptuaria ^l habitans ^m confidentiæ, dicens ⁿ in corde suo: Ego & ^o defectus meus ^p adhuc: non sedebo vidua, non cognoscam orbitatem.

9 Et venerunt tibi duo ista rigore in die vna, orbitas, & viduitas: secundum consummare ea venerunt super te, in ^q multitudine ^r præstigiatorum tuorum, in ^s offeitate consociationum tuarum valida.

10 Et confidisti in malitia tua, dixisti, Non videns meus; sapientia tua, & cognitio tua ipsa ^t reuertere fecit te: & dixisti in corde tuo, Ego, & ^u defectus meus adhuc.

11 Et veniet super te malum, non cognosces auroram eius; & cecidit super te

a Babyloniz

b vide in Exod. 11. 5.
c reucla, discooperi: sic statim d' erus
e Reuelabitur, discooperietur, detegeret
f vt Genes. 34. 14.
g vide 1. Sa. muel 1. v. 5.

h viscera-miscordie

i datiuus. in æternum, in sæculum, olim
k postremitatis

l sedens
m datiuus. ad confidentiam
n cum animo suo
o nihilum meum, nihil mei

p ultra, amplius, deinceps
q præstigiatorum vel præstigiatorum tuorum
r robore fortitudine

s rebellare

t vt v. 8.

Apoc. 18.
b. 7.
Inf. 51. f. 19.

quam non poteris expiare : veniet super te repente miseria,quam nescies.

12 Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua, si forte quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior.

13 Defecisti in multitudine consiliorum tuorum: stent, & saluent te augures caeli, qui contemplantur sidera, & supputabant menses, ut ex eis annuntiarent ventura tibi.

14 Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos: non liberabunt animam suam de manu flammæ: non sunt pruna, quibus calefiant; nec focus, ut sedeant ad eum.

15 Sic facta sunt tibi in quibuscumque laboraueras: negotiatores tui ab adolescentia tua, unusquisque in via sua errauerunt: non est qui saluet te.

te fientia mala, non poteris expiare eam: & venit super te derepente obruitio, non cognosces.

12 Sta^x euge in consociationibus tuis, & in multitudine^y præstigiarum tuarum in quibus laborasti de^z excussuris tuis, si forte poteris subleuare, si forte præualidabis.

13 De fatigata fuisti in multitudine consiliorum tuorum: stabunt^a euge, & saluauerunt te astrologi caelorum, præuidentes in stellis, cognoscere facientes^c lunationibus, de quibus venient super te.

14 Ecce fuerunt sicut^d quisquilia, ignis combussit eos; non eripient animam suam de manu flammæ: non carbo ad calefacere; ignis ad sedere^e præsentia eius.

15 Sic fuerunt tibi, quæ laborauistis circūgyrantes tui de^f excussuris tuis: vir transitui suo errauerunt: non saluans tuus.

u vastitas, ruina deualtaq


x cia, agedū, vel iam nunc y vt v. 9. z pueritias, adolescētis

a vt v. 13. b vt saluent

c datius ad lunationes, seu menses d stipula, Hispan. interp. ramo

e è regione

f vt v. 11.



COMMENTARIA.

VERS. 1.



ESSENDE, SEDE IN PVLVRE, &c.] Altera pars narrationis prophetiæ contra Babylonios idololatrias, ut diximus supra cap. 46. vers. 1. hoc toto capite continetur. Sunt itaque huius, ut ibidem diximus, partes duæ: vna, qua iudicia Dei grauisima in Babylonios exponuntur, versibus quinque; altera, qua cum Babyloniiis Deus contestatur de suorum iudiciorum causis, reliquo capite.

VIRGO FILIA BABYLON.] vel *Babylonis*. id est, Babylonia tota, siue Chaldaea, cuius, inquit, monarchia corpori virginis comparatur, quia videbatur sibi indomita, & erat in summo luxu deliciisque perdita. virgines enim nondum subactæ aut subiectæ viris sunt, & maximè gaudent ornamentis, mundo, luxu, deliciisque: Sic Babylonia nondum expugnata, omnibusque diuitiis & opulentia distuens.

SEDE IN TERRA, NON EST SOLIVM FILIÆ CHALDÆORVM.] Alij ex Hebr. 1. sede in terra, non in folio, filia Chaldaeorum. 2. sedebis in terra nullum enim erit ultra folium tibi, o filia Chaldaeorum. 3. sede humi nullo folio, vel deficta folio filia Chaldaeorum. 4. sede in terra absque throno, filia, &c.

QVIA VLVTRA NON VOCABERIS MOLLIS ET TENERA.] Alij ex Hebr. 1. quia non amplius vocabunt te teneram & delicatam. 2. nam non perges vocari tenera & delicata, sed mancipium eris abiectissimum, duobus versibus sequentibus. De deliciis, luxu, foedisque moribus Babyloniorum, multa tibi suppeditabunt Herodotus lib. 1. Num. 195.

Maluenda, In libr. Isaia.

& sequentibus, Strabo lib. 16. pag. 745. Q. Curtius lib. 5. Rerum Alexandri, cap. 1.

TOLLE MOLAM, ET MOLE FARINAM.] Hebr. *Accipe molas & mole farinam.* id est, abi in pistrinum, & mole, ut mancipium turpissimum & abiectissimum: vide Exod. 11. v. 5.

DENUDA TVRPITVDINEM TVAM.] Alij ex Hebr. 1. *reteges, denudabis, comam tuam.* more scilicet lugentium. 2. *dissolue cincinnos tuos.* 3. *retege crines tuos.* id est, luge capillis passis: synecdoche. 4. *explica fasciam tuam.* seu *constrictorium tuum.* quo comæ & cincinni constringuntur ne disfluant, de voce צמח *tzammah*, vel צמצם *tzammath* abundè differuimus in Canticor. 4. vers. 1. Ego hinc pro *verendo seu pudendo muliebri* acceperim, cum nostro & doctissimo Hieronymo, quem hinc vide: vel pro *fascia seu velo*, quo teguntur partes illæ.

DISCOOPERI HVMERVM.] שחבל *schobel*, plerique hinc *plantam* reddunt, seu *vestigium*: Alij *tibiam*, seu *torum pedem*, vnde à coxa vsque ad plantam excurrit. Tremellius & Iunius: *denuda vestigium.* id est, omittis soccis & mollibus calceamentis, ad tristissimum iter te compara: quo etiam spectant verba sequentia: vide supra cap. 20. vers. 2. Buxtorfius pro *semita* accepit, vt שבייל *schebil* Psalm. 76. v. 20. vnde vertit, *denuda pedes ad semitam.* Forerius: *denuda coxam.* id est, partem illam, quæ à coxendice vsque ad talos excurrit. Alludit autem ad eos, quibus aquæ pertransundæ sunt, qui eam partem corporis denudant, quam aquæ madefacere possunt. Babylonij verò in Persidem captiui abducendi, Tygim, &

VERS. 2.

R r multa

multa alia flumina, quibus regio Babylonica abundat, transituri erant, ut mox subditur.

VERS. 3. IGNOMINIA TVA.] Hebr. *nuditas*, seu *turpitudine*, tua. id est, pudenda, seu verenda tua. Vide in Genes. 9. vers. 22. Quidam: *regetur nuditas tua*. id est, pro eo, quod mollissimè & latissimè induisti te, in miseriam tantam detruderis, atque paupertatem, ut ne pudenda quidem de tuo possis contegere.

ULTIONEM CAPIAM, ET NON RESISTET MIHI HOMO.] Alij ex Hebr. 1. *ultionem capiam*, & non occurram tibi sicut homo. sed sicut Leo, qui te funditus discerpat. 2. & non occurram tibi in misericordia sicut homini. 3. & non irruam, vel non impingam in te more hominis. id est, viribus humanis, sed diuinis, quibus resistere non possis. 4. & non suscipiam preces hominum. 5. & non obuiam habebō hominem. id est, non sinam me interpellari aut exorari ab homine. 6. *ultionem sumam*, vel *supplicium sumam*, nec occurram homini: hypallage, pro eo quod est, *nec occurret mihi homo*; vel *neque feram obstare quenquam mihi*. Notant verbum פָּחַגָּח *phagagh*, quando habet adiunctum *Beth*, esse *orare*: sine *Beth* verò ut hîc, *exorari*, *placari*, *preces admittere*.

VERS. 4. REDEMPTOR NOSTER, &c.] Hunc versum sic alij concipiunt: *Inquit vindex noster Iehoua exercituum nomine suo, Sanctus Israël's. Eclipsis verbi, ait, vel inquit, ut I. Reg. 20. v. 34. & supra cap. 5. v. 9.*

VERS. 5. ET INTRA IN TENEBRAS FILIA CHALDÆORVM.] id est, ingredi in summas angustias, ignominiamque maximam, cuius nomine desideratura es ipsa in tenebris delitescere.

VERS. 5. SEDE TACENS.] דומם *dumam*, plerique Pahul faciunt: *Sede silentiata, silens, in silentium redacta*, vel *excisa*. Alij nomen: *sede in silentio*, ut Psalm. 93. v. 17.

QUIA NON VOCABERIS ULTRA DOMINA REGNORVM.] Hebr. *quia non addes, vocabunt tibi*, vel *ut vocent te dominam regnorum*. Eadem loquendi forma, quæ supra vers. 1. id est, *non amplius vocaberis domina*, גְּבֵרֵת *gheberet*, *præuulata*, *superior*, *hera*, *berois*, *heroina*, *domina*, *regnorum*. Vide supra cap. 13. vers. 19. Sic infra vers. 7.

VERS. 6. IRATVS SVM.] Hebr. *Subito-esserbui, bullini-ira, spumani*. Quidam: *esserbueran*. Altera pars capitis, ut dictum est in vers. 1. contestatio, qua propheta suorum iudiciorum causas euincit fuisse in Babylonis ipsis, primum propter arrogatissimam inhumanitatem ipsorum, usque ad versum 10. deinde propter blasphemam prædientiam suæ magiæ & incantationum, inde ad versum 15. postremò propter intolerabilem fastum animo conceptum ex infinitis opibus, versu ultimo; quibus singulis peccatis suæ minæ, iudiciaque atextuntur.

SVPER, vel CONTRA POPVLVM MBVM.] idem argumentum vide Zachar. 1. vers. 15.

CONTAMINAVI HEREDITATEM MEAM.] Hebr. *violavi, profanavi, pollui, perfidi*. transferendo scilicet in regionem

vestram, ô Babylonij, ubi inter idololatrias incircumcisos & pollutos homines versaretur.

NON POSVISTI EIS MISERICORDIAS.] Alij: *non præstitisti, exhibuisti, eis misericordias*.

NON POSVISTI HÆC SVPER COR TVM.] Quidam: *unquam non reposuisti hac in animo tuo*. Alij: *hucusque non reposuisti illa in cor tuum*.

NEQVE RECORDATA ES NOVISSIMI TVI.] Hebr. *non recordata es finem illius*. nimirum possessionis meæ, de qua vers. 6. quasi dicat, non obseruasti, quem finem calamitatum Deus præstare soleat & præstiturus sit Ecclesiæ suæ, ut Deuteron. 8. vers. 17. Alij: *nec meministi postremi illius*, id est, Ecclesiæ meæ: quasi dicat, non perpendisti, quid tandem facere velim cum Ecclesia mea, quod sim eam liberaturus, & te perditurus.

DELICATA.] גְּבִינָה *ghadinah*, *voluptuaria*, *voluptuosa*, *deliciosa*, *delicata*, quæ deliciis & voluptatibus es dedita: ut vers. 1.

ET HABITANS CONFIDENTER.] Alij: *desidens securè*. vel, quæ sedes secura.

EGO SVM, ET NON EST PRÆTER MÊ AMPLIVS.] Alij: *Ego sum, & nulla præter me amplius*. quasi dicat, cætera præter me nihil sunt. Sic infra vers. 10.

NON SEDEBO VIDVA, ET IGNORABO STERILITATEM.] Hebr. *non sedebō vidua, neque cognoscām*, siue *experiar orbitatem*. id est, regem & regnum florentissimum perpetuo habitatura sum. *Vidua*. rege tanquam marito. *orbitatem* à ciuibus & popularibus, aut subiectis regno, veluti filii.

VENIENT TIBI DVO HÆC SVBITO, IN DIE VNA.] Alij: 1. *Attamen duo ista euenient tibi repente in vno die*. 2. *Imo euenient tibi duo ista momento, eodem die*. Prænuntiatio iudicij, de quo Danielis 5. vers. 30.

VNIVERSA VENERVNT SVPER TE.] Hebr. *secundum integrare, perficere, ea venerunt super te*. Alij: 1. *quum perfecta fuerint ipsa*, videlicet hæc duo mala, *venerunt super te*. 2. *cum perfecta essent*, id est, *in perfectione & plenitudine sua*. 3. *secundum integritatem suam*. id est, *secundum omnes vires suas, venient super te*. sic fumi volunt I. Regum 22. vers. 34. & 2. Paralipom. 18. vers. 33. 4. *secundum integritatem suam*. id est, *plane, & plene superuenient tibi*. Hispanicus Interpret: *en toda su perfection vendran sobre ti*. id est, *quan grandes pueden ser*.

PROPTER MVLTITVDINEM MALIFICIORVM TVORVM.] Alij: *diuinationum tuarum*. Plerique: *cum multitudine præstigiatorum tuarum*. vide in Exod. 7. vers. 11. Sic infra vers. 12.

PROPTER DVRTIAM INCANTATORVM TVORVM VEHEMENTEM.] Forsterus: *in corroboratione coniuatorum tuorum valida*. vel *propter densitatem coniuatorum, vel adiutorum tuorum nimiam*. Alij: *in multo robore incantatorum tuorum*. Nonnulli: *cum fortitudine incantationum tuarum maxima*. id est, neque

que te defendent ista: transitio ad secundam causam iudiciorum Dei in Babylonios, de qua diximus in vers. 6. De voce חַבְרִים *chabarim* quam Incantatores, seu Incantationes reddunt, hic & infra vers. 12. vide in Deuteronom. 18. vers. 11. & in Psalm. 57. vers. 6. Porro Chaldaeos infames fuisse magia, divinatione, astrologia iudiciaria, incantatione, & aliis nefariis artibus vel ipsum eorum nomen perspicue demonstrat: vide Daniel. 2. vers. 2.

VERS. 10. ET FIDUCIAM HABVISTI IN MALITIA TVA & G.] Alij: *Quia confisa es malitia tua, &c. secunda causa, vt diximus in vers. 6. nimirum blasphema & contumeliosa in Deum persuasio de magicis incantationibus, & scientia tota Babyloniorum: cuius crimen hoc versu; pœna versu sequente exponitur: deinde amplificatur vtrumque sarcasmo elegantissimo, tribus postremis versibus.*

NON EST QUI VIDEAT ME.] Quidam: *Nullus videt me. q. d. ne Deus quidem videt rationes meas.*

SAPIENTIA TVA ET SCIENTIA TVA IPSA DECEPIT TE.] Proprie, *revertere fecit te, auertit, abduxit, seduxit, peruerit te. ea nimirum, quæ exagitur vers. 12.*

VERS. 11. ET NESCIES ORTVM EIVS.] Hebr. *non cognosces auroram eius. Quidam, id est, ortum, originem. Alij: lucem, diem eius. sic ludificatur astrologos iudiciarios.*

ET IRRVET SVPER TE CALAMITAS.] *הוּמָהּ houah, scientia, euentus. Et semper in malam partem sumi notant, pro scientia mala, seu euentu & accidente aduerso, quod fiet aut futurum est, & tamen non definitur quid & quale sit: arumnam, calamitatem, contritionem, infortunium, casum aduersum. seu prauitatem, vertere solent. Quidam: hoiam, heu, ve, dolorem.*

QVAM NON POTERIS EXPIARE.] *id est, auertere incantationibus tuis: sic ludificatur magos. Alij: quam non poteris placare. vel amouere.*

VERS. 12. STA CVM INCANTATIONIBVS TVIS.] Hebr. *Sta iam, vel nunc, seu quæso. Sarcasmus grauis in Babylonios, vt diximus in vers. 10. cum incantationibus tuis, vide Psalm. 57. v. 6.*

SI FORTE QVID PROSIT TIBI.] Hebr. *si forte possis proficere, vel subleuare tuam calamitatem, aut lauamen seu subleuamen accipere. vel si forte vsui, aut emolumento, seu visitari tibi esse poterit. Hispanicus Interpres: quis poteris maiorare.*

AVT SI POSSIS FIERI FORTIOR.] Hebr. *si forte praualescis, proualesces, roborabis te, præbebis te fortem.*

VERS. 13. DEFECISTI IN MVLTITVDINE CONSILIORVM TVORVM, & C.] Quidam: *Defecisti foris multitudine consiliorum tuorum, &c. Ironica oratio, q. d. Ecce laboras, vt te ipsum confirmes tua industria, nisi sapientissimos quosque doctorum tuorum adhibueris, vt consulant tibi: agendum experiantur illi. Hebr. Defatigata es, delassata, de fessa, consumpta es in multitudine, &c.*

AVGVRES CÆLI.] חַבְרִים *haberim, cum He, nullibi alibi occurrit, reddunt, obserua-*
Maluenda, In libr. Isaia.

*tores, contemplantos, speculatores, scrutatores calorum, astrologos. Nonnulli Hebræorum exponunt, peritos signorum caelestium. vox peregrina videtur, vnde Kimchi ex Arabico deducit. Forsterus putat vitio scribentium positum He pro Chech, & scribendum חַבְרִים *chaberim, quasi dicas, consociatores, coniunctores calorum, qui nunquam cessant stellas coniungere, combinare, &c. ac coniunctiones astrorum, oppositiones, & constellationes, obseruare. Hi sunt astrologi. vide supra. v. 9. Hispanicus Interpres: 7. defendante los ligadores delos cielos. id est, los encantadores, que se iactan de poder deteer los cielos, abaxar de ellos la luna, &c.**

QVI CONTEMPLABANTVR SIDERA.] Hebr. *contemplantes, prouidentes in stellis. Alij: inspectores stellarum. Nonnulli: qui attenti oculos præfigunt in stellas. Hac arte plurimum valuisse Chaldaeos, & Babylonios, nimis est peruagatum: vide in Daniel. 2. v. 2.*

ET SVPPVTABANT MENSES.] Hebr. *cognoscere-facientes in nouationibus, seu ad in nouationes, siue menses, Alij: I. quique indicant, quæ euentura sunt per singulos menses. 2. quique noua prædicunt. Forte intelligit eos, qui noua luna inspecta futura prædicebant. 3. qui notas faciunt in menses prædictiones suas. id est, singulis mensibus emittunt prædictiones suas de his, quæ illo mense euentura sunt.*

VT EX HIS ENVTIARENT VENTVRA TIBI.] Hebr. *de quibus venient super te. Alij: I. quæ ab his ventura sunt tibi. id est, ab his stellis, vel mensibus. 2. vndenam super te hac veniant. 3. ex quo venient super te. vel qua nam venient super te. 4. Verbum saluent, vel seruent, positum superius huc traducunt: & seruent te ab his, quæ superuentura sunt tibi. Emplocen verborum, quæ in contextu Hebraico implicata sunt, ita transtulerunt ad euentiam. Hispan. Interp. los que enseñan los cursos de la luna, de lo que vendra sobre ti.*

ECCE FACTI SVNT QVASI STIPVLA. VEL QVISQVILIA, PALEA, & C.] **VERS. 14.** *Emphatica, in quiunt, demonstratio vanitatis, quæ est in omnibus Chaldaeis, & mathematicis, quibus euenturum propheta ostendit, vt ab igne ipso, quem pro Deo habebant, consumentur.*

NON LIBERABVNT ANIMAM SVAM DE MANV FLAMMÆ.] Alij: *1. non eruent vitam suam de vi flamma. seu incendij. 2. non eripiunt se ipsos e flamma.*

NON SVNT PRVNÆ QVIBVS CALEFIANT, & C.] Alij: *1. nec supererit pruna ad calefaciendum, nec tonis vt quisquam ad eum sedeat. q. d. in Babylonis incendio comburentur ita tui astrologi, vt nullas prunas relinquunt, quibus homines calefcere possint, nullum ignem, ad quem assidere queant. Ligna vta vtilia sunt, nam relinquunt prunas, quæ vsui sint hominibus: at astrologi tui nihil prunarum, nihil ignis sunt relicturi. 2. nullus superest carbo ad calefcendum, nedum ignis ad sedendum ex aduerso eius. id est, plane absumuntur ipsi, & deus ipsorum ignis cum ipsis extinguitur.*

SIC FACTA SVNT TIBI IN QVIBVS CVM QVE LAORAVERAS, & C.] **VERS. 15.** *Hunc versum nostra Translatio verbatim ex Hebr. expressit;*


alij: Tales erunt tibi cum quibus te fatigasti, vel ij, quibus insudasti; quin & negotiatores tui, qui tecum fuerunt à pueritia tua, quisque ad transitum suum errant vel in latus faciei suae errando abibunt, nemo est, qui te seruet, q. d. negotiatores tui, qui in te versati sunt ab eo tempore, quo primum imperium tibi vindicasti, fugient alij in orientem, alij in occidentem, aut in aliam partem, & nulla ratione te iuuabunt. 2. Sic erunt tibi ea in quibus laborasti, id est, in quibus congregandis & parandis plurimum laboris insumpsisti: negotiatores tui ab adolescentia tua, quisque ante se errabunt, vel ad latus suum, ad transitum suum, ad plagam suam. Alludit ad plagas caeli quas astrologi diuidunt ac metiuntur, vt ex his prognostica sua deducant: non erit qui seruet te. Quidam reddunt: quisque vel singuli ad transitum suum errauerunt. Aptè interpres Hispanicus:

cada vno hechara por su camino. vel à su parte. Nonnulli putant esse allegoriam, vt in fortunati negotiatores in quouis transitu, seu commercio, aut transactione vel transuentione mercium, iacturam patiuntur: sic isti astrologi & mathematici vanissimarum mercium nundinatores, passim errant, falluntur, ac fallunt in quouis transitu, supputatione, applicatione, combinatione, influxu, traiectione stellarum, &c. ita sunt tibi qui cum laborasti: negotiatores tui à pueritia tua singuli in transitum suum, id est, quocumque perire possunt, vt vitae suae consulant vel in partes suas, aberrant, nemo seruat te. Tertia causa, vt diximus in versu. 6. ad quam transitur eiusdem poenae accommodatione ad summas opes Babyloniorum, & luxum profusissimum.

CAPVT XLVIII.

Increpat Dominus hypocrisim, ingratitude ac duritiam Iudeorum: se & non idola, annuntiasse futura & illa compleuisse ostendens: propter nomen suum tamen parcat ipsis: & ita benignè eos ad se reuocat, probans se solum verum Deum, omnium conscium sui que populi redemptorem ac gubernatorem: conquerens quoque de mandatorum suorum prauaricatione, quibus obseruatis felices fuissent.

Vulg.

I  Vdite hac domus Iacob, qui vocamini nomine Israel, & de aquis Iuda existis, qui iuratis in nomine Domini, & Dei Israel recordamini non in veritate, neque in iustitia.

2 De ciuitate enim sancta vocati sunt, & super Deum Israel constabiliti sunt: Dominus exercituum nomen eius.

3 Priora ex tunc annuntiaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea: repente operatus sum, & venerunt.


4 Sciui enim quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua area.

5 Pradixi tibi ex tunc: antequam venient indicaui tibi, ne fortè diceres: Idola mea fecerunt hac, & sculptilia mea, & constatilia mandauerunt ista.

6 Qua audisti, vide omnia: vos autem num annuntiaistis? Audita feci tibi noua ex tunc, & conseruata sunt qua nescis:

7 nunc creata sunt, & non ex tunc.

Malu.

I  Vdite istud domus Iaghabobi, vocati in nomine Israelis; & de aquis Iehudah exiuerunt: iuramento-obstricti in nomine IHVH, & in ELOHIM Israelis recordari-facient, non in fide, & non in iustitia.

2 Quia de vrbe sanctitatis vocati fuerunt, & super ELOHIM Israelis ^a sustenti-fuerunt: IHVH TZEBAOTH ^a sustentati: ianixi-sunt nomen eius.

3 Prima de tunc annuntiaui, & de meo exiuerunt & audire-feci ^b eos: de- ^b ca repente feci, & venerunt.

4 De cognitione mea quia perplexus tu: & neruus ferri ceruix tua, & frons tua ^c zs.

5 Et annuntiaui tibi de tunc; in antequam veniet audire-feci te: nequando dices: ^d Dolor meus fecit ea, & ^e dedolatum meum & ^f fusio mea praecepit ea.

6 Audiuisti, prouide ^g omne eius; & vos an non annuntiabitis? audire-feci te noua de nunc; & asseruata, & non cognouisti ea.

7 Nunc creata-fuerunt, & non de tunc.

^a area, chadlybea

^d terriculū, idolum: vs cap. 46. 1.

^e simulacrū sculpsile fusile, comstatile

^g vniuersitatem eius: omac ipsū

ante diem & non audisti ea, ne forte dicas: Ecce ego cognoui ea.

8 Neque audisti, neque cognouisti, neque ex tunc aperta est auris tua: scio enim quia prauaricans prauaricaberis, & transgressorem ex utero vocaui te.

9 Propter nomen meum longè faciam furorem meum: & laude mea infrenabo te, ne intereas.

10 Ecce excoxi te sed non quasi argentum, elegi te in camino paupertatis.

11 Propter me, propter me faciam, ut non blasphemet: & gloriam meam alteri non dabo.

12 Audi me Iacob, & Israel quem ego voco: ego ipse, ego primus, & ego nouissimus.

13 Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea mensa est calos: ego vocabo eos, & stabunt simul.

14 Congegamini omnes vos, & audite: quis de eis annuntiauit hac? Dominus dilexit eum, faciet voluntatem suam in Babelon, & brachium suum in Chaldaeis.

15 Ego ego locutus sum, & vocaui eum: adduxi eum, & directa est via eius.

16 Accedite ad me, & audite hoc: non à principio in abscondito locutus sum: ex tempore antequam fieret, ibi eram: & nunc Dominus Deus misit me, & spiritus eius.

17 Hac dicit Dominus redemptor tuus sanctus Israel: Ego Dominus Deus tuus docens te utilia, gubernans te in via, qua ambulas.

18 Vtinam attendisses mandata mea: facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris.

19 & fuisset quasi arena semen tuum, & stirps uteri tui ut lapilli eius: non interisset, & non fuisset attritum nomen eius à facie mea.

20 Egredimini de Babylone, fugite à Chaldaeis, in voce exultationis annuntiate: auditum facite hoc, & afferte illud usque ad extrema terra, Dicite: Redemit Dominus seruum suum Iacob.

21 Non sitierunt in deserto, cum educret eos: aquam de petra produxit eis, & scidit petram, & fluxerunt aqua.

22 Non est pax impiis, dicit Dominus.

tunc, & faciebus dici, & non audiuisti ea: nequando dices, Ecce cognoui ea. 8 Etiam non audiuisti, etiam non cognouisti, etiam de tunc non aperuit autem tuam: quia cognoui excurrete excures, & transgrediens de viro, vocatum fuit tibi.

9 Correspondentia nominis mei prolongabo natum meum; & extolentia mea obturabo nares tibi ad nequaquam excindere te.

10 Ecce vidi te, non in argento: elegi te in camino afflictionis.

11 Correspondentia mea, correspondentia mea faciam, quia quomodo violabitur? & grauitatem meam alteri non dabo.

12 Audi ad me Iaghakob, & Israel vocatus meus: ego ipse, ego primus, etiam ego posterior.

13 Etiam manus mea fundauit terram, & dextera mea palmauit, calos: vocans ego ad eos, stabunt vnite.

14 Congregamini omne vestrum, & audite, quis in eis annuntiauit ista: IHVH amauit eum, faciet beneplacitum eius in Babele, & brachium eius Chaldaeis.

15 Ego ego loquutus fui, etiam vocaui eum, venire feci eum, & perripet via eius.

16 Appropinquate ad me, audite istud, non de capite in absconsione loquutus fui, de tempore esse illud, ibi ego: & nunc ADONAI IHVH misit me, & spiritus eius.

17 Sic dixit IHVH redimens tuus, sanctus Israelis: ego IHVH ELOHIM tuus, docens tuus, ad subleuare; viare faciens tuus in via ambulabis.

18 Si auscultauisti praecipis meis: & fuit sicut flumen pax tua; & iustitia tua sicut conuolutiones maris.

19 Et fuit sicut arena semen tuum, & exitus viscerum tuorum sicut viscera eius: non excindetur, & non abolebitur nomen eius de ad facies meas.

20 Exite de Babele, fugite de Chaldaeis in voce gratulatoria acclamationis annuntiate, audite facite istud; exire facite usque ad extremitatem terrae: dicite, Redemit IHVH seruum suum Iaghakobum.

21 Et non sitierunt, in siccitatibus ambulare fecit eos; aquas de petra fluere fecit eis: & scidit petram, & fluxerunt aquae.

22 Non pax, dixit IHVH, improbis.

h datus ad facies dici, ante hunc diem

i indicum fuit tibi nomen k datus ad correspondentiam l neutiquam, non omnino m fornax, camino; vide in Deuteron. 4 v. 20. n vi v. 9. o gloriam, honorem, dignitatem, maiestatem

p postremus

q ea r vna, pariter, simul. s omnes vos


t perripet re faciet, viam suam

u vide in Genes. 13. v. 2.

x vtinam intendisses y vt esse

z dissipabitur

Supra 42. b. 8. Supra 41. b. 4. & 44. a. 6.



COMMENTARIA.

VERS. 1.



VDITE HÆC DOMVS IA-
COB, &c.] Heb. *Audite hoc,*
domus Iahakobi, &c. Hoc capi-
te, quemadmodum diximus
supra cap. 45. v. 1. continentur
tria: primum est, expositio alterius mem-
bri, quod in narratione positum est, supra
cap. 45. v. 4. de causa istorum iudiciorum Dei
vsque ad versum. 12. Secundum est, confir-
matio narrationis à vers. 12. ad 16. Tertium,
conclusio, ad finem vsque, vt supra diximus
cap. 44. v. 6. Summa autem causa iudiciorum
Dei per contestationem explicatur, qua
Deus populum euincens improbitatis, duo-
bus primis versibus, per comparationem
exemplorum antecedentium, vsque ad v. 6.
ostendit se nulla dignitate populi, vers. 7. & 8.
sed sua vnus gloria adductum esse, vt popu-
lum affligat, & ex afflictione liberet iustitiã
suã, vers. 9. 10. & 11.

QVI VOCAMINI NOMINE ISRAEL.]
Alij: qui vocant se de nomine Israelis. Idem
argumentum ad exprobrationem populi, vide
copiosè tractatum Hoseã 12. & 13.

ET DE AQVIS IYDA EXISTIS.] Alij:
& ex aquis Iehuda prodierunt. Enallage perso-
næ ex secunda, *Audite*, in tertiam, *prodie-
runt.* id est, qui ex Iahakobo tanquam ex fon-
te promanarunt: vt Deuterom. 33. v. 28.
& Psalm. 67. v. 17.

QVI IVRATIS IN NOMINE DOMINI.]
Heb. *Iurati in nomine Iehouab.* Alij: qui iurant
per nomen Iehoua.

ET DEI ISRAEL RECORDAMINI NON
IN VERITATE NEQVE IN IYSTITIA.] Alij ex Heb. 1.
*Et memoriam faciunt in Deo
Israelis, at non ex fide neque ex iustitia.* Muta-
tio etiam personæ. 2. & Dei Israelis mentio-
nem faciunt, non fideliter neque iuste. id est, qui
non estis integri erga Deum vestrum: Sic Ie-
rem 5. v. 2. Notat Forsterus hoc verbum in
Hiphil significare, *annuntiare, concionari, præ-
dicare, celebrare.* & Deum Israelis commemo-
rabunt. id est, celebrabunt.

VERS. 2.

DE CVITATE ENIM SANCTA, &c.] Alij
hunc versum ex Heb. conuertunt: *Quamuis
à ciuitate sancta se vocent, & Deo Israelis inni-
tantur,* id est, se niti iactent ac gloriantur: cuius
nomen est, *Iehoua exercituum:* 2. *Notum est,
quod de urbe sancta vocati sunt, vel se nominant,
& Deo Israelis nituntur, cuius nomen est, &c.*
q. d. Proferuntur quidem verbis se esse ciues
urbis sanctæ Ierusalaim, nempe ciues san-
ctorum & domesticos Dei, ac religionem
cultumque Dei specie quadam iactant, vol-
untque videri ac si Deo niterentur; sed om-
nia sunt hypocrisis, & fucus, cum cor eo-
rum alienum sit à me.

VERS. 3.

PRIORA EX TVNC ANNVTIAVI, &c.]
Quidam hunc versum ita reddunt: *Priora
inde ab eo tempore indicaueram, & ex ore meo
prodenntia pronuntiaueram: ea repente effeci, at-*

que euenerunt. Comparatio rerum antegesta-
rum prædictarumque, qua Deus vitur his
quatuor versibus, tota eo spectat, vt demon-
stret sibi fuisse quidem perspectam improbi-
tatem populi; sed gratis propter gloriam
suam immeritis etiam & auerlantibus benefi-
cia sua prædixisse, & suo tempore contulisse;
deinde vero sequitur accommodatio, qua
confirmat Deus se nunc eandem rationem
sequi ob eandem causam, *inde ab eo tempore:*
ex quo domus est Iahakobi, & vocas te de
nomine Israelis *ea repente effeci.* id est, simul
atque visum est, etiam nullis præcedentibus
meritis, aut aduersantibus. 2. *Prima, qua eue-
nerunt, iam olim antea prædixi, & ex ore meo
egresse sunt,* subaudi, prædictiones, & indi-
caui illas prophetias. *subito decreui me ea fa-
cturum, & euenerunt.* 3. *An non priora, qua à
primordio annuntiaui, quum de ore meo exirent,
& vobis exponerem, protinus ea feci, vsuque
venerunt.* Hispanicus Interptes: *Loque passo,
y a dias ha quelo dixi, y demi boca salio, publi-
quelo; bizelo presto, y a vino.*

VERS. 4.

SCIVI ENIM QVIA DVRS ES TV, &c.]
Quidam hunc versum ita exponunt: *Ex præ-
scientia mea erat, te durum esse, & neruum fer-
reum esse cernicem tuam, frontemque tuam cha-
lybeam.* vt testatur Exod. 32. v. 9. & Deute-
ronom. 31. v. 27, & toto cap. 32.

SCIVI ENIM.] Heb. *Ex scientia mea ex-
pertus noui.* Quidam: *Ex scientia mea est.* Vel
scientia mea est. q. d. iam noui quod &c. Ali-
qui reddunt: *Etiamsi nosses, quod pertinax
esses, &c.* Alij: *Quamuis non ignorarem, &c.*
quia durus es tu. חָשֵׁב *kascheb, intricatus; per-
plexus, durus, rigidus, pertinax, difficilis, in-
tractabilis.*

VERS. 5.

PRÆDIXI TIBI EX TVNC, &c.] Hunc
versum alij ex Heb. ita explanant. 1. *Atta-
men iam olim priusquam venirent, numtiau
&
exposui tibi; ne forte diceret, Idolum meum, aut
sculptile, aut constabile meum præcepit ea.* id est,
iussit vt euenirent. 2. *Quapropter indicaui
tibi ex eo tempore, quum nondum eueniret, pro-
nuntiaui tibi; ne diceret, Terriculum meum fe-
cit ista, & sculptile meum, aut fusile meum præce-
pit.* id est, ne res iam prædictas, & suo tem-
pore præstitas attribueres diis nouis, qui è
propinquo adueniunt, & recens sunt facti,
vt Deuteronom. 32. v. 17. 3. *Annuntiaui, in-
quam tibi iam olim, id est, ante multa tempora,
antequam eueniret, audita feci ea,* id est,
prædixi. vel & prædicaui ea: *ne forte diceret,
Idolum meum fecit hac, &c.*

VERS. 6.

QVÆ AVDISTI, VIDE OMNIA &c.] Hunc
versum alij ex Heb. explicant: *Audiueras, re-
spice totum hoc,* id est, animaduerte vt re ipsa
effecta sunt quæcunque audiueras ex me; &
nihil prædictorum meorum exciderit, vt Io-
sue 21. v. 45. & 1. Samuel. 3. v. 19. & vos an
non indicabitis? Id est, an dissimulabitis ea
omnia, quæ in vos fuerunt collata? neque
certa

certa fide amplectemini prædictiones meas, quibus vos testimonium oportuit perhibere ab antea acta experientia. vt supra cap. 43. v. 10. pronuntio tibi noua ex hoc tempore, recondita, quæ ignorasti. Transitio ad accommodatone exemplorum, de qua dictum est in. v. 3.

VERS. 7.

NUNC CREATA SVNT, ET NON ERUNT &c.] Alij hunc versum ex Heb. ita concipiunt: *Quæ nunc creantur, non autem ab eo tempore, nuncium, noua hæc, quæ nunc fient de captiuitate tua per Babylonios, excidio Babyloniorum, & liberatione tua per Cyrum: etiam ante diem non audiuisti, vt non dicas. Ecce noueram ea.* id est, nunc primum in lucem eduntur, patefiuntque admirabiliter, nunquam hætenus tibi audita & nota, vt exponunt verba sequentia. Hispanicus Interpres: *Ahora fueron criados, no en dias passados, ni antes de este dia las auis oydo; por que no digas: He aqui que yo lo sabia.*

VERS. 8.

NEQUE AVDI TI, NEQUE COGNOVISTI.] Quidam: *Neque audiuisti quidquam, neque nouisti, à diuinis & astrologis tuis.*

NEQUE EX TUNC APERTA EST AVRIS TUA.] Verbum פתחה *phitrechah* est ex Pihel fœmineum: notantque legi in quibusdam locis neutraliter & intransitiue, vt hic: *etiam ex tunc non aperuit se, non fuit aperia, auris tua.* Alij actiue malunt: *neque ab illo tempore aperuit aurem tuam.* Videlicet. Spiritus sanctus.

SCIO ENIM QVIA PRÆVARICANS &c.] Ex Heb. alij: *1. sciebam enim quod omnino prævaricator esses, & quod ab vtero transgressor vocatus sis. 2. noui enim quod vim-inferendo vim-inferes, & transgressorem ab vtero vocauit te. 3. nam noui te perfide agendo perfide acturum, seu omnino acturum esse perfide, & desertorem ex vtero vocari te.*

VERS. 9.

PROPTER NOMEN MEVM LONGE FACIAM FVROREM MEVM &c.] Ex Heb. alij: *Propter nomen meum differam iram meam, vel prolongabo iram meam. seu longanimis ero.* Prophetiæ summam incipit Ielchahia superiore & hoc versu ab occupatione. q. d. non est quod metuas vt non præstem ea, quæ ante dicta sunt, propter duritiem tuam: nam propter me effecturus sum.

ET LAVDE MEA INFRANABO TE NE INTEREAS.] Verbum prius חתא *chatam*, alibi in Scriptura non legitur, ob id variè exponunt: *1. & propter laudem meam prolongabonares.* id est, iram meam; tibi, id est, in gratiam tui, ad non succidendum te. siue vt non succidam te. *2. & propter laudem meam obturabo nares;* id est, continebo furorem meum, tibi, id est, ne eum in te effundam. Verbum dicitur Hebrais, à naribus, quod est continere-flatum-narium, seu iram, quam flatus narium indicat, vt de equis scribit Virgilius *3. Georgicorum,*

Collectumque premens voluit sub naribus ignem. vel nares meas obstruam, vel obturabo tibi, ne scilicet, egrediatut fumus ire meæ. 3. & laudem meam ponam in nasum tibi, vel causa tui, vt non corram an te. Hebraismus elegantissimus; id est, ob quam laudem meam iræ meæ in gratiam tui, ne per-

dam te. *4. in laudem meam moderabor mihi erga te, vt te non succidam. 5. & erit laus mea si longanimis ero tibi, & non succidero te. 6. & laus mea erit, si cohibebo, retinebo, tibi; id est, tui causa, tibi in bonum. 6. & propter laudem meam frenum iniiciam mihi tui causa, ne te omnino excindam. 7. & propter laudem meam condar tibi. seu recondar tibi, in bonum, seu abscondar, & cohibebor, ne excindam te. 8. & laudem meam obfignabo tibi, vel obfignatam obseruabo tibi; vt non excindam te. id est, quasi sigillo munitam reseruabo tibi laudem & gloriam meam, ad non excindendum te. q. d. tibi parcam propter gloriam meam. vel obfignabo. id est, concludam, neque exeram iram meam propter laudem meam. quasi idem sit quod CHATHAM. vel imprimò & indo tibi sigillum seu signum laudis meæ, indo tibi tanquam signum laudem meam, vt illud videns, non excindam te.*

VERS. 10.

ECCE EXCOXI TE] Heb. ופתי, *conflaui, purgaui, examinavi, purificaui, probaui te.*

SED NON QVASI ARGENTVM] Non dubium est, quin Caph legerit pro Beth simillima littera: nam hodie exemplaria constanter habent Beth: *& non in argen. o.* Quidam subaudiunt è sequente membro: *& non in argenti catino, seu fornace. q. d. vlli te non in fornace argenti, sed in fornace afflictionis.* Aliqui hunc versum ex Heb. reddunt: *1. Ecce conflaui te, at non pro pecunia, elegi te probatum in fornace afflictionis. 2. ecce conflabo te, non autem argento, selectum efficiam te catino afflictionis.* id est, non agam vlllo pretio, sed gratis curabo, & magnificabo te. *גבון, afflictionis, passionis, oppressionis, humiliatiōnis, paupertatis, inopia, abiectiōnis.*

VERS. 11.

VT NON BĀSPHEMER.] Heb. *quia quomodo violabitur? Alij: 1. quomodo enim polluetur, nomen meum? id est, quomodo fieri possit, vt patiar nomen meum denigrari? quod fieret ab his, qui mendacij me arguerent, si promissa mea non præstarem. 2. nam quomodo profanaretur illud? nomen meum, de quo vers. 9.*

ET GLORIAM MEAM ALTERI NON DABO.] id est, neque concedam vt id faciant idola, nam materiam gloriæ meæ idolis non permittam. Alij: *non linam eripi mihi, aut alio à me transferri.*

VERS. 12.

AVDI ME IACOB, ET ISRAEL QVEM EGO VOCO] Alij: *Ausculta mihi Iahakob, & Israel vocate à me.* Tertia concionis pars, vt diximus cap. 44. v. 6. confirmatio, qua primum Deus à personæ suæ operumque amplitudine prophetiam obfignat, quatuor versibus: deinde propheta fidem suam in sua vocatione & administratione testatam facit, vers. 16.

QVEM EGO VOCO] Heb. *vocatus meus, vel vocate à me, id est, vocatus & appellatus à me, qui nomen habes à me, & nomen meum præfers, qui vocaris populus meus, vt supra vers. 1. & 2. Alij, id est, domesticus & familiaris meus, quos sæpe vocare solemus.*

MENSA EST CÆLOS] Heb. *palmanit calos, hoc est, palma palmanit, explanauit, palma explicabit*

explicauit, & distendit ac æquauit cælos vt essent instar veli expansi & explicati, Alij: *palmu, mensura-quatuor digitorum, mensa est cælos.* Non nulli: & *dextera mea palmus expendit cælos*, vt supra cap. 4. v. 12.

EGO VOCABO EOS ET STABUNT SIMVL.] Alij: 1. *ego cum ea vocarem, pratinus constiterunt simul vel præsto fuerunt*: vel serui scilicet facturi imperata. 2. *me vocante ea, consistunt pariter*, id est, se sistunt ad exequenda iussa mea, vt Psalm. 118. v. 91. 3. *vocaui illa, & steterunt*, id est, dixit, & facta sunt.

VERS. 14. QVIS DE EIS ANNUNTIAVIT HÆC.] Alij: *quis ex illis indicat ista? diis videlicet, de quibus vers. 5. vel ex istis hariolis, magis, Chaldæis, de quibus cap. 47. v. 9. & 13.*

DOMINVS DILEXIT EVM, &c.] Alij ex Heb. *Iehoua diligens hunc facturus est delectationem suam in Babyloniam, & brachium eius in Chaldæos.* Hunc Cyrum intelligunt, qui exequutus est, quod statuit Deus in Babyloniam, & vires roburque exercituum eius in Babylonios irruent.

VERS. 15. ET VOCAVI EVM.] videlicet Cyrum de quo cap. 44. v. 28. & cap. 45. v. 1.

ET DIRECTA EST VIA EIVS.] Alij: 1. *qui prosperabitur in profectioe sua* 2. & *secundabit viam suam* 3. & *profectum faciet via eius.* 4. & *fortunabit viam eius.* 5. & *perrumpet via eius*, id est, prosperè omnia illi succedent, sublatis omnibus impedimentis.

VERS. 16. ACCEDITE AD ME ET AUDITE HOC, &c.] Prophetæ verba confirmantis fidem suam, quâ adhibuerat ad enuntiandum verbum Dei, & diligentiam ad audiendum ex Deo, prout vocatus fuerat.

NON A PRINCIPIO IN ABSCONDITO, SEV IN OCCVLTO LOQVVTVS SVM.] id est, ex quo fuit verbum Dei ad me, non dissimulaui, sed palam loquutus sum, seu concionatus sum. Hanc sententiam imitatus videtur Christus Ioann. 18. v. 20.

EX TEMPORE ANTEQVAM FIERET IBERAM.] Quidam: *ex quo tempore fuit hoc, ibi sum* nimirum in ea tanquam specula, vbi me collocavit Deus, vt verbum ab ipso audiam, & ad vos referam, vt supra cap. 21. v. 8. & 10.

ET NUNC DOMINVS DEVS MISIT ME, ET SPIRITVS EIVS.] Heb. & *nunc Adonai Iehueb misit me, & spiritus eius.* Alij *nunc Dominus Iehoui mittit me, & spiritus eius.* Dominus Adonai, Pater Iehoui, Filius, & Spiritus eius, Dei Patris & Filij, cum Patre & Filio vnus aternus Deus, quo vno acti olim homines sancti loquuti sunt, 2. Petri. 1. v. 21. Quod hic nomen sacrum Quadrilitterum coniungitur cum Adonai, plerique non Iehoua, sed Iehoui legunt: vide supra cap. 40. v. 10. Perspicuum hic mysterium sacræ Triadis.

VERS. 17. HÆC DICIT DOMINVS, &c.] Alij hunc versum ex Heb. efferunt: 1. *Sic dicit Dominus, redemptor tuus, sanctus Israelis, docens te, qua profutura sunt, seu vt proficias, vel vt profim, dirigens te in via, qua tibi est eundum.* 2. *Sic ait Iehoua, vindex tuus sanctus Iisraelis: Ego Iehoua Deus tuus doceo te proficere deduco te via, qua ambules.* q. d. præsto quod

mearum est partium. Vltima concionis parte, vt diximus in vers. 1. id est, conclusione, Deus primùm officia sua vniuerse in Iisraelitas commemorans, hoc versu, per hypotheseos summam benedictiones exponit euenturas Iudæis si paruissent ipsi, vers. 18. & 19. deinde summam repetit res ante promissas propter nomen suum, de beneficentia erga suos & hostium statu miserimo, tribus versibus vltimis.

DOCENS TE VTILIA.] Heb. *docens te ad prodesse*, id est, vt proficias, vt subleuamen, emolumentum, vtilitatem accipias.

VTINAM ATTENDISSES MANDATA MEA, &c.] Alij 1. *ô si ad præcepta mea animum aduertisses.* 2. *ô si attendisses ad præcepta mea.* Simile vide Deuteronom. 32. v. 29.

FACTA FVISSET SICVT FLYMEN PAX TUA.] Alij: 1. *redunderet instar fluminis pax tua.* 2. *ita fuisset tanquam flumen pax tua*, id est, nunquam desissent fluere, sed omnia bona se vltro dedissent tibi. Pax more Hebraico, pro prosperitate, & cornucopiæ bonorum.

ET IVSTITIA TVA SICVT GYRGITES MARIS.] Heb. *sicut volutiones, fluctus, procellæ maris*, quæ quasi acerui in orbem volutantur, q. d. continenter perrexisset, vt fluctus excipiunt alij alios, vel esset vt acerui & cumuli aquarum abundantissima.

ET FVISSET QVASI ARENA SEMEN TVVM.] VERS. 19. vide in Genes. 22. v. 15.

ET STIRPS VTERI TVI.] Heb. & *egressiones, genimina, germina, progenies, propagines*, vide supra cap. 22. v. 24. *viscerum tuorum.* Quidam: & *prognati è visceribus tuis.* Alij: & *faetus intestinorum tuorum*, id est, filij ventris tui.

VT LAPILLI EIVS.] vocem *מִגְּבֹהַּ* *meghorh*, quæ in hac forma alibi non legitur, varie elucidant: 1. *sicut viscera, intestina, interanea eius*, id est, maris, hoc est, sicut pisces, qui sunt velut viscera & interanea maris. Similis loquutio est Genes. 48. v. 16. 2. *sicut acerui eius arenæ*,

NON INTERISSET, ET NON FVISSET ATTRITVM NOMEN EIVS A FACIE MEA.] Alij ex Heb. *non tamen excindetur, neque perdetur nomen eius è conspectu meo.* Transitio ad summam promissionum, simili argumento atque vsus est supra vers. 8. & 9.

EGREDIMINI DE BABYLONE.] Alij: VERS. 20. *Exite à Babylonia.* Prophetica hortatio, quasi in rem præsentem Iudæos adducens, & præmonens de liberatione ventura.

FUGITE A CHALDÆIS.] ne communi cum Babyloniis iudicio pereatis, & circumueniamini ira Dei, quæ denuntiatur illis, versu vltimo; vt Ierem. 51. v. 6. & 45. similis causa adducitur Genes. 19. v. 15.

IN VOCE EXULTATIONIS ANNUNTIATE, AUDITVM FACITE HOC, ET AFFERTE ILLVD VSQVE AD EXTREMA TERRÆ.] Varie alij ex Hebr. 1. *cum voce iubili, orationis, præconij, predicatæ & diuulgatæ hoc, efferte illud vsque ad fines terræ.* 2. *voce cantus, seu voce canora indicatæ, pronuntiatæ hoc, proferte hoc vsque ad extremita-*

tem terra. q. d. frumini beneficio Dei & fruentes animo grato prædicare.

VERS. 12

NON SITIERVNT IN DESERTO, &c.] Hunc versum ex Hebr. alij ita reddunt, 1. Et non sitierunt, quum per solitudines duceret eos, aquam enim eis de petra promanare fecit: scidit petram, ut latices effluerent. 2. Neque sitiunt quum per vastitates deducit eos; aquas è rupe profundit eis: quasi fidisset rupem ut stuant

aqua. id est, æque admirabiliter de viatico illis prospicit, atque olim prospexit maioribus, ex Ægypto exeuntibus. Vide Hezræ 1.


NON EST PAX IMPIIS, Dicit DOMINVS.] Alij: Nulla est pax, inquit Iehoud, improbis. ac proinde ne copulemini cum illis, aut consortium habetores; sed fugite, vt supra v. 20. vide infra cap. 57. v. 21.

VERS. 22

CAPVT XLIX.

Constituatur Christus dux Gentium ac Iudeorum saluandorum, daturque in fædus populi ex omni orbis parte vocandi: & ostensa magna felicitate credentium in Christum hortatur eos gratiarum actionem: benignè etiam consolatur Sion qua se à Deo desertam conquerebatur: promittens eam toto orbe fore gloriosam, omnibus ad ipsam confluentibus, eiusque contritis inimicis.

Vulg.

 Vdite insula; & attendite populi de longè: Dominus ab utero vocauit me, de ventre matris meæ recordarus est nominis mei.

Inf. 51. c. 16.

2 Et posuit os meum quasi gladium acutum: in umbra manus suæ protexit me, & posuit me sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondite me.

3 Et dixi mihi: Seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabor.

4 Ego dixi: In vacuum laboraui, sine causa, & vanè fortitudinem meam consumpsi: ergo iudicium meum cum Domino, & opus meum cum Deo meo.

5 Et nunc dicit Dominus, formans me ex utero seruum sibi, vt reducam Iacob ad eum, & Israel non congregabitur: & glorificatus sum in oculis Domini, & Deus meus factus est fortitudo mea.

6 Et dixit: Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & faces Israel conuertendas. Ecce dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terra.

Su pra 41.

b. 6.


Act. 13.

g: 47.

7 Hac dicit Dominus redemptor Israel, sanctus eius, ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad seruum dominorum: Reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt propter Dominum, quia fidelis est, & sanctum Israel, qui elegit te.

Maluenda, In libr. Isaia.

Malu.

 Vdite insulae ad me, & auscultate populi de longinquo: IHVH de ventre vocauit me, de visceribus matris meæ recordari fecit nomen meum.

2 Et posuit os meum sicut gladium acutum, in umbra manus suæ abscondit me: & posuit me sicut sagittæ expurgatæ, in pharetra sua abscondit me.

3 Et dixit mihi, Seruus meus tu: Israel, quo in te decorare me faciam.

4 Et ego dixi: Vacuitati laboraui, inordinationi, & vanitati virtutem meam consummaui: profecto iudicium meum ad IHVH, & opus meum ad ELOHIM meum.

5 Et nunc dixit IHVH formans meus de ventre, seruo sibi, ad reuertere facere Iaghabobum ad eum, Israel non colligetur: & aggrauatus fui in oculis IHVH, & ELOHIM meus fuit obfirmatio mea.

6 Et dixit, Levi factus de esse te mihi seruum ad resurgere facere baculos Iaghabobi, & asseruatos Israelis ad reuertere facere: & dabo te luci gentium, ad esse salutem meam vsque ad extermitatem terræ.

7 Sic dixit IHVH redimens Israelis, Sanctus eius, ad spernere animam, abominanti genti, seruo dominantium; reges videbunt, & surgent principes, & procumbere sese fecerunt, correspondentiæ IHVH, qui creditus Sanctus Israelis, & elegit te.

a datus in sagittam

b tribus, virgas

c datus ad correspondentiam

Sf

8 Sic

2. Cor. 6.
2. 2.

8 Hæc dicit Dominus: In tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui: & seruaui te, & dedi in fœdus populi, vt suscitares terram, & possideres hereditates dissipatas:

8 Sic dixit IHVH, In tempore beneplaciti d respondi te, & in die salutis adiuui te: & asseruaui te, & dedi te fœderi populi, ad surgere-facere terram, ad hæreditare-facere hæreditates e afflatas.

Apoc 7.
d. 16.

9 vt diceret his, qui vincti sunt: Exite; & his, qui in tenebris: Reuelamini. Super vias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum.

9 Ad dicere ligatis, Exite, f qui in tenebrositate, & reuelamini: super vias pascentur, & in omnibus prominentiis pascuum eorum.

10 Non esurient, neque sitient, & non percutiet eos æstus & sol: quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos.

10 Non fameſcent, & non sitient, & non percutiet eos h adustio & sol: quia viscerans eorum i abducet eos, & super k scaturigines aquarum deducet eos.

11 Et ponam omnes montes meos in viam, & semita mea exaltabuntur.

11 Et posui omnes montes meos i viæ: & viæ stratae meæ eleuabuntur.

12 Ecce isti de longè venient, & ecce illi ab Aquilone & mari, & isti de terra Austræ.

12 Ecce isti de longinquo venient: & ecce isti de septentrione, & de m mari, & isti de terra Sinim.

13 Laudate cæli, & exulta terra, iubilante montes laudem: quia consolatus est Dominus populum suum, & pauperum suorum miserebitur.

13 Gratulatorie-acclamate cæli, & exulta terra, n & personate montes gratulatoriam-acclamationem: quia consolatus-fuit IHVH populum suum, & o afflictos suos p inuiscerabit.

14 Et dixit Sion: Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei.

14 Et dixit Tziion. Dereliquit me IHVH, & ADONAI oblitus fuit me.

15 Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio uteri sui; & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.

15 An obliuiscetur vira q parvulum suum de in viscerare filium ventris sui; istæ obliuiscetur, & ego non obliuiscar te.

16 Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper.

16 En super r volas constitui te: muri tui l præsentia mea iuge.

17 Venerunt structores tui: destruentes te & dissipantes, à te exhibunt.

17 Festinauerunt filij tui: diruentes tui, & exsiccantes tui de à te exhibunt,

Infra 60.
a. 4.

18 Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestieris: & circumdabis tibi eos quasi sponsa.

18 Leua circuitu oculos tuos, & vide omne eorum congregati-fuerunt, venerunt tibi: viuens ego, t Fidelis-sermo IHVH, quia omne eorum sicut ornatum vesties; & ligauisti eos sicut sponsa

19 Quia deserta tua, & solitudines tua, & terra ruinae tua, nunc angusta erunt præ habitatoribus, & longè fugabuntur qui absorbebant te.

19 Quia siccitates tuæ, & afflandæ tuæ, & terra diruitionis tuæ: quia nunc coangustaberis de habitante, & longinquauerunt u absorbentes tui.

20 Adhuc dicent in auribus tuis filij sterilitatis tuæ: Angustus est mihi locus, fac spatium mihi vt habitem.

20 Adhuc dicent in auribus tuis filij orbitatum tuarum: coangustatus mihi locus, accede mihi, x & habitau.

21 Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi istos; ego sterilis, & non pariens, transmigrata, & captiua: & istos quis enutriuit; ego destituta & sola: & isti ubi erant?

21 Et dices in corde tuo, Quis genuit mihi istos, & ego orba, & y partus-embriõnis; deuoluens, & discessa, & istos quis grandefecit; en ego relictâ-fui ad solam me, isti z vnde nam ij?

22 Hæc dicit Dominus Deus: Ecce leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum. Et afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas super humeros portabunt.

22 Sic dixit ADONAI IHVH: Ecce leuabo ad gentes manum meam, & ad populos eleuabo vexillum meum: & venire-facient filios tuos in gremio, & filia tuæ super scapulam leuabuntur.

23 Et erunt reges nutritij tui, & regina nutrices tua: vultu in terram de-

23 Et erunt reges a fideles tui, & principissæ eorum lactantes tuæ; nares terra

procum

e afflandas, stupende-
desolatas
f datiuus.
iis, qui
g Deuolui-
mini, mani-
festate vos

h vt c. 35.
v. 7.
i abiget
k scatebras

l datiuus in
viam

m occidete

n persona-
bunt. nam
Hebr. est
duplex
lectio.

o pauperes,
afflictos
p in viscera
sua condet
q puerum,
lactentem

r curuities
palmas,
s e regione
t vide Gen
nes 22. 16.

u deglutie-
tes, deuo-
rantes te

x vt habitet

y pariens
embriõnem

z vbinam

a nutritij-
vide in Nux
mer. 11. 12.

misso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Et scies quia ego Dominus, super quo non confundentur qui expectant eum.

24 Numquid tolletur à forti prada? aut quod captum fuerit à robusto, saluum esse poterit?

25 Quia haec dicit Dominus: Equidem, & captiuitas à forti tolletur: & quod ablatum fuerit à robusto, saluabitur. Eos verò, qui iudicauerunt te, ego iudicabo, & filios tuos ego saluabo.

26 Et cibabo hostes tuos carnibus suis: & quasi musto, sanguine suo inebriabuntur: & sciet omnis caro, quia ego Dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob.

procumbere sese facient tibi: & puluerem pedum tuorum lambendo depascent: & cognosces quia ego IHVH, quo non pudebunt expectantes eius.

24 An accipitur de præualido acceptio? & si captiua-abductio iusta salua euadet?

25 Quia sic dixit IHVH: Etiam captiua-abductio præualidi accipietur, & acceptio præualidi salua euadet: & ad litigatores tuos ego litigabo, & filios tuos ego saluabo.

26 Et comedere faciam deprædantes tuos carnem suam, & sicut musto sanguine suo inebriabuntur: & cognoscent omnis caro quia ego IHVH saluans tuus & redimens tuus, Abir Iahakobi

^b quod ^c cum

^d accipi-
et, sic v. 25.
^e forti, po-
tente, to-

^f busto, gigan-
te, heroc. sic
v. 25.

^g captura,
præda, sic
v. 25.

^h violenti,
tyranni
ⁱ cum rixa-
toribus tuis,
seu rixatore
litigatore
tuo



COMMENTARIA.

V. 1.



VDITE IN SVLÆ, &c.] Alij ex Heb. *Auscultate, insula, ad me.* Cum propheta, inquit, inde à cap. 40. duos consolationis locos explicandos sibi proposuerit, vnum de reuersione Iudæorum ex captiuitate Babylonica; alterum de instauratione Ecclesie per Christum; nunc demum incipit speciatim hunc secundum locum exponere, & in eo argumento pergit ad finem vsque prophetie. Hoc autem caput quædam est veluti præfatio, ac potius summum argumentum eorum, quæ sequuntur, omnium: nam primum Christus per prophetam omnes nationes vocans, sibi conciliat auctoritatem à narratione vocationis suæ, sex prioribus versibus: deinde promissiones sibi & Ecclesie factas, ad finem vsque capitis: in quibus argumentis duobus tota prophetia reliqua conlunitur vsque ad finem libri. At in vocatione quidem explicatur vocatio Christi à Deo Patre ad sanctam illam functionem mediatoris inter Deum, & Ecclesiam ipsius, duobus versibus: deinde ostenditur ex quibus Ecclesia sit vocanda per Christum, versibus quatuor.

ET ATTENDITE POPVLI DE LONGE.] Quidam: & attendite nationes à longinquo. id est, quamuis longe abitis vsque ad extremas oras terræ. q. d. remotissimæ quæque nationes.

DOMINVS AB VTERO VOCAVIT ME.] Alij: *Iehoua inde ab utero vocauerat me.* id est, vocauit ab æterno, ac proinde iam vocauerat quum in utero matris conciperet. Est enim Christus semen illud benedictum, in quo salus ab æterno constitit Ecclesie, & promissiones salutis factæ sunt, Galat. 3. v. 16. idque ex vocatione Dei Patris, Hebræor. 5. v. 4. & 5.

DE VENTRE MATRIS MEÆ RECORDATVS EST NOMINIS MEI.] Heb. & de visceribus, interaneis, matris meæ recordari fecis non Maluenda, In libr. Isaia.

men meum. Alij: 1. & memorauit, seu memorare fecit nomen meum, vel commemorauit nomen meum. 2. memoriam constituerat nominis mei. Quidam exponunt: in visceribus matris meæ memorauit meum nomen. id est, indidit mihi nomen, Matthæi 1. v. 21. Alij. antequam ex utero matris in hanc lucem prodirem, commendauit honorifice, prædicauit, celebre & gloriosum effecit nomen meum, vt supra cap. 48. v. 1.

ET POSVIT OS MEVM QVASI GLADIVM ACVTVM, &c.] Alij: *Et disposuit os meum veluti gladium acutum, &c.* id est, armavit me verbo suo efficacissimo & penetrantissimo, quod cum gladio & sagitta acutissima comparatur, adiunctis promissionibus de defensione mei, & ministerij; vide Ephesior. 6. v. 17. Hebræor. 4. v. 2. & Apocalyp. 1. 16.

ET POSVIT ME SICVT SAGITTAM ELECTAM.] Alij: & disposuit me vt sagittam expurgatam, extersam, nitidam, limpidam, purificatam, clarificatam. vt Psalm. 44. v. 6. Gladio vicinos ferimus, & remotos: sic Christus & Iudæos proximos, & gentes remotas verbo Dei percussit.

ET DIXIT MIHI: SERVVS MEVS ES TV.] Alij: *Dixerat mihi: Seruus meus es.* vt supra 42. v. 1.

ISRAEL QVIA IN TE GLORIFICABOR.] Vel gloriabor. Accentus Athnach perspicue dispescit vocem Israel à superioribus, sequentibus annectit. Quidam Hebræa reddunt: *Israel, quin in te glorificabor.* vel *Israel, certe in te glorificabor.* Heb. ex verbo habent. *Israel, quod, vel quo in te, decorabor, ornabor, glorificabor.* Aliqui exponunt: *Israel est, de quo per te gloriaturus sum.* id est, iubeo te primum Iisraeli proponere verbum gloriosum meum, & in Iehudæis primum gloriam meam explicare; vt Matth. 10. v. 6. 24. Actor. 13. v. 46. & 28. v. 25. & sequentibus.

VERS. 2.

VERS. 3.

VERS. 4.

IN VACVVM LABORAVI, SINE CAUSA ET VANE FORTITVDINEM MEAM CONSUMPSI.] Alij ex Hebr. 1. *Frustra laboravi, inutiliter ac temere virtutem meam consumpsi.* 2. *Frustra laboro, ad inanitatem & vanitatem, seu inaniter & vane vires meas consumo.* id est, non audit, neque accipit verbum Iisrael: paucissimi ex Israelitis credunt.

ERGO IVDICIVM MEVM CVM DOMINO, ET OPVS MEVM CVM DEO MEO.] Exponunt, certe vellem cum Deo iudicio contendere, & opus meæ prædicationis illi approbare, per me non sterisse, quin omnem operam & studium meæ ad ministratiõni adhibuerim, vt Iudæos ad fidem adducerem, quod tamen ipsi renuerunt. 2. *veruntamen iudicium meum cum Iehoua: vel ius meum, id est, præmium, & opus meum, vel merces operis mei, cum Deo meo.* siue apud Deum meum. q. d. quamuis pauci sint credituri mihi, tamen officio meo fungar, & laboris mei præmium à te expectabo, Pater. 3. Forsterus, & Forerius: *certe conditio mea seu status meus, à Iehoua, & opus meum à Deo meo.* q. d. Non est quod quisquam existimet, idcirco me frustra laborasse, quod non missus venerim, aut secus quam oportet, rem tractarim, in aliquote deliquerim; certe conditio mea, status, studia, actiones omnes à Patre meo disposita, & ordinata fuere, vt nec latum vnguam vnquam aberrauerim. 4. Tremellius & Iunius: *veruntamen officium meum penes Iehouam est, & opus meum penes Deum meum.* Amplificatio indignitatis à testimonio conscientia, & Dei ipsius in conscientia: Ego, inquit Christus, totas vires consumpsi in Iehudæis informandis: Deus Pater testis est, & testificatur conscientia meæ, qui solus officium meum, & opus optime cognouit. Nec desunt qui iudicium hinc Euangelium interpretentur, vt supra cap. 42. v. 1. & 4. vt etiam, opus.

VERS. 5.

ET NUNC DICIT DOMINVS.] Alij: *Nunc autem dicit Iehoua.* Videlicet, quum omnibus meis viribus apud Iudæos consumptis, expertus est illorum contumaciam Deus.

FORMANS ME EX VTERO SERVVM SIBI.] Alij: *qui formauerat me inde ab utero vt seruiam ipsi.* id est, æterno decreto suo comparauerat, vt supra v. 1.

ET ISRAEL NON CONGREGABITVR.] Hebræi quia id cedere videbatur in contumeliam ipsorum, quasi nunquam reducendi sint ex exiliis, quibus dispersi per mundum feruntur, annotant hunc locum esse vnum de quindecim in quibus \aleph lo cum Aleph, id est, non accipiendum sit pro \aleph lo cum van, & Israel ipsi congregabuntur. vel & Israel ei congregabit sese. Sed proculdubio lectio negatiua præferenda est. Quidam reddunt: *atque vt Israel non colligatur, tamen glorificabor in oculis Iehoua.* Alij per parenthesim (*at Israel non congregabit sese ad ipsum*) vel etiam si Israel non colligatur ad Dominum, tamen gloriosus ero, &c. Tremellius & Iunius: *quum Iisrael non reciperet se.* ad Deum vocantem Iudæos per Euangelium Christi.

ET GLORIFICATYS SYM IN OCY-

LIS DOMINI, &c.] Alij: *quia gloriosus sum in oculis Iehoua, & Deus meus est robur meum.* id est, quia Pater amat Filium, & omnia tradidit in manus illius: non autem eum contemnit, quod peruersi Iudæi faciunt, at proinde non vult ferre vt ministerium Filij sui inutile sit atque inglorium: sicut parabolâ ostenditur Matth. 22.

ET DIXIT, PARVVM EST VT SIS MIHI SERVVS, &c.] Hebr. *Et dixit, Leuis factum tu de existere tu mihi seruus, &c.* Alij: 1. *Leue est vt sis mihi, seruus.* 2. *Indecorum fuit.* id est, inhonestum, ignominiosum reputatum est, *non esse te mihi seruum.* sic enim propositio *Mem* præfixa infinitiuo, sumi solet pro *non*, vt i. Samuelis, vers. 26. & alibi passim. Sed hunc sensum ego minime probor, nam apte instituto non conuenit. 3. *Dixit, inquam, Leuior videris quam vt sis mihi seruus.* Iudæis videlicet, vt explicat sequens versus. 4. *Dixit inquam, Leue sit quod seruus meus sis, &c.* Et hic sensus præstat, qui est Nostri, q. d. Non adeo magnum est te esse prophetam Iudæorum, ad ampliora te destinaui, &c. Iudæi vt suæ ignominia velamen obtendant, interrogatiue legunt: *Num leue est, vt sis mihi seruus, &c.*

VERS. 6.

AD SVSCITANDAS TRIBVS IACOB.] Hebr. *ad erigendum, statuendum, constituendum, suscitandum, stabiliendum, confirmandum ratificandum tribus Iacob.*

ET FÆCES ISRAELIS CONVERTENDAS.] Docte, nam Hebr. *ad reseruata, reposita*, id est, fæces, quæ in fundo vasis reseruantur & desident. Alij: 1. *& ad reducendas desolationes seu vastitates Israelis.* 2. *& ad reducendum, seu restituendum conseruatos, reseruatos, asseruatos Israelis.* 3. *& custoditos Iisraelis.* seu Iisraelitas *reducendum.* id est, quos ego singulari studio custodieram hætenus, veluti peculium præ omnibus alijs populis, & tanquam pupillam oculi: Deut. 32. vers. 10.

ECCE DEDI TE IN LVCEM GENTIVM.] Alij, 1. *Nisi dederò te vt lux sis gentium.* 2. *Ergo constituo te in lucem gentium.* Id est, vt profundas omnes gentes illustratione tui Euangelij, vt supra cap. 42. v. 6, vide Actor. 13. vers. 46.

HÆC DICIT DOMINVS.] Alij: *Sic ait Iehoua, &c.* Altera pars capituli, propositio nimirum euangelicarum promissionum, primum erga Christum, vsque ad vers. 14. deinde erga Ecclesiam in Christo, inde ad finem vsque: quæ duo membra proleptice hoc versu continentur.

REDEMPTOR ISRAEL.] seu *vindex Iisraelis.* id est, electorum Dei.

AD CONTEMPTIBILEM ANIMAM, AD ABOMINATAM GENTEM, AD SERVVM DOMINORVM.] Alij ex Hebr. 1. *ad eum, qui contemptus est anima, & qui abominandus est gentibus, & dominantium est seruus.* De Christo, eiusque apostolis accipiunt. 2. *ei, quem contemnit anima, seu quisque, quem abominatur gens, seruo dominantium.* id est, Christo quem quisque ex Iudæorum gente spernit, abominatur, ac veluti in durissimam

risissimam seruitutem cogit. Illud seruo dominantium, exponunt, Iudæorum, videlicet, qui sibi dominatum confingebant, etiam in seruitute grauissima, & libertatem sibi asserabant, vt Ioann. 8. v. 33.

ad contemptibilem animam. **בזבז** bezob, potest esse infinitum, ad contemnere animam, vel anima. id est, ei, qui idoneus est vt eum spernat quæuis anima, vel vt cum spernat omnis anima, quasi dicat, omnium contemptui expositus. vel ad contemnere anima, per enallagem, id est, ad eum, quem contemnit anima cuiusque, id est, quisque. vel potest esse *Toar*, vice *Pahul*: ad contemptum anima, vel animo, seu anima. id est, qui est contemptui cuique.

Ad abominatam gentem. **למחגהב** limthagheb, participium Pihel cum præfixo Lamed nota datiu: quod quidam sic resoluunt: ad abominabilem gentis. id est, quem omnis gens abominatur. Alij: ad eum, quem abominatur gens. Et hoc est rectius. Auenarius reddit: contemnti animam, & abominanti gentem.

REGES VIDEBUNT, ET CONSVRGENT PRINCIPES, &c.] Alij ex Hebr. Reges videntes miracula & gloriam Christi, assurgent honoris causa tibi, principesque honorem habentes incuruabunt sese; propter Iehouam, qui fidelis est, id est, verax & constans in promissis præstandis, vt 1. Corinth. 1. v. 9. sanctum Israelis, qui elegit te.

VERS. 8.

HÆC DICIT DOMINVS.] Alij: Sic ait Iehoua. Explicatio prioris promissi in Christum, nimirum fore vt in Christo habeatur reconciliatio ex fœdere, hoc versu; remissio peccatorum & liberatio, versu sequente; omnis benedictio depellens mala, & bona conferens, vers. 10. & 11. mirifica electorum ad ipsum concursatio vers. 12. denique rerum creatarum omnium gratulatio v. 13.

IN TEMPORÉ PLACITO.] **רצון** ratzon, beneplaciti, gratia, propensionis-animi, acceptationis, bona-voluntatis, benevolentia, fauoris; quidam: tempore accepto exaudiam te. id est, in tempore, quo benevolentia & salus Dei promulgata est per Euangelium, 2. Corinth. 6. vers. 2.

ET SERVAVI TE, DEDI TE IN FŒDVS POPVLI.] Alij: & custodiens te, disponam te in fœdus populi. id est, vt sis reconciliatiōni ex fœdere: sic Daniel. 9. v. 27.

ET SVSCITARES TERRAM.] Alij: 1. vt instaures terram. 2. ad confirmandum terram. id est, Ecclesiam, & illius habitationem, synecdochicè. Hebr. ad erigendum, stabiliendum, constituendum, firmandum terram.

ET POSSIDERES HEREDITATES DISSIPATAS.] Alij: 1. & vt possideas hereditates desolatas. id est, animas alienas à me, & doctrina mea destitutas. 2. ad efficiendum ut possideat. videlicet Ecclesia; possessiones desolatas.

VERS. 9.

VT DICERES IIS, QUI VINCTI SVNT.] Alij: dicendo vincis. vt supra cap. 41. vers. 7.

PER VIAS PASCENTVR.] Alij: super

vias pascuntur. id est, vbique occurrent ipsis benedictiones Dei, hic & duobus versibus sequentibus: quæ benedictiones allegoricè figurantur sumptis similibus à tempore liberationis Ægyptiacæ.

ET IN OMNIBVS PLANTIS PASCVA EORVM.] Alij: 1. & in omnibus verticibus eminentioribus erunt pascua eorum. 2. & in omnibus cliuis pascuū eorum erit. 3. & in omnibus præcipitantiis pascuum eorum. id est, in locis alioquæ abruptis & asperis. 4. & in omnibus locis editis, excelsis, pastus, pascuum, pastura, eorum. vide de voce **שפחין** sephajim supra cap. 41. v. 28.

EXPONAM OMNES MONTES MEOS IN VIAM.] Alij: Et disponam omnes montes meos vt sint peruij. vel & omnes montes meos reddam peruios.

VERS. 11.

ET SEMITÆ MEÆ EXALTABVNTVR.] Hebr. est discordia generum, nam semita est fœmineum, & exaltabuntur, masculineum: proinde quidam reddunt: & in aggeribus meis emineant, nimirum, quos Christus è vinculis satanæ & potestate tenebrarum extraxerit. Possis reddere: & vias-regiās meas eleuabunt. scilicet homines, imperionaliter more Hebraico, prostrata, aggesta-via mea eleuabuntur. Quidam: & strata-via mea alta erunt. id est, sternam & muniam.

ET ISTI DE TERRA AVSTRALI.] Hebr. de terra Sinim. Quidam: denique isti à terra Sineorum. id est, meridiem versus, quam in partem Sinæ terminum Iudææ constituebant, Genes. 10. vers. 17. desertumque Sinis; & mons Sinai spectabant; Exodi 16. vers. 2. nisi forte intelligantur Sinæ populi Indiæ, quæ extra Gangem est; contermini: hoc enim videtur esse emphaticoteron. vide Nostrom Antichristum, lib. 4. cap. 17. extremo.

VERS. 12.

LAVDATE CÆLI, &c.] Alij: Cantate, ouate, præconizate, iubilate cali, &c. id est, vos res omnes creatæ gratulamini Christo, & filiis Dei vindicatis in libertatem gloriæ, Roman. 8. v. 9. & sequentibus.

VERS. 13.

IUBILATE MONTES LAVDEM.] Alij ex Hebr. 1. personate montes iuationem, seu præconium. 2. edite montes clamorem. id est, erumpite in voces lætas. 3. in iubulum prorumpite montes. 4. conclamate montes præconio. 5. & fragorem edite montes cantu. vide similem locum supra cap. 44. v. 23.

ET DIXIT Tzijon, &c.] Quidam: Quod si dicat Tzijon, &c. Transitio ad alterum promissionum Euangelicarum caput, quæ sunt de studio Dei erga Ecclesiam, vsque ad v. 17. & de propagatione & multiplicatione illius, inde vsque ad finem. Transitur autem per occupationem.

VERS. 14.

NUM QV ID OBLIVISCI POTEST MVLIER INFANTEM SVVM? Alij: 1. Num obliuioni tradit mulier lactantem suum? 2. An obliuisci potest mulier fœtus suū, &c. Responsio ad præcedentem occupationem à comparatione minoris.

VERS. 15.

ET SI ILLA OBLITA FVERIT, &c.] Hebr. pluraliter maiori emphasi: etiam hæc obliuisci possint, id est, etiam si omnes obliuif-

cantur & crudeles sint in filios, quod fieri non posse videtur, vt ne vna aut altera inueniatur misericors: tamen ego non obliuiscar tui. Hypothesis ad amplificandum studium Dei in Ecclesiam. Quidam reddunt: Sed esto obliuiscantur illa, ego tamen tui non obliuiscar.

VERS. 16. ECCE IN MANIBVS MEIS DESCRIPSI TE.] Alij: En in manibus istis ambabus insculpsi te. quoddam Cappaim sit duale. 2. En in manibus insculpsi te. id est, semper obuerfari mihi, & nunquam desino curare te; vt Psal. 110. vers. 4. humanitus dictum, vt Exod. 13. vers. 9. & 19. & passim in lege. 3. En super utramque palmam constitui te. vel ecce super manus duas constitui te. id est, imaginem tuam. Ex verbo proprie reddes, En super utramque volam characterizari te. id est, insculpsi, expressi formam, imaginem, characterem tuum.

MURI TVI CORAM OCVLIS MEIS SEMPER.] Alij: 1. muri tui perpetuo sunt coram me. 2. muri tui è regione mei versantur ingiter.

VERS. 17. VENERVNT STRUCTORES TVI.] דאנאייך da-naich, quidam volunt positum pro בניך bo-naich, Festinant, accelerant adificantes te, vel adificatores tui. id est, praesto adsunt, qui te instaurent, aedificent, construant, reparent. Alij: Festinabunt filij tui. id est, qui tibi gignentur in Christo per semen incorruptum verbi: iam enim hoc versu transitur ad multiplicationem Ecclesiae, quae illustratur per hypotyposin, sequente versu; deinde exornatur tribus sequentibus.

DESTRVENTES TE.] Hebr. diruentes, dissipantes, demolientes, deuastantes te.

ET DISSIPANTES TE.] Hebr. & exsiccantes, deuastantes, desolantes te. seu deuastatores tui.

VERS. 18. LEVA IN CIRCVITV, &c.] Hunc versum euidentius ex Hebr. transfundunt: 1. Attolle circumquaque oculos tuos, & vide, isti omnes congregantes se accedunt tibi: Vt vino ego, dictum Iehoua, istis omnibus tanquam ornamento vestieris, & circumligabis eos tibi tanquam sponsa. 2. Attolle circumquaque oculos tuos, & vide omnes isti electi, seu filij Dei, congregati venerunt ad te: Vt vino ego, ait Iehoua, quoniam eis omnibus amiceris tanquam ornamento, & ut sponsa eos circumligabis. tanquam torques. id est, ornaberis fidelibus, vt sponsa torquibus & aliis monilibus ornari solet.

VERS. 19. QVIA DESERTA TVA, ET SOLITVDINES TVAE, &c.] Hunc versum variè ex Hebr. conuertunt: 1. Quia in desertis tuis & desolationibus tuis, & terra destructionis tuae, seu in terra tua destructa: quia, inquam, nunc arcta eris, vel, breui arctaberis pra habitatore, seu ab incola: & elongabunt se absorbentes te. 2. Quia siccitates tuae & desolationes tuae, & terra ruinae tuae: quia iam angusta eris pra habitatore; & longe abibunt, qui absorbebant te. 3. Siquidem desolationes tuae, deuastationes tuae, & terra tua euersa, iam iam, vel propediem angustior erit, quam vt habitatores capere possit: & qui te deuorant, longe aberunt. 4. Quoniam vastitates erunt tuae, & desolationes tuae, & terra destructa tua; quia iam angustaberis pra habi-

tatoribus. id est, quando terram totam, quae nunc vastata est, & desolata, atque destructa, occupabis, tamen tanta futura est multitudo filiorum Dei, vt vix possit capere omnes terra; hyperbole. procul profectis eis, qui absorbebant te. id est, vastatoribus tuis, vt supra v. 17. vide Psalm. 123. vers. 3.

ADHVC DICENT IN AVRIBVS TVIS &c.] Alij hunc versum ex Hebr. 1. Adhuc dicent in auribus tuis filij orbitatum tuarum. id est, quibus nunc orbaris: Angustus est mihi locus, secede alio propter me, vt habitem. 2. Adhuc dicent in aures tuas filij, qui tibi sterili nati sunt: Angustus est mihi locus, adice mihi aliquid vt sedeam. 3. Adhuc dicent te audiente, filij orbitatis tuae. id est, gentiles, qui tibi agnoscuntur, quum Iudaeis orbata fueris: Angustus est mihi hic locus, retrocede mihi vt habitare possim. Laxius, ac liberius. Forsterus: [Verbum נגש naghsh est accedere: legitur tamen semel, ubi alio accedere significat, pro quo Latinus sermo vitur verbo, cedo, quia non aliter fert, Isaia 49. Est angustus mihi locus cede mihi vt habitare queam.]

ET DICES IN CORDE TVO.] Alij: Adeo vt dicas cum animo tuo.

Ego sterilis. Alij: cum fuerim orba.

ET NON PARIENS.] Alij: & solitaria. Alij: sterilis, seu gignens-molam. De voce גלמוד ghalmud quae hic forma foeminea scribitur גלמודה ghalmudah, vide Iob 3. v. 7.

TRANSMIGRATA.] גולה golah, deuoluens, migrans, transmigrans, huc illuc migrans, alio demigrans, exul, relegata.

ET CAPTIVA.] סורה surah Pahul', si sic loqui liceat, discessa, abducta, vaga, discedens, recedens, fugitiua.

HÆC DICIT DOMINVS DEVS.] Alij ex Hebr. Sic ait Dominus Iehoui. Hypophora, siue subiectio, qua Deus respondet praecedenti admirationi Ecclesiae, & docet se ex quauis gente illi conciliaturum liberos, alumnos, & caetera. De pronuntiatione nominis Iehoui cum iungitur nomini ADonai, vide supra cap. 48. vers. 16. Sic infra cap. 50. vers. 4. 5. & 7. & 9.

ECCE LEVABO AD GENTES MANVM MEAM, &c.] Alij: Ecce sustollam ad gentes manum meam, & ad populos efferam vexillum meum. Exponunt, manum meam cum vexillo Euangelij, quod est potentia Dei ad salutem cuius credenti, Romanor. i. vers. 16. hæc autem omnia allegoricè dicuntur de amplificatione regni spiritualis Christi, vt prophetae solent. Quidam reddunt: & ad populos signum meum erigam. vel vexillum. id est, promulgabo illis Euangelium meum.

ET AFFERENT FILIOS TVOS IN VLNIS, ET FILIAS TVAS SVPER HVMEROS.] Alij: vt afferant filios tuos lacerto, & filia tua super humerum portentur. 2. afferent ad te filios tuos in gremio, & filia tua in humeris portabuntur.

In vlnis. חוצן chorzen, exponunt: in gremio, in sinu, brachio, lacerto. vel in ora, ala vestium. Hispanice, en la falda. Vide in Nehem. 5. v. 13. Alij: in axilla: vt plerumque deferri solent infantes.

ET REGINAE NVTRICES TVAE.] Heb. & famina

VERS. 20.

VERS. 21.

VERS. 22.

VERS. 23.

femina, principes eorum. id est, reginae vires eorum, surgere facientes, seu lactantes tua.

VULTU IN TERRAM DEMISSO ADORABUNT TE.] Alij: *Vultu in terram demisso incuruabunt se habentes honorem tibi.* id est, honorem habebunt Christo in te habitanti, veluti capiti tuo, vt Psal. 72. & in te Christum honorabunt, Psalm. 71. v. 9. & 11.

ET PVLVEREM PEDVM TVORVM. LINGENT.] vide Psalm. 71. v. 9.

ET SCIES QVIA EGO DOMINVS, &c.] Alij: *vt experiaris me esse Iehouam, non erubescere eos, qui expectant me.*

VERS. 24.

NUMQVID TOLLETVR A FORTI PRÆDA? Alij: 1. *Num vero auferetur heroi, seu potenti duci, aut militi præda?* 2. *An auferetur a robusto captura?* &c. inquit gentes & prædones omnes explicantes Ecclesiam: quorum sermonem anticipat Deus, quasi dicat, ludificantur hostes Ecclesiae promissiones meas, duobus argumentis, cum quod sibi numeris omnibus videntur valentiores esse; tum quòd iusto bello Ecclesiam sibi subiectam & mancipatam putant vt supra cap. 43. v. 9. & sequentibus: sed ad hæc argumenta respondetur versibus sequentibus Forsterus annotat, vocem גִּבְבוֹר ghibbor, quæ hoc & sequente versu à Nostro redditur. fortis, etiam Matth. 12. v. 29. Marc. 3. v. 27. & Lucæ. 11. v. 21. redditam eodem modo fortis.

AVT QVOD CAPTVM FVERIT A ROBUSTO, SALVVM ESSE PÔTERIT? [Alij: 1. *& poteritne iusto captiuitas eripi?* Vel *iusta captiuitas eripi?* id est, captiui iusto bello capti: Verba synagogæ fidelis rogantis, qua ratione fieri possit, vt electi, qui sunt in potestate gentium, siue in manu diaboli, auferantur. 2. *an etiam captiua turba iusti eriperetur?* id est, captiua multitudo mancipis & possessoris: nam etsi Deus populum suum & filios suos vocat; tamen hoc sibi semper arrogant aduersarij, vt iusti sint illorum domini: sic duobus argumentis vtuntur, potentia suâ, & iuris.

VERS. 25.

QVIA HÆC DICIT DOMINVS.] Alij: *Quin sic ait I. hova.* Deus æternus, ac proinde infinite omnes superans potentia sua: sic responderetur priori obiectionis argumento.

EQUIDEM ET CAPTIVITAS A FORTI

TOLLETVR, ET QVOD ABLATVM FVERIT A ROBUSTO SALVABITVR.] Alij: *Et captiuitas heroi eripietur, & præda violenti eripietur.* 2. *Et turba captiua robusti auferetur, & captura violenti eripietur.* Violenti, inquit, ac propterea non iusti domini, quod hostes de se prædicant: responsio ad posterius argumentum. Hæc autem responsionis membra exornantur, hoc & sequente versu. גְּבַרֵיז ghariz, quod Noster hic robustum vertit est proprie, *prævalidus, valentior, violentus, terrificus, formidabilis, tyrannus:* Vide supra cap. 29. v. 20. Forsterus: [*& rapina prævalidi eripietur.* Hinc, inquit, non modo argumentum Christus sumpsit contra aperte blasphemos Phariseos, sed etiam ipsis Isaia verbis usus est, quæ Lucas Euangelista cap. 11. postea in Græcam linguam translulit: si fortior, inquit, eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat & spolia eius distribuit, &c.]

ET CIBABO HOSTES TVOS CARNIBVS SVIS, ET QVASI MUSTO SANGVINE SVO INEBRIABVNTVR.] Alij *spoliatores tuos pacam suis carnibus, & sanguine suo ceu musto inebriabuntur.* 2. *Efficiantque vt comedant oppressores tui suam ipsorum carnem, & veluti musto sanguine suo inebrientur,* id est, committant ipsos inter se vt talionis pœnas inferant ipsi, & quemadmodum carnem & sanguinem tuum exhauserunt, sic etiam alij ab alijs consumantur.

VERS. 26.

Hostes tuos. Heb. *depradatores, spoliatores, oppressores, de populatores, molestatores tuos.* Vide in Exod. 22. v. 21.

Musto ד'דוֹ ghasis, succo expresso, & calcato. Vide in Cantico. 8. v. 2.


ET SCIET OMNIS CARO, QVIA EGO, &c.] Alij: *vt agnoscant omnis caro, me Iehouam esse seruatore tuum, & vindicem tuum robustum Deum Iabakobi.* id est, vt sciant omnes homines etiam impij & aduersarij me Iehouam esse, &c.

FORTIS IACOB.] id est, fortis, quem Iahakob colit. אֲבִיר abir, *Potentissimus, Robustissimus, Penniger, Alatus, Pennatus, Iahakobi.* id est, cuius vires & potentiam, alasque seu protectionem sæpe expertus est Iahakob: Vide in Genes. 49. v. 24.


CAPVT L.

Non ex Dei impotentia, sed propter suas iniquitates manet synagoga repudiata, Christum nolens recipere, qui nihil prætermisit quod agendum fuerat vt ab ea reciperetur, imò illius amore seipsum in ignominiosas tradens afflictiones: ideòque synagogam doloribus interituram denuntiant.

Vulg.

I  *Æc dicit Dominus: Quis est hic liber repudij matris vestra, quo dimisi eam? aut quis est creditor meus, cui vendidi vos? ecce in iniquitati-*

Malu.

I  *Ec dixit IHVH, Vbi iste liber excissionis matris vestra, quo dimisi eam? aut quis de^a opprimen-^b tibus meis, cui vendidi vos ei? en in^b prauita-*

a *fecerato-*
ribus, credi-
toribus, vt
cap. 24. v. 2.
b *curatitia-*
bus, distor-
tionibus,
peruersita-
tibus

bus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram,

2 Quia veni, & non erat vir: vocavi, & non erat qui audiret. Numquid abbreviata & paruula facta est manus mea, ut non possim redimere? aut non est in me virtus ad liberandum? Ecce in increpatione mea desertum faciam mare, ponam flumina in siccum: computrescent pisces sine aqua, & morientur in siti.

3 Induam calos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum.

4 Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum, qui lassus est verbo, erigit mihi aurem, ut audiam quasi magistrum.

5 Dominus Deus aperit mihi aurem, ego autem non contradico: retrorsum non abij:

6 Corpus meum dedi percutientibus; & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me.

7 Dominus Deus auxiliator meus, idè posui faciem meam ut petram durissimam, & scio quoniam non confundar.

8 Iuxta est qui iustificat me, quis contradicet mihi? stemus simul, quis est aduersarius meus? accedat ad me.

9 Ecce Dominus Deus auxiliator meus: quis est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos.

10 Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem serui sui? qui ambulauit in tenebris, & non est lumen ei, speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suum.

11 Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis: de manu mea factum est hoc vobis, in doloribus dormietis.

prauitatibus vestris venditi fuistis, & in transgressionibus vestris dimissa fuit mater vestra.

2 Quid cognitionis veni, & non vir, vocavi, & non respondens; an decurtare decurtata fuit manus mea de redemptione? & si non in me virtus ad eripere? en in increpatione mea siccare faciam mare, ponam flumina desertum; foetebit piscis eorum, de non aquæ & mortuus fuit in siti.

3 Vestiam calos & obscuritatis: & saccum ponam operimentum eorum.

4 ADONAI IHVH dedit mihi linguam doctorum, ad cognoscere ad temporizare ad defatigatum verbum: excitabit in mane in mane, excitabit mihi aurem ad audire sicut docti.

5 ADONAI IHVH aperuit mihi aurem, & ego non mutavi: post non retroactus fui.

6 Corpus meum dedi percutientibus, & maxillas meas euellentibus: facies meas non abscondi de ignominia & spuro.

7 Et ADONAI IHVH adiuuabit mihi: super sic non ignominia affectus fui, super sic posui facies meas sicut silicem, & cognoui quia non pude fiam.

8 Propinquus est iustificans meus, quis litigabit ad me? stabimus vnà, quis potens iudicij mei? accedet ad me.

9 En ADONAI IHVH adiuuabit mihi, quis ipse improbabit me? en omne eorum sicut pannus inueterascent, tinea comedet eos.

10 Quis in vobis timens IHVH, audiens in voce serui eius: qui ambulauit in tenebrositatibus, & non splendor ei; confidet in nomine IHVH, & innisus fuit in ELOHIM suo.

11 En omne vestrum inflammantes ignis, accingentes malleolorum: ambulate in igne ignis vestri, & in malleolis ardere fecistis; de manu mea fuit istud vobis, a dolori cubabit.

c defectio-
nibus, pra-
uaricatio-
nibus
d causæ

e vis vites,
roburi, po-
tentia

f putrescer

g atroce, sui-
gredine

h passiuè,
edictorum,
eruditorum,
sic in fine
versus.

i cū defesso
x singulis
matutinis,
vel summo
mane

l retrorsum
m tergum
dorsum
n genas
o depilam-
tibus

p rubore,
pudore

q improbū,
impium, reū
decerat
r veltis, ves-
timentum
s genitius,
t fulus
u succen-
dentes, ac-
censores

x vide Pro-
uerb. 26. 18.
sic statim
y foco, lu-
mie
z quos suc-
cendistis
a ad dolorē,
cum dolorē



COMMENTARIA.

VERS. I.



ÆC DICIT DOMINVS, &c.] Alij: Sic ait Iehoua, &c. Tota hæc, inquit, concio, quæ duobus capitibus continetur, (quemadmodum superiore capite diximus de sequentibus prophetiis omnibus) ad explicationem pertinet illius dicti, quo cap. 49. v. 4. utebatur Christus. Sunt

autem partes huius concionis quatuor: prima est, contestatio, qua Christus in Iudæos vitur, vsque ad vers. 10. Secunda: propositio, reliquias Iudæorum vocans ad penitentiam, vt saluæ fiant; inde ad vers. 9. sequentis capitis: tertia, oratio reliquiarum quæ sollicitè expectauerant aduentum Christi, vsque ad vers. 12. postrema, responsio Dei acci

accipiens orationem Ecclesiae ; & promissa sua de integro confirmantis, inde ad finem vsque capitis 51. In hac porro contestatione Christus Iudæos euincit per complexionem, hoc modo: Aut per te factum est, vt te dimitterem, aut per me: per me autem minime factum est; cum neque officium meum, neque potentiam, neque voluntatem, merito desiderare possis, sequitur ergo hoc per te effectum esse propter peccata tua: quod posterius complexionis membrum, siue dilemmatis, vers. 1. & parte secundi: prius verò sequentibus exponitur.

QVIS EST HIC LIBER REVDII MATRIS VESTRAE, QVO DIMISI EAM? AUT QVIS EST CREDITOR MEVS, CUI VENDIDI VOS?] Alij: *Vbi est libellus repudij matris vestrae, quo dimiserim eam? aut quis est ex creditoribus meis cui vendiderim vos?* vt euidetior, inquit sit hæc argumentatio, ita coniungenda est cum sequente versu: Miror me, ait Christus, quum ad meos venio, a meis non recepi. Quid verò causæ est, cur neque venientem admittatis me, neque respondeatis aduocanti? an ego vnquam dimisi, aut alienaui vos? neutrum profecto probabitur, sed quod ita discessionem facitis à me, ita planè acceptum ferendum est improbitati vestrae. Neutrum probaturos esse Iudæos confirmat Deus ex ritu vilitato legis: alienantur, inquit, ex lege liberi à patria potestate, quum aut repudiatur mater propter adulteria, cum adulterino semine, vt Hoseæ 2. aut venduntur propter paupertatem liberi, vt Exod. 11. v. 7. horum autem neutrum factum &c.

LIBER REVDII.] Heb. *liber ex scissionis, abscessionis* &c. Vide in Deuteron. 24. v. 1.

ECCE IN INIQUITATIBVS VESTRIS VENDITI ESTIS.] Quidam: *en iniquitatibus vestris venditis vos*, id est, inique facitis, estisque in me & in vos ipsos iniurij; in me, quia ius meum erga vos mihi adhuc seruaui integrum; in vos autem, quia ipsi vobis, abiudicatis libertatem filiorum Dei: vt si quis miser filius familias nulla necessitate pressus, & omnibus bonis à patre abundans, seipsum certa malitia venderet.

ET IN SCCLERIBVS VESTRIS DIMISI MATREM VESTRAM.] Alij: *& defectionibus vestris dimittitur mater vestra*, id est, Ecclesia Iudæorum sic enim totum corpus in Scriptura solere appellari ostendimus Cantico. 8. vers. 1.

VERS. 2.

QVIA VENI ET NON ERAT VIR, &c.] Hunc Versum alij clarius ex Heb. expriment 1. *Cur cum ego venirem, nemo recipiebat.* [*In propria venit, & sui eum non receperunt.*] Ioan. 1. *quum vocarem, nemo respondebat.* Num sic omnino præcisa est manus mea, vt liberando non esset? aut virtus deerat mihi ad eripiendum? ecce sola increpatione mea exsicco pelagus, flumina in desertum conuerto, ita vt pisces eorum aut aqua penuria putrescant, aut sibi pereant. 2. *Quamobrem quum venio, nemo adest? quum voco, nemo respondet? an vllò modo breuior est manus mea, quam vt redimat, & an nullæ sunt in me vires ad eripiendum?* q. d.

Maluenda, In libr. Isaia:

sensistisne vllò pacto minuram esse aut potentiam meam, aut voluntatem erga vos? potentiam confirmat duobus versibus, hoc & sequente: de voluntate deinceps agit: *in increpatione mea.* Confirmatio potentia à priscis quibusdam exemplis; ad quæ iterum præstanda, quum opus fuerit, tam potentem se esse confirmat Deus, quam olim fuit.

EXSICCO MARE.] Exod. 14. *dispono flumina in desertum*, vt Iosue 3. fœter multitudinis piscium eorum mortua siti, eo quod desit aqua. Emplocem verborum euidentiæ causa transponimus.

INDVAM CÆLOS TENEBRIS, &c.] Alij: 1. *Ego tristi caligine calos vestro, & sacco operio eos.* 2. *Induo calos atrox*, vt Exod. 10: *Velut cilicium pono operimentum eorum*: comparatio cæli atris, & lugubris cum atratis & lugentibus: quomodo fuit cælum Ægyptiis luctificum, quum nubes procederet inter castra Ægyptiorum & Israelitarum.

DOMINVS DEDIT MIHI LINGVAM ERVDITAM.] Alij: *Dominus Iehoui dedit mihi linguam eruditiorum, seu eruditissimam.* Confirmatio alterius partis; nimirum benevolentia Dei erga Ecclesiam Iudæorum; vt diximus in vers. 2. Deus, inquit Christus, tanroperè vos amat, vt iam mittat Filium suum instructum rebus omnibus ad salutem vestram pertinentibus: spiritu & verbo; quod Pater suppeditat Filio, & filius ab ipso accipit, hoc versu; obsequio, sequente versu; patientia, vers. 6. & constantia fidei, qua armatus Christus audacter laceffit omnes aduersarios; vers. 8. & 9. Quidam vertunt: *Linguam eruditionum, seu doctrinarum.*

VERS. 4:

V T SCIAM SVSTENTARE EVM, QVI LASSVS EST, VERBO.] Alij ex Hebr. 1. *vt sciam dicere vel præparare in tempore suo; lasso verbum.* vel *subundo*, id est, cupido audiendi verbum Dei, verbum. 2. *vt sciam tempestiuè agere cum lasso, verbo.* 3. *vt sciam tempestiuè miscere cum defatigato colloquium.* 4. *ad sciendum opportune loqui lasso verbum.* vel *vt sciam tempestiuè loqui cum fesso*, id est, *afflicto verbum.* 5. *ad sciendum informare, instruere fessum, verbo.* 6. *vt sciam tempestiuè, ita vt dicamus, vel tempestiuè eloqui defesso verbum.* vt Matth. 11. vers. 28. Hispanicus Interpres: *para saber dar en su sazón palabra al cansado.* Hispanicè eleganter dicimus; *para saber temporizar con el cansado de palabra.*

ERIGIT MANÈ, MARE ERIGIT MIHI AVREM, VT AVDIAM QVASI MAGISTRVM.] Alij ex Hebr. 1. *excitabit singulis matutinis, excitabit, inquam, mihi aurem ad audiendum sicut doctis, vel sicut docti, aut vt solent doctores.* Quidam: *sicut eorum, qui docentur.* 2. *summo diluculo vellitavit, vellitavit, inquam, mihi aurem (vt solent doctores) vt auscultarem, vel vt audirem dicenda vt eruditus id est, vt prophetis illis eruditus à Deo suggerebat olim Spiritus quæ dicenda erant.* 3. *excitat vnoquoque manè, excitat mihi aurem.* id est, indefinenter me informat spiritu, non autem per temporà seu momenta, vt omnes prophetas alios: *ad audiendum, vt audiuntur eruditissimi;*

T s

riffimi. id est, ad studiosissimè & diligentissimè audiendum.

VERS. 5. DOMINVS DEVS APERVIT MIHI AUREM, &c.] Alij ex Hebr. 1. *Adonai Iehoui aperuit mihi aurem.* id est, reuelavit mihi dicenda & patienda: *rebellis non fui, nec sum retroactus.* id est, nec retuli pedem ab eius obedientia. 2. *Dominus Iehoui aperit mihi aurem, & ego non rebello, retrorsum non auerto me.* id est, ad obsequium informat me, vt quæ audiui à Patre hæc loquar vobis, Ioan. 8. vers. 26. & exsequar voluntatem eius, qui misit me, perficiamque opus ipsius, Ioan. 4. vers. 34.

EGO AVTEM NON CONTRADICO.] verbum מָרָה *marah*, hæc omnia complectitur: & ego non mutavi in deterius, non mutavi mandatum, seu voluntatem Patris, non rebellavi, non defector fui, aut defensor, non amaricavi, non exacerbavi, vel exacerbatus sum.

VERS. 6. CORPVS MEVM DEDI PERCVTIENTIBVS.] Quidam reddunt: *Corpus meum expono percussoribus.* id est, in obsequio eius, qui misit me, persto patientissime, exinatio me, & submitto in omnia mala etiam iniquissima, factus obediens vsque ad mortem crucis, Philip. 2. v. 7. & 9. Perspicuum vaticinium Dominicæ passionis hoc versu continetur.

PERCVTIENTIBVS.] vide Matth. 26. v. 67. & Ioan. 19. v. 1. & 2.

ET GENAS MEAS VELLENTIBVS.] Alij: & *genas*, seu *malas meas depilantibus.* id est, auellentibus barbam indignissimè.

AB INCREPANTIBVS ET CONSPVENTIBVS IN ME.] Hebr. *ab ignominia & spuo.* vide Matth. 26. v. 6. & 68. & Lucæ 22. v. 63. & 64. & 65.

VERS. 7. IDEO NON SVM CONFVSVS.] Alij: *ideo non afficior ignominia.* id est, totam quantam quanta est, mihi facio.

IDEO POSVI FACIEM MEAM VT PETRAM DURISSIMAM.] Alij: *idcirco compono faciem meam tanquam saxum adamantinum.* id est, obfirmo me aduersus omnes iniurias: simile est Ieremiæ 1. vers. 18. & Ezechiel. 3. vers. 8. de voce שִׁלְמִיץ *challamisch*, quam Noster, *petram durissimam* exponit, alij, *silicem*, vel *saxum adamantinum*, vel *chalybem*, vide in Iob 29. vers. 4.

VERS. 8. IUSTA EST QUI IUSTIFICAT ME, QVIS CONTRADICIT MIHI?] Alij: *Propinquus est iustificator meus.* vel *qui me iustum pronuntiat, quis contendat mecum?* vt Ioan. 8. vers. 46. Hoc autem eodem argumento Paulus vt strenuus miles & imitator Christi, vitur, & vtendum docet Roman. 8. vers. 33. & sequentibus.

STEMVS SIMVL, QVIS EST ADVERSARIVS MEVS?] Hebr. *quis dominus, patronus, potens, possessor, magister, iudicij, seu causæ meæ?* Alij: *stemus simul, quicumque velit iudicio mecum contendere.* 2. *constans simul, quis habet causam iudicij contra me?* 3. *stemus simul, quis in potestate habet iudicium meum?* id est, quis audeat de me iudicium ferre? vel quis speret quod palmam ferat, & victor eua-

dat si mecum in iudicium descenderit? quis putet se causam obtenturum, & potiturum victoria iudicij mei. 4. *quis experiatur iure contra me?*

QVIS IN VOBIS TIMENS DOMINVM? &c.] Alij: *Quis inter vos timens Iehouæ?* &c. Altera parte concionis, id est, propositione, vt dictum est in vers. 1. Christus primum vniuersè Ecclesiam Iudæorum vocat ad fidem in verbum suum, & pœnitentiam, hoc versu: deinde seorsim quali distributam in duas classes Ecclesiam, cum impios compellat, versu sequente: tum resipiscentes consolatur, principio capituli sequentis.

AVDIENS VOCEM SERVI SVI.] Alij: *auscultans voci serui eius.* id est, voci meæ, qui sum seruus Patris, vt supra cap. 42. vers. 1.

QUI AMBVLAVIT IN TENEBRIS, ET NON EST LVMEN EI.] Quidam: *qui ambulat in tenebris, cui nullus est splendor.* Exponunt, in tenebris, cum Pharisaicæ ignorantie, in qua perierant oues Israëlis, tum calamitatum omnium, vt supra cap. 9. v. 2.

ECCE VOS OMNES ACCENDENTES IGNEM, &c.] Prius, inquit, membrum propositionis, quo Christus primum superbos illos Pharisaeorum spiritus, totamque Ecclesiam Iudæorum euincit impietatis, quod in tenebris illis spiritualibus se sibi accensuros lucem putauerint, & humanas traditiones tanquam malleolos comportauerint, neglecta luce verbi Dei, & face Euangelij, quam offerebat Christus: deinde sententiam fert condemnationis, vt Ioan. 9. vers. 41. Alij: *Ecce vos omnes ignem incendiistis.* subaudi, iræ Dei in vos.

ACCINCTI FLAMMIS.] זִקּוֹת *zikoth*, plerique à זָקָה *zakah* deducunt: *accingentes: vel accinctores vinculorum, laqueorum, retinaculorum, compedum, seu manicarum.* id est, qui se, aliosque vinculis errorum irretiunt & illaqueant, complicantque. Alij à זִיק: *accinctores flammularum, scintillarum, malleolorum:* vide in Prouerb. 26. vers. 18. id est, qui flammis alios accingitis. Quidam reddunt: *En vos omnes accendentes ignem, circumcingentes malleolis.* sic mox volunt esse laqueos ignitos.

AMBVLATE IN LVMINE IGNIS VESTRI, ET IN FLAMMIS QVAS SUCCENDISTIS.] Alij ex Hebr. 1. *incedetis in fulgore & scintillis ignis vestri, quem incendiistis.* 2. *ite in focum ignis vestri, & in malleolos, quos succendistis.* quasi dicat, Cum non acquiescatis igni sacro, pergitote in prophano vestro; sed perituri tamen, vt filij Aharonis, Leuit. 10. Sic obsignat Christus primum obturationem & excæcationem eorum, deinde æternam condemnationem, vt Matth. 25. vers. 41.


DE MANV MEA FACTVM EST HOC VOBIS, &c.] Alij: 1. *à manu mea fuit hoc vobis, in dolorem cubitum ibitis.* 2. *è manu mea est hoc vobis, in dolore rachebitis.* nimirum, excæcatio vestra ad grauiorem condemnationem: vt Matth. 13. v. 14.

CAPVT LI.

Exhortatur Sion exemplo Abrahæ, cui Deus promissa compleuit, vt & ipsa certò fidat se promissam à Deo consolationem accepturam: de consolatione, salute & magna felicitate Sion, hoc est, Ecclesiæ, per Christum futura, & de lege Euangelica latè differit, ac de humiliatione hostium Ecclesiæ.

Vulg.

Malu.

I  Vdite me qui sequimini quod iustum est, & queritis Dominum: attendite ad petram unde excisi estis, & ad cauernam laci, de qua præcisi estis.

2 Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit vos: quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicauit eum.

3 Consolabitur ergo Dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius: & ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum Domini. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis.

4 Attendite ad me popule meus, & tribus mea me audite: quia lex à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requiescet.


5 Propè est iustus meus, egressus est saluator meus, & brachia mea populos inditabunt: me insula expectabunt, & brachium meum sustinebunt.

6 Leuate in calum oculos vestros, & videte sub terra deorsum: quia cæli sicut fumus liquefcent, & terra sicut vestimentum atteretur, & habitatores eius sicut hæc interibunt: salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea non deficiet.

7 Audite me qui scitis iustum, populus meus lex mea in corde eorum: nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuas.

8 Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis: & sicut lanam, sic deuorabit eos tinea: salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea in generationes generationum.

9 Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini: consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus sa-

I  Vdite ad me persequentes iustitiæ, quærentes^a IHVH; respicite, ad petram excisi-fuistis, & ad excuuationem cisternæ effossi-fuistis.

2 Respiciate ad Abrahamum patrem vestrum, & ad Sarah^b enitetur vos: quia vnum vocaui eum, & benedixi eum, & multiplicauit eum.

3 Quia consolatus-fuit IHVH Tziionem, consolatus-fuit omnes siccitates eius; & posuit desertum eius sicut^c voluptatem, & campestem eius sicut horum IHVH: gaudium & lætitia inuenietur in ea: confessio, & vox^d modulationis.

4^e Auscultate ad me, popule meus, & popule meus ad me^f auscultate: quia lex de ad me exiet, & iudicium meum luci populorum rigere-faciam.

5 Propinqua iustitia mea, exiuit salus mea; & brachia mea populos iudicabunt: ad me in sulæ expectabunt, & ad brachium meum^g anxie-expectabunt.

6 Leuate cælis oculos vestros, & respicite ad terram de subtus, quia cæli sicut^h pannus veterascent; & habitatores eius sicut sic morientur: & salus meaⁱ æterno erit, & iustitia mea consternabitur.

7 Audite ad me cognoscentes iustitiæ, populus lex mea in corde eorum: non timebitis probum mortis, & de^k probriis eorum non consternabimini.

8 Quia sicut pannum comedet eos tinea, & sicut lanam comedet eos blatra: & iustitia mea^l æterno erit, & salus mea^m generationi generationum.

9ⁿ Excitare, excitare, vestire obfirmationem brachium IHVH, excitare sicut diebus antiquitatis, generationibus

^a genitibus^b cum dolore enixa est^c delicias^d vide Psalm. v. i. & latendite^e fauriculate, aures præbere, arri-gite^g enixè-expectabunt, sperabunt^h vestisⁱ datius, in æternum, in sæculum, olim^k vt c. 34. v. 28.^l vt v. 6. in per omnes ætates, in omnes generationes imperantia

culorum. Numquid non tu percucisti superbum, vulnerasti draconem?

bus ° æternorum : an non tu ipsum excidens Rahab, ægrotare-faciens draconem ?

o sæculorū,
æternitatē

Exod. 14.
c. 21.

10 Numquid non tu siccasti mare, aquam abyssi vehementis : qui posuisti profundum maris viam, ut transirent liberati :

10 An non tu ipsum exsiccas mare, aquas molis-aquæ multæ : ponens profunditates maris viam ad transire redemptos.

11 Et nunc qui redempti sunt à Domino, reuertentur, & venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum gaudium & lætiam tenebunt, fugiet dolor & gemitus.

11 Et redemptiones IHVH reuertentur, & venient Tzionem in gratulatoria-acclamatione, & læticia P æterni super caput eorum ; gaudium & lætiam q attingent ; fugerunt r mæror & r gemitus,

p æternita-
tis, sæculi,
olim
q apprehen-
dent, à se-
quentur
r dolor,
angor
f suspitium

12 Ego, ego ipse consolabor vos : quis tu ut timeres ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum ita arescet ?

12 Ego ego ipse consolans vester: quæ tu, & timuisti de mortali morietur, & de filio hominis fœnum dabitur ?

13 Et oblitus es Domini factoris tui, qui tetendit cælos, & fundauit terram : & formidasti iugiter tota die à facie furoris eius qui te tribulabat, & parauerat ad perdendum : ubi nunc est furor tribulantis :

13 Et oblita fuisti IHVH facientem tuum, extendentem cælos, & fundantem terram ; & expauisti iuge omni die de faciebus t ardoris extorquentis, secundum quod apparauit ad funditus-perdere : & ubi ardor extorquentis ?

r æstus iræ
æstuantis
iræ. sic mox,
& v. 17.

14 Cito veniet gradus ad aperendum, & non interficiet vsque ad interuentionem, nec deficiet panis eius.

14 Festinauit volutans ad aperire ; & non morietur u perditioni, & non deficiet panis eius.

u ad foueā,
sepulcrum

15 Ego autem sum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumescunt fluctus eius : Dominus exercituum nomen meum.

15 Et ego IHVH ELOHIM tuus rigere-faciens mare, & x sonuerunt y volutiones eius : IHVH TZEBAOTH nomen eius.

x fremissent
y procellæ,
fluctus

Supra 49.
a. 1.

16 Posui verba mea in ore tuo, & umbra manus meæ protexi te, ut plantes cælos, & fundes terram : & dicas ad Sion : Populus meus es tu.

16 Et posui verba mea in ore tuo, & in umbra manus meæ cooperui te : ad plantare cælos, & fundare terram, & ad dicere Tzioni, Populus meus tu.

17 Eleuare, eleuare, consurge Ierusalem, qui bibisti de manu Domini calicem iræ eius : vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad faces.

17 Excitare-te-fac, excitare-te-fac, surge Ierusalem quæ bibisti de manu IHVH calicem z ardoris eius: ad a conculcationem calicis tremoris bibisti, b expressisti.

z vs v. 13.
sic v. 20.
& 42.

a fundum,
vinum
b exfuxisti,
emulxisti
c quos pe-
perit
d quos edu-
cauit. enu-
triuu
e quo

18 Non est qui sustentet eam ex omnibus filiis, quos genuit : & non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filiis, quos enutrit.

18 Non deducens ei de omnibus filiis c genuit : & non obtinens in manu eius de omnibus filiis d grande fecit.

19 Duo sunt quæ occurrerunt tibi : quis contristabitur super te ? vastitas, & contritio, & fames, & gladius ; quis consolabitur te ?

19 Duo hæc occurrentia tua, quis diuagabit tibi ? deuastatio & confractio, & fames & gladius, e quis consolabor te ?

Sup. 47. b. 4.

20 Filij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum sicut oryx illaqueatur, pleni indignatione Domini, increpatione Dei tui.

20 Filij tui obscurati-fuerunt, cubauerunt in capite omnium platearum sicut thoes retis : pleni ardore IHVH, f increpatione ELOHIM tui.

f oburgatione

21 Idcirco audi hoc paupercula, & ebria non à vino.

21 Ad sic audi s euge istud afflicta : & inebriata & non de vino.

g eis, age,
vel nunc,
ajm

22 Hæc dicit dominator tuus Dominus & Deus tuus, qui pugnabit pro populo suo : Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ, non adicies ut bibas illum ultra.


22 Sic dixit ADONAI tuus IHVH, & ELOHIM tuus litigabit populum suum ; Ecce accipe de manu tua calicem tremoris : conculcationem calicis ardoris mei ; non addes ad bibere eum h ad-huc.

h amplius,
vitæ de-
inceps.

23 Et ponam illum in manu eorum, qui te humiliaverunt, & dixerunt anime tue: Incurvare, ut transeamus: & posuisti ut terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus.

23 Et ponam eum in manu i mære-
facientium tuorum, qui dixerunt ani-
mæ tuæ: Procumbe, ^k & transuimus:
& posuisti sicut terram ^l corpus tuum,
& sicut plateam transeuntibus.

i mære,
dolore affi-
cientium te
x ut tran-
seamus
l tergum,
dorsum



COMMENTARIA.

VERS. 1.



VDITE ME QVI SEQVIMINI QVOD IIVSTVM EST.] Quidam: *Auscultate mihi sectatores iustitia &c.* Posterius membrum propositionis, ut dictum est cap. 50. v. 10. quo Christus respicientes Iudæorum reliquias consolatur, & confirmat, propositis argumentis, primum spei, fideique certæ in gratiam Dei, vsque ad versum 7. deinde patientiæ, vers. 7. & 8. Ad spem autem & fidem comparat, partim recordatione Abrahami & Saræ, ac proinde promissionum fæderis ad ipsos naturâ pertinentium, tribus versibus: partim exemplo gentium, quo Iudæos prouocat Deus, ut percipiant efficaciam Euangelij, vsque ad vers. 6. partim à præstantia beneficiorum suorum vers. 6.

ATTENDITE AD PETRAM VNDE EXCISI ESTIS, ET AD CAVERNAM LACI, DE QVA PRÆCISI ESTIS.] Alij: *respicite, seu intuenini in rupem vnde excisi estis, & in cauum foueæ vnde effossi estis.* Alij: *& ad perforationem cisternæ vnde erui estis. vel & ad caueam cisternæ, vnde effossi estis.* Plerique passim in petra Abrahamum iam siccum & sterilem intelligunt, & Saram cauernam iam veterem & exsiccata, vnde tamen sint hausti Iehudæi, id est, orti. Tremellius & Iunius exponunt, id est, Abrahamum & Saram, ut sequente versu exegesis ostendit. Est autem hoc dictum allegoricè, sumptum à latumia, siue lapicidina, & vnde effodiuntur & exuuntur lapides, quemadmodum propheta allegoriam fontis adhibuit, supra cap. 48. v. 1. Hæc autem allegoria hic propterea ponitur, quod magis cum argumento conuenit: nam sic argumentatur Christus, promitto me consolaturum & instauraturum Ecclesiam, vncunque vastata sit ac pene nulla, vers. 5. hoc autem ut facilius credatis, cogitate vos ex iis parentibus ortos esse, qui nunquam genuissent liberos, nisi Deus potente verbo, tanquam malleo e rupe lapides, excidisset, ac proinde vos, qui in eodem fædere estis, eandem virtutem Dei eiusdem experturos.

ET CAVERNAM LACI.] מקבת makkebet, proprie, *excavatio, perforatio, cauea, fouea.* Nonnulli Hebræorum allusum putant ad vuluam, seu uterum mulieris: ex qua etiam radice dicta est fæmina נקבת nekebah, quasi *excavata, & perforata* propter sexum.

VERS. 3.

CONSOLABITVR ERGO DOMINVS SION.] Alij: *Nam consolabitur Iehoua Tzizonem, &c.* Ætiologia, cur debeant pij respicere ad promissiones factas Abrahamo, & ad historiam eius: nam, inquit, si eo respicietis,

eandem salutem consequimini: quæ allegoricè figuratur in hoc versu.

OMNES RVINAS EIVS.] Hebr. *omnes exsiccationes, siccitates, deuastationes, desolationes, vastitates eius:* metonymicè, quod siccitatem sequi soleant.

ET PONET DESERTVM EIVS QVASI DELICIAS.] Alij: *& disponet desertum eius tanquam Hedenen.* Hic pro nomine proprio horti deliciarum accipiant, de quo vide in Genes. 2. vers. 8.

GRATIARVM ACTIO ET VOX LAVDIS.] Alij: 1. *confessio & vox cantici.* 2. *laudatio, & vox psalterij.* 3. *celebratio & vox psalmodiæ. seu psalmodica.*

ATTENDITE AD ME POPVLE MEVS, ET TRIBVS MEA ME AVDITE.] Alij ex Hebr. 1. *Ad me igitur attendite, o populus meus, & aurem præbete mihi, o plebs mea.* 2. *Attendite ad me, popule mi, & natio mea ad me aurem aduertite.* secundum argumentum, quo Christus Iudæorum Ecclesiam ad fidem hortatur, æmulatione & exemplo gentium, ut Deuteron. 32. vers. 21.

VERS. 4.

QVIA LEX A ME EXIET, &c.] Alij: 1. *quia lex à me egredietur.* id est, Euangelium, ut apud Paulum, lex spiritus vitæ: & *iudicium meum,* id est, doctrinam meam, ad lucem populorum proferam. id est, promulgabo eam ut gentes illustret. 2. *nam doctrina à me prodibit, & ius meum in lucem populorum faciam ut quiescat, seu collocabo.*

ET IVDICIVM MEVM IN LVCEM POPVLO RV M REQVIESCAT.] Variè alij, ex Hebr. 1. *& iudicium meum in lucem populorum requiescere-faciam.* id est, interea dum iudicia mea exercebo in gentes, in oculis omnium populorum, scilicet ut omnes illa videant, quiescere-faciam vos, & pacatos ac securos vos reddam ab ira mea, vel à bello: requiem vobis præstabo. Sed hic sensus durus est. 2. *& iudicium meum in lucem populorum momentabo,* ut sic loqui liceat, id est, momento ostendam, patefaciam, vel perficiam: quasi dicat, derepente, sine mora, vel singulis momentis iudicio meo populos illuminabo. hoc est, Euangelio. 3. *& iudicium meum in lucem populorum concitabo.* id est, faciam ut momento appareat. 4. *rigere-faciam,* vel *rigide proferam.* id est, in oculis omnium populorum, publice, spectante mundo seuera iudicia in gentes Euangelio infestas exercebo. vel iudicium meum integrum & solidum haud flexibile-faciam, vel *vigere-faciam,* nempe Euangelium. Poteest enim hoc hemistychium & in malum, & in bonum accipi. De notione verbi

וַיִּרְאֶה רַגְבָּהּ, vide in Deuter. 28. v. 65. & supra cap. 34. v. 14.

VERS. 5.

PROPE EST IVSTVS MEVS, EGRES-
SVS EST SALVATOR MEVS, &c.] Alij:
Propinqua est iustitia mea, prodibit salus mea,
&c. id est, iam prope est, quum iustitiã meã
salutarem doctrinam meam, id est, Euange-
lium communicabo cum gentibus, & illæ
accepturæ sunt. Alij, iustitiam & salutem con-
crete sumunt, pro Christo saluatore, & iu-
stificatore, qui auctor est totius salutis &
iustitiæ.

ET BRACHIA MEA.] id est, robur, for-
titudo, vires meæ: metonymicè *populos indica-
bunt*: vel regent, gubernabunt; dominabuntur
populis: synecdochicè: vel vindicabunt, asse-
rent, defendent.

INSVLÆ.] id est, remotissimæ quæque na-
tiones, vt passim in Scriptura vsurpantur.

ME EXPECTABVNT.] Heb. *ad me insulae
intendent, collineabunt, collinabunt, lineatim
& circumscripte tendent, affectabunt*: vide in
Genes. I. vers. 9.

ET BRACHIVM MEVM.] id est, Euange-
lium, quod virtus Dei est, in salutem omni
credenti, Romanor. I. v. 16.

VERS. 6.

LEVATE IN CÆLVM OCVLOS VES-
TROS, &c.] Alij. *Attollite in caelum oculos
vestros, & intuemini terram deorsum, &c.* Ter-
tium argumentum ad conciliandam fidem à
qua beneficia amplificantur comparatione re-
rum creaturarum omnium.

QVIA CÆLI SICVT FVMVS LIQVESCENT.]
נִמְלַח נִמְלַח nimmach verbum ductum à *sale*, id est,
tanquam sal colliquefient, dissolventur. vel per
antiphrasin, quod sal arceat, corrumpentur, con-
sumentur, deficiet. Notant hunc locum imi-
tatum Petrum 2. Epist. 3. v. 10. ita reddidisse:
[*Veniet dies Domini sicut fur in nocte, quo cali
procella. in morem transibunt, elementa verò
aestuans soluentur, &c.*] Quidam reddunt:
*calos velut fumum evanituros esse, & terram vt
pannum veteraturam.* id est, verustate peritu-
ram.

SICVT HÆC IN TERIBVNT.] Forsterus:
velut sic morientur, nimirum facto talitro aut
aut crepitu digitis. vel demonstrata digito re
aliqua leui, & nullius momenti. quasi Hispani-
cè diceremus, *come una castañeta.* vide hac
loquutione supra cap. 16. v. 6.

VERS. 7.

NON DEFICIET.] Heb. *non consternabitur,
prostrabitur, frangetur, atteretur.*

AVDITE ME QVI SCITIS IVSTVM, &c.]
Alij: *Auscultate mihi qui cognoscitis iustitiam,
&c.* Secundum documentum vt dictum est,
in vers. 1. ad patientiam ad versus momenta-
neas afflictiones, & scandalum Evangelij
Christi, ne Iudæi boni & timentes Dei pro-
pterea animum abjicerent.

VERS. 8.

DEVORABIT EOS TINEA.] *DD sas*, alibi
non legitur, *tineam*, seu *blattam* omnes inter-
pretantur: nec dubium esse eam, quæ Matth.
6. v. 19. *sn̄s* dicitur.

VERS. 9.

CONSVRGE, CONSVRGE, &c.] Alij:
1. *Suscita te, suscita te, in due te fortitudinem, ò
brachium Iehouæ, suscita te, in quam, que-
madmodum retro temporibus per omnia secula.*
2. *Enigila, enigila, indus robur, brachium Ieho-*

ua: enigila vt diebus priscis. Tertia pars con-
cionis, vt dictum est cap. 50. v. 1. oratio ni-
mirum reliquiarum Ecclesiæ exoptantium ad-
uentum Christi, & declarationem Evangelij
ad salutem suam: quod opratum Ecclesia ab
exemplis antegressis beneficentiæ Dei, hoc,
& sequente versu confirmat.

PERCVSSISTI SVPERBVVM.] Heb. *excidens,
succidens Rababum.* Fere omnes intelligunt
Ægyptum. vide supra cap. 30. v. 7. Psalm. 86.
v. 4. vide huiusce rei historiam Exod. 7. &
sequentibus.

VVLNERASTI DRACONEM?] Heb. *violans,
profanans, afficiens-dolore & cruciatu draconem?*
Quidam: *quod dolore-affecit balanam?* vide in
Plalm. 73. v. 13. & 14. vbi habetur idem ora-
tionis genus.

NVMQVVID NON TV SICCASTI MARE, &c.] VERS. 10.
Alij: hunc versum dilucidius ex Hebr. effe-
runt: 1. *An non tu ipsum es, quod exsiccabat
mare, rubrum, Exod. 14. & aquas abyssi im-
mensa; quodque pelagi profunda pervia fecit, vt
transirent redempti.* scilicet, illi, quos tu de
Ægypto eduxeras. 2. *An non tu illud es, quod
exsiccavit mare, aquas abyssi magna: quod dispo-
suit profunditates maris vt essent via, qua transi-
rent vindicati.*

ET NVNC QVI REDEMPTI SVNT A
DOMINO, &c.] Alij hunc versum ex Hebr.
reddunt: 1. *Sic redempti à Iehoua reuertentur
& venient*, id est, Excitare brachium Iehouæ,
vt redempti à Iehoua veniant, & intrent in
Tzisionem cum iubilo, & gaudium perpetuum
erit super caput eorum; gaudium & letitia sese
contingent, fugiet dolor & meror. 2. *Ita re-
dempti Iehoua reuertantur, & ingrediantur
Tzisionem cum cantu, letitiæque perpetua super
caput suum: gaudium & letitiam assequantur,
fugiant meror & gemitus.* Finis petitionis, Ec-
clesiæ salus, quæ eisdem verbis fuerat promissa
supra cap. 35. vers. 10.

EGO EGO IPSE CONSOLABOR VOS.] VERS. 12.
Alij ex Hebr. *Ego ego ipse sum consolator vester.*
ultima pars concionis, vt dictum est cap. 50.
vers. 1. nimirum Dei responsio ad querimonias
sanctarum reliquiarum Iisraelis aduentum
Messiæ expectantium; qua Deus eas consolatur,
primum confirmando à præsentem metu,
per comparationem imbecillitatis hostium
cum Ecclesiæ dignitate, & omnipotentia sua,
hoc & sequente versu; deinde à promissio-
nibus restitutionis, vers. 14. quibus postremo
subiicitur sua exornatio, vsque ad finem capi-
tis.

QVIS TV VT TIMERES AB HOMI-
NE MORTALI, &c.] Alij ex Hebr. *qua es
tu, qua timeas à mortali morituro, & à filio ho-
minis, qui vt fœnum reddetur.* Obiurgatio le-
nis, qua Ecclesiam quasi labantem in tene-
bris reuocat, cum ad agnitionem dignitatis,
ad quam electa & vocata fuerat à Deo, hoc
versu; tum ad recordationem maiestatis Dei,
versu sequente; quorum neutrum ostendit
Deus ab aduersariis labefactari posse: quasi
dicat. Quid times? quin potius cogitas con-
ditionem tuam, hostiumque tuorum, & re-
cordatione Dei consolari te?

ET OBLITVS ES DOMINI FACTO- VERS. 13.

RIS TVI, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. transferunt: 1. *Oblivisceris autem Iehoua factoris tui, qui calos extendit, & terra fundamenta iecit? Hinc est ut iugiter omni tempore metuas à furore affligentis, qui te vastare parat: ubi vero est furor illius afflictoris? 2. Quod obliviscaris Iehoua opificis tui, qui extendit calos, & fundavit terram; paucasque iugiter quotidie propter excandescentiam eius, qui angustia afficit, quasi comparet se ad perdendum, id est, quasi iam gladium strictum momentis singulis vibraturus esset in ceruices tuas: & ubi est excandescencia eius, qui afficit angustia? id est, etsi gladius strictus est in manibus eius, quando percepisti aduersarium agere omnia pro furore suo, neque potentia mea cohiberi; tunc momento omnis impetus eius difflatur & euanescit.*

EIVS QVI TE TRIBVLAT.] מציק *meizik, Opprimentis, coarctantis, pressuram-facientis, angustia-afficientis, compellentis extorquentis, angentis, coangustantis. sic in fine versus.*

VERS. 14. CITO VENIET GRADIENS, &c.] Diuersimode hunc versum ex Hebr. conuertunt, 1. *Festinat ligatus, vel accelerat incarceratus, siue captiuus, ut solvatur, & non moriatur in fouea, nec deficiat panis eius. 2. Festinauit exulans, errans, seu diuagans, demigrans, ut solueretur à vinculis suis, &c. 3. Quin festinabit discurrens, ut aperiatur, & non moriatur, vinctus in fouea, neque deficiat cum comneatus. 4. Festinabat voluans se in terra, vel volutata, ut aperiretur, &c. 5. Festinauit, qui volutabat, ad aperiendum & non moriatur, ad foueam, & non defecit panis eius. id est, iam ille, qui ante premebat, amplius non premet, imo mutabitur in amicum, & festinabit volutator, qui te, tuaque omnia volutabat & prosternebat, festinabit, inquam, ad aperiendum seu soluendum, id est, ut quem detinebat captiuum, soluat, & ille non moriatur, ad foueam, inquam, festinabit in qua detinebatur captiuus, & ei cibum ministrabit largiter. 6. Festinabit educere, vel festinanter educet, ut I. Reg. 22. vers. 9. peregre vinctum, qui soluendus est: non morietur in ista fouea, neque deficietur pane suo. Promissio restitutionis Ecclesiae per Christum, quam à periculis & malis liberat & bonis instruit.*

VERS. 15. EGO AVTEM SVM DOMINVS DEVS TVVS, &c.] Alij: *Atqui ego sum Iehoua Deus tuus. Exornatio superioris reprehensionis, qua Deus eadem confirmationis argumenta amplificans à potentia sua, & dignitate Ecclesiae ex fœdere, & promissionibus, hoc versu, & sequente, excitat Ecclesiam ad spem præsentissimam liberationis suæ, & vltionis de aduersariis, vers. 17. & sequentibus.*

QVI CONTRIBO MARE.] Alij: *conci-sans, commouens. 2. scindens, findens. 3. dirumpens mare. id est, nihil non possum ad liberandum Ecclesiam, & profligandos hostes: alludit ad liberationes Ægypti. Nos diximus: rigere-faciens mare. ut illud poëta:*

— *astringit glaciali frigore pontum.*
& notum est Noruegia, Groenlandiæ, & Nouæ Zemblæ maria gelu concrefcere. Sed

præstat: *scindens mare. Sed scissio maris est eius commotio & conturbatio: etsi aliter accipi queat pro scissione tantum, seu diuisione, quæ Israelitis facta est Exod. 14.*

POSVI VERBA MEA IN ORE TVO, ET IN VMBRA MANVS MEÆ PROTE- XI TE.] Alij: *Qui indidi verba mea ori tuo, umbra manus meæ tegens te. id est, qui te constitui prophetam & magnum ministrum Euangelij, præsentissimam temper tui curam habens.*

VT PLANTES CÆLOS.] Alij: *ut plantem calos, & fundem terram, ut dicam Tzi-joni. vel me plantaturum calos, & fundaturum terram, & dicturum Tzi-joni, Populus meus es. id est, me instauraturum esse omnia per Christum pro Ecclesia mea, ut copiosius promittitur infra cap. 65. v. 17. & 66. v. 22.*

ELEVARE, ELEVARE, CONSVRGE IERUSALEM, &c.] Alij: *Expergiscere, expergiscere, surge, vrbs Ieruschalaimorum, &c. Hypotyposis promissionum Dei de salute Ecclesiae, & hostium internecone amplificata per antithesin præcedentium Ecclesiae calamitatum.*

QUÆ BIBISTI DE MANV DOMINI CALICEM IRÆ EIVS.] Alij: *qua bibisti à manu Iehoua poculum excandescencie eius. id est, afflictiones grauissimas perpessa es, allegoria, ut Psalm. 74. vers. 9. & 79. vers. 6. & alibi passim.*

VSQVE AD FVNDVM CALICIS SOPORIS BIBISTI, ET POTASTI VSQVE AD FÆCES.] Ex Hebr. alij: 1. *qua bibisti, & exuxisti, cum face calicem soporiferum. 2. crassamentum, poculum horrificentissimum bibisti, exuxisti. vocem Hebræam קבעת *kubbaghath* crassamentum interpretantur, quia ipsa notatio vocis id tantum significari ostendit, quod crassum & fæculentum est, atque ex liquidis portionibus excerni solet, colari, aut alio modo auferri: *crapulam* etiam appellat Plinius lib. 13. cap. 1. 3. *facem calicis tremoris bibisti, & expressisti.* subaudi, lugendo, scilicet guttas remanentes. sic infra vers. 22.*

SOPORIS.] תרעלה *targelab, tremoris, angoris, anxietatis, maroris. Alij: toxicis, venenimortiferi: vide in Psalm. 59. vers. 5. sic infra vers. 22.*

NON EST, QVI SVSTENTET EAM, &c.] Alij hunc versum exponunt: *Nemo deducebat eam ex omnibus filiis, quos pepererat: & nemo prehendebat manum eius ex omnibus filiis, quos educauerat, id est, ab omnibus deserta erat quum ebria esset calamitoso poculo.*

DVO SVNT QUÆ OCCVRRERVNT TIBI: QVIS CONTRISTABITVR SVPER TE?] Alij ex Hebr. 1. *Duo ista obueniunt tibi, nimirum, vastatio ex gladio, & contritio ex fame, quæ duo per hysterofin inter se componuntur, ut mox hoc versu subditur: quis condoleret tibi? nimirum hominam præterquam ego: ait Christus, quandoquidem ab exteris afflicta, à tuis deserta es. Hebr. ex verbo: *Duo ista occurrentia tibi, quis diuagabit tibi. id est, quis amouebit, vel effugabit tibi, seu à te. Possis vertere: Duo ista accidentia tua. seu duos istos euentus tuos quis emigrare-**

VERS. 16.

VERS. 17.

VERS. 18.

VERS. 19.



grare-faciet, vel dimouebit à te? nisi ego, ait Christus.

QVIS CONSOLABITVR TE?] Hebr. in prima persona, quis consolabor te. vel quo, seu in quo, quare consolabor te? Aliqui: per quem consolaber te? alium præter me: respicit enim ad illud, quod ante dixerat, Ego ego ipse sum consolator vester, vers. 12.

VERS. 20. FILIJ TVI PROJECTI SVNT.] Alij ex Hebr. 1. Filij tui defecerunt-animo, vel passi sunt animi deliquim. 2. defatigati sunt. 3. obscurati, tecti, absconditi, obducti, obuelati, inuoluti sunt. vel perturbati sunt. Auenarius reddit: pul-lati-sunt.

SICVT ORYX ILLAQUEATVS.] **וְנִיחָ** tho, idem omninò esse aiunt, quod transpositum **וְנִיחָ** theo, de quo vide in Deuteron. 14. vers. 5. Hic variè reddunt, vrum, bouem-siluestrem, ibicem, bubalum. Ego voce non ablu-dente faciliè crediderim esse Thoem, de quo Plinius lib. 8. cap. 34. [Nam thoes luporum id genus est, procerius longitudine, breuitate crurum dissimile, velox saltu, venatu viuens, innocuum homini, habitum, non colorem mutant, per hiemes hirti, æstate nudi.] Vide Cælium Rhodiginum lib. 23. Lcctionum Antiquarum, c. 27. & Scaligerum Exercitatione 210. in Cardanum, & in Commentariis ad lib. 2. Aristotelis

de Historia Animalium, cap. 19. Textu 150. & ad lib. 6. c. 35. Textu 426. Quidam reddunt: vt bubalus irretitus. ac proinde omninò impos-sui. Alij: sicut ibex reti implexus.

IDCIRCO AVDI HOC, &c.] Alij: Idcirco audi iam hoc, ò afflictà, & ebria, non autem ex vino. Alterum membrum antitheseos, cuius meminimus in vers. 17.

QVI PVGNAVIT PRO POPVLO SVO.] Hebr. litigabit, contendet, populo suo. Alij: 1. qui causam ager populi sui, vel causam acturus populi sui. 2. qui vindicat populum suum. 3. qui tueri solet causam populi sui. 4. qui obiurgauerat populum suum. non tam rectè.

EORVM, QVI TE HVMLIAVERVNT.] Alij ex Hebr. affligentium te. vel depopulantium te.


ET DIXERNT ANIMÆ TVÆ: INCURVA TE, &c.] Alij: 1. qui dixerunt anima tue, Sternere, vel prosterne te, vt transeamus, per te: Pone corpus tuum tanquam terram; vel aqua terræ corpus tuum, vt sis vice plateæ transeuntibus. 2. qui dicebant anima tue, Abiice te vt transeamus: quibus exponebas tanquam humum corpus tuum, & tanquam plateam, id est, publicum locum, transeuntibus. quasi dicat: qui insolenter & thraſonice conculcabant te.

CAPVT LII.

Excitat Sion, hoc est, Christi Ecclesiam ad consolationem ob gratuitam sui redemptionem: meminit descensus Israel in Ægyptum, & liberationis ab Assur: predicatores autem euangelicæ pacis commendat, excitans omnibus saluatorem: & de ipsius exaltatione ac humiliatione, & fide Gentium in ipsum.

Vulg.

Malu.

 **I**nsurge, consurge, induere fortitudine tua Sion, Induere vestimentis gloriae tuae Ierusalem, ciuitas sancti: quia non


adiiciet ultra vt pertranseat per te in-circumcissus & immundus.

2 Excutere de puluere, consurge, sede Ierusalem: solue vincula colli tui captiua filia Sion.

3 Quia hac dicit Dominus: Gratis venundati estis, & sine argento redimini.

Gen. 36. a. 6. 4 Quia hac dicit Dominus Deus: In Ægyptum descendit populus meus in principio, vt colonus esset ibi: & Assur absque vlla causa calumniatus est eum.

5 Et nunc quid mihi est hic, dicit Dominus, quoniam ablati sunt populus meus gratis? Dominatores eius iniquè agunt

 **I**xcitare, excitare, vestire obfirmationem tuam Tziion, vestire vestimenta decoris tui Ierusalaim vrbs sancti-

tati, quia non addet veniet in te^b ad-huc præputiatus, & taminatus.

2 Excutere-te-fac de puluere, surge, sede Ierusalaim: aperire te fac vincula colli tui captiua abducta filia Tziionis.

3 Quia sic dixit IHH: Gratis venundati-fuistis; & non in argento^c redimini.

4 Quia sic dixit ADONAI IHVH: Ægyptum descendit populus meus in prima ad trahere ibi: & Assur in defectu defraudauit eum.

5 Et nunc quid mihi hîc, ^d fidelis-fermo IHVH, quia acceptus-fuit populus meus gratis, dominantes eius eiula-

^a tria imperata, ut cap. 5. 9.

^b ultra, amplius, deinceps

^c vindicamini

^d vide Genes. 22. 16, sic statim

re-

di cit Dominus: & in giter tota die nomen meum blasphematur.

6 Propter hoc sciet populus nomen meum in die illa: quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum.

7 Quam pulchri super montes pedes annuntiantis & predicantis pacem; annuntiantis bonum, predicantis salutem, dicentis Sion: Regnabit Deus tuus!

8 Vox speculatorum tuorum: leuauerunt vocem, simul laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt cum conuerterit Dominus Sion.

9 Gaudete, & laudate simul deserta Ierusalem: quia consolatus est Dominus populum suum, redemit Ierusalem.

10 Parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium Gentium: & videbunt omnes fines terra salutare Dei nostri.

11 Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere: exite de medio eius, mundamini qui fertis vasa Domini.

12 Quoniam non in tumultu exhibitis, nec in fuga properabitis: praecedet enim vos Dominus, & congregabit vos Deus Israel.

13 Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde.

14 Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum.

15 Iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges os suum: quia quibus non est narratum de eo, viderunt; & qui non audierunt, contemplati sunt.

re-facient, Fidelis sermo IHVH; & iuge omni die nomen meum incessere-fese-faciens.

6 Ad sic cognosceat populus meus nomen meum: ad sic in die ipsa; quia ego ipse loquens, ecce ego.

7 Quid concupiti-fuerunt super montes pedes euangelizantis, audire-facientis pacem, euangelizantis bonum, audire-facientis salutem; dicentis Tziioni, Regnabit ELOHIM tuus.

8 Vox speculantium tuorum; leuauerunt vocem vniuersae & gratulatorie-acclamabunt. quia oculus in oculo videbunt in reuertere facere IHVH Tziionem.

9 Personate, gratulatorie-acclamate vniuersae siccitates Ierusalaim: quia consolatus-fuit IHVH populum suum; redemit Ierusalaim.

10 De nudauit IHVH brachium sanctitatis suae oculis omnium gentium; & videbunt omnes defectus terrae salutem ELOHIM nostri.

11 Discedite, discedite, exite de ibi; taminatum non attingetis: exite de medio eius, expurgamini leuantes vasorum IHVH.

12 Quia non in affestinantia exhibitis, & in fuga non ambulabitis, quia ambulans faciebus vestris IHVH, & colligens vester ELOHIM Israëlis.

13 Ecce intelligere-faciet seruus metis: eleuabitur, & leuabitur, & excelsus-erit valde.

14 Secundum quod afflauerunt super te multi; sic funditus-disperdita de viro visio eius, & lineamentum eius de filiis Adam.

15 Sicut asperget gentes multas; super eum contrahent reges os suum: quia quod non numeratum-fuit eis, viderunt; & quod non audierunt; intelligere-fese-fecerunt.

emo

fvn2, pariter, simul. sic v. 9. & praecognabunt. sic v. 9.


h datiuus, ad oculos

i expurgati- estote & instrumēta, arma

latollerunt

m magnates n forma, species

o narratum



COMMENTARIA.

VERS. I.



CONSVRGE, CONSVRGE, Alij: &c.] *Euigila, euigila, vel Excita te, ex pergisce, &c.* Postquam Deus, inquit, reliquias Iudæorum promissionibus consolatus est; nunc demum per prophetam veluti in rem praesentem adducit eos hoc capite: & Ecclesiam ad praesentem Christum, Euangeliumque ipsius percipiendum hortatur, sunt itaque huius capitis duæ par- Maluenda, In libr. Isaiæ.

tes: prima est, hortatio ad excipiendum grato animo Christum, & salutem eius ex consilio, quod cepit Deus de Ecclesia liberanda per Christum, vsque ad versum 7. secunda, descriptio Ecclesiae qualis fuit in aduentu Christi, a persona ministrorum eius; & ministerio. INDVRE FORTITVDINE TVA SION.] Alij: *indue robur tuum o Tziion*, id est, confirma animum, quem abiecissee videbaris, vide simile supra cap. 51. v. 9.

V u INDVRE

INDVRE VESTIMENTIS GLORIÆ TVÆ.] Alij: 1. induere vestibus decoris tui. 2. induere vestes ornatus tui, id est, depone luctum, & ad lætitiā te compara in aduentum sponsi tui: quia non adiiciet ultra ut pertranseat per te. Alij: 1. quoniam ultra non veniet in te. 2. nam non perget inuadere te amplius, id est, iam tibi affertur salus sempiterna, vacua omnibus in commodis.

INCIRCVMCISVS ET IMMVDVS.] Heb. *præputiatus & contaminatus* seu *pollutus* id est, quisquis aduersatur sanctitati aut saluti tuæ: synecdochicè ritibus legis.

VERS. 2.

EXCVTERE DE PVLVRE.] Alij: *Excute te ipsam è pulvere*, id est, luctu, qui agitabatur in pulvere; vt Iob. I. v. 20. & cap. 2. v. 8. 12. imperatiuus Hithpahel significatum auget: *excute te ipsam-fac de pulvere*, id est, diligentissime & accuratissime excute te à pulvere, sordes omnes & luctum atque mærorem abiice, nitidam te ac lætam præsta.

SEDE.] שְׁבִי *schebi* potest esse imperatiuus à שָׁב *iasab*, *sede, mane, consiste*: vel nomen subitantiuum à שָׁבָה *schabah*, id est, *captiua abductio, captiua-turba* seu *multitudo Ierusalaimorum*.

SOLVE VINCVLA COLLITVI CAPTIVA FILIA SION.] Alij *Explica te è vinculis colli tui*, id est, seruitute spiritali, vt Lucæ. I. v. 74. *ò captiua filia Tzionis*. Imperatiuus quoque ex Hithpahel magnam vim habet: *aperire te ipsam fac vincula colli tui*, id est, tu ipsa per te bono animo alacriter solve, ac disice vincula peccatorum tuorum. Quidam, quod Hebraice sit altera lectio, reddunt: *aperiri facta fuerunt vel aperta, soluta sunt vincula colli tui*. q. d. non tuis meritis, sed gratia Christi remissa sunt tibi peccata.

QVIA HÆC DICIT DOMINVS.] Heb. *Nam sic dixit Iehoua* *Ætiologia lætitiæ à consilio Dei, quod mox efficiendum prædicatur*.

GRATIS VENVM DATI ESTIS, ET SINE ARGENTO REDIMEMINI.] Alij: *gratis vendidistis vos, & non argento vel sine pecunia vindicabimini*, id est, Ego, qui sum Dominus vester, nullum pretium accepi quum venderemini hostibus vestris, vel diabolo, vt Psalm. 43. v. 13. & supra cap. 5. v. 1. ac proinde rem venditam meo iure accepturus, seu recuperaturus sum. Quidam exponunt: *Gratis, sine causa, temere nullo pretio venditi fuistis in iniquitatibus vestris, quare etiam sine argento redimemini: non dixit, & gratis redimemini: licet enim non corruptibilibus, auro & argento redempti sumus, nequaquam tamen sine pretio, eoque inæstimabili, pretioso videlicet sanguine agni immaculati Christi*. I. Petri I. v. 18. & 19. Possit & hinc esse sensus: *voluntariè vestra mera libertate arbitrij vos vendidistis diabolo, & tradidistis in eius seruitutem, & sine vlllo vestro pretio aut merito, sed mera gratia Dei redimemini*.

VERS. 4.

QVIA HÆC DICIT DOMINVS DEVS.] Alij ex Heb. I. *Nam sic ait Dominus Iehoua*. *Explicatio consilij, quod Deus paucis proposuit præcedente versu. Proponit autem hinc*

captiuitatem populi Ægyptiacam, & Chaldaicam, tanquam exempla, quod hæc præcipuè seruitutem sub iugo satanæ ac peccati adumbrauerint. Quod vero legunt Iehoui, vt alibi passim, vide in Genes. 15. v. 2.

IN ÆGYPTVM DESCENDIT POPVVS MEVS, &c. Alij ex Heb. I. *Olim descenderat populus meus in Ægyptum, vt inquilinus illic esset, postea Assyrius sine causa oppressit eum, vel Assyrius autem temere vim ei fecit*. 2. *In Ægyptum descenderat populus meus in principio, seu, olim ad peregrinandum illic: vt Genes. 47. v. 4. Assyrius quoque, id est, Babylonius, qui idem fuit rex Assyriorum: nam etiam Babylonia omnium historicorum consensu olim habita est Assyriæ. pro nihilo oppressit eum, id est, gratis, sine pretio (vt dixit præcedente versu) illo tanquam suo mancipio abusus est. Oratio huius versus est anantapodotos, vtraque pars terna membra complectitur, ex sensu præcedentis versus hoc modo: In Ægyptum venit populus meus: Ægyptus de nihilo oppressit eum; ego oppressum liberaui: De Assyrio itidem, in Babyloniā abductus est populus meus: Babylonius de nihilo oppressit eum; & similiter ego oppressum liberaui: quorum exemplorum subiicitur accommodatio, versu sequente.*

ET ASSVR.] Sive *Assyria*, seu *Assyrius*. Quidam Assyrium Pharaonem intelligunt, propter potentiam & crudelitatem: erat enim veluti in prouerbio nomen Assur, ea tempestate, vt ex lectione prophetarum apparet, qui hostes populi Dei illorum populorum nominibus solent appellare, qui Iudæis infensū fuerant. Quod sanè nobis non probatur. Peius alij hariolantur hunc Pharaonem dictam Assur, quod ex gente Assyriorum esset: Vide in Exod. I. v. 8. Illud omnino rectius, Assur hinc dici Babylonium, quod Babylonia olim Assyriæ accenseretur. Herodotus lib. I. Num. 178. [*Assyria autem cum alia multa sunt magna oppida, tum vero celeberrimi nominis ac validissimum est Babylon*]. Strabo lib. 16. pag. 743. [*Babylon olim Assyria fuit metropolis*]. Et Hygenus Fabula 275. [*Semiramis Dercetis filia in Syria Babylonem condidit*]. Constat autem quæ prius Assyria dicta fuit, postea Syriam appellatam.

ABSQVE VLLA CAUSA.] Heb. *in non in, vel pro nihilo, in defectione*. Marinus exponit: *in defectione vim intulit ei, id est, conatus est in nihilum redigere, vel vt eum omnino deficere faceret*.

ET NUNC QVID MIHI EST HIC, DICIT DOMINVS? Alij: 1. *Et nunc quid mihi hinc? fidelis sermo Iehoua*, id est, quid mihi hinc negotij, quid moror, quin libero populum meum? An non grauiori seruitute nunc premirur quam Ægyptiaca aut Babylonica? descendam ergo & liberabo eum. 2. *Nunc autem quid mihi istinc vsus est? vel quid mihi hic est? dictum Iehoua*. Accommodatio exemplorum antecedentium ad conditionem Iudæorum misere seruientium satanæ & peccato quum aduentaret Christus: nihil amplius, inquit, mihi accessit ex ista Iudæorum alienatione, quam ex superioribus illis Ægyptiaca & Babylonica;

VERS. 5.

bylonica: quam obrem cum non vendiderim eos, aut nullum venditionis pretium acceperim, meos esse confirmo, & pro meis vindicaturus sum, hoc & sequente versu.

QVONIAM ABLATVS EST POPVLVS MEVS GRATIS? Alij I. *quum populus meus gratis abductus est.* id est, nulla data pecunia à satana, sed ob peccata sua. 2. *nam captus est populus meus gratis.* Exornatio præcedentis dicti, Nihil amplius inde obuenire Deo; per antithesin: primum enim, inquit, nihil accepi: deinde verò, quod est indignius, non tantum non accepi, sed iniurias patior in feris meis; atque adeo blasphemias in me ipsum, quod est omnium indignissimum, hoc versu.

DOMINATORBS EIVS INIQVE AGVNT.] Alij ex Heb. 1. *dominatores eius ululare-faciunt eum.* 2. *quum domini eius ad eiulatum adigunt.* 3. *qui principem locum tenent inter eos.* id est, prophetæ, *ululant.* expectando scilicet aduentum Christi. 4. *dominatores ipsius eiulant.* id est, illi ipsi, in quos auctoritatem contruleram, vt præessent populo meo imperio doctrinaque, ij grauissime affliguntur, & seruitutem exteris seruiunt.

BLASPHEMATVR.] Heb. reddunt. *spernitur, irritatur, incessitur, laceffitur, contumelia-exponitur, prouocatur, inuolatur.* Participium מוֹדוֹ מִיְנוּאֵץ aiunt compositum ex Pahul, Pihel, & Benoni Hithpahel: vnde & compositio & anomalia indicant maximam & enormem iniuriam fieri nomini. Hunc locum annotant respexisse, & reddidisse Paulum Romanor. 2. v. 24. [*Nam nomen Dei propter vos blasphematur in genibus, sicut scriptum est.*] nimirum Isaiaë 52. v. 5. & 2. Petri 2. v. 2. [*Per quos via veritatis blasphemabitur, conuiciis incessetur.*]

VERS. 6.

PROPTER HOC SCIET &c.] Alij: *Idcirco experietur populus meus nomen meum, in Christo æterno, æterni Patris Filio, vt Exod. 23. v. 21. idcirco, inquam, experietur illo ipso die, me eum esse, qui proloquitur, ecce me.* id est, me esse Christum, Verbum & Sermonem Dei Patris, qui Deus est patefactus in carne. Nonnulli, illud, *sciet nomen meum in die illo.* putant esse Hebraismum & Hispanismum, *fabra quien me llamo yo* id est, sciet quantum viribus valeo, me præstare promissa, & adesse præsentem in carne.

VERS. 7.

QVAM PVLCHRI SVPER MONTES PEDES ANNVTIANTIS, ET PRÆDICANTIS PACEM &c.] Quidam reddunt: *O quam speciosi sunt super montes pedes euangelizantis, prædicantis pacem &c.* verba Prophetæ admirantis Christum & Apostolos, ac discipulos eius prædicantes Euangelium. q. d. quam iucundum erit videre Christum aduentem montes, Euangelij docendi causa. Christus sæpe docuit in montibus, vt ex Euangelis clarum est. 1. *Quam decentes sunt super istos montes pedes euangelizantis, pronuntiantis pacem, &c.* Secunda pars capituli, vt dictum est in vers. 1. qua Prophetæ rationem describit mirificæ liberationis, quam consequutura est Ecclesia in Christo. Sunt autem istius rationis duæ partes summæ, quæ proleptice hoc

Matuenda, In libr. Isaiaë;

versu continentur; vna est prædicatio Euangelij de regno Dei, quæ deinde exponitur vsque ad vers. 13. altera est ipsa constitutio regni in persona Christi, quæ annuntiatur Euangelio, tribus versibus vltimis. Transiit verò ad sermonem hunc ex abrupto, perinde atque si piis confidentibus in summis tenebris lux repente exoriretur, & conspicui fierent ministri Euangelij, vt supra cap. 9. v. 2. *Super istos montes, id est, in Iudæa montosa, vt Exod. 115. v. 17.*

QVAM PVLCHRI SVPER MONTES.] *nam, Quam concupiri, desiderabiles, decori, decentes, pulchri, amæni, elegantes, formosi, sunt.* vt Canticor. 1. v. 10.

ANNVTIANTIS ET PRÆDICANTIS PACEM, ANNVTIANTIS BONVM.] Hunc locum Paulus Romanor. 10. v. 15. citans, pluraliter reddidit: [*Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona!*] vniuersè ad ministros Euangelij accommodans.

VOX SPECVLATORVM TVORVM &c.] Alij **VERS. 8.** hunc versum ex Heb. elucidant: *vocem speculatores tui, attollunt, inquam, vocem, pariter cantant, seu iubilant; se oculis suis videre coram, quum reducit Iehoua Tzizonem.* id est, cominus, euidentissime, vt Numeror. 14. v. 14.

GAVDETE ET LAVDATE SIMVL DESERTA IERVSALEM.] Alij ex Heb. 1. *Vociferate, onate pariter desolationes Ierusalaim.* 2. *Erumpite in laudem, iubilare pariter solitudines Ierusalaim.* 3. *Resonate, onate pariter siccitates Ierusalaim.* 4. *Fragorem-edite, cantate pariter vastitates Ierusalaimorum.* id est, ô Ecclesia Dei, quæ prius vastata miserè, & labefactata fuisti. Forma prædicationis, quæ vsuri sunt præcones Euangelij in ipso aduentu Christi, cuius duo sunt capita; vnum est gloriatio fidei amplectentis beneficium Christi, & omnem gloriam tribuentis Deo, duobus versibus; alterum est sera resipiscentia seu pœnitentia & sanctificatio nostri ipsorum secura in Domino, vers. 11. & 12.

VERS. 9.

QVIA CONSOLATVS EST DOMINVS POPVLVM SVVM, REDEMIT IERVSALEM.] Alij per præsens: *quia consolatur Iehoua populum suum, vindicat Ierusalaima.*

PARAVIT DOMINVS BRACHIUM SANCTVM SVVM &c.] Alij per præsens: *Nudat Iehoua brachium sanctitatis suæ ante oculos omnium gentium: vt videant omnes fines terra salutem Dei nostri.* id est, tanquam explicato brachio, opus suum erga Ecclesiam efficit. metaphora ab opificibus in aliquid serio incurantibus. Alij: *brachium sanctitatis suæ.* id est, Christum Dei virtutem & sapientiam.

VERS. 10.

EXITE INDE.] *vel illinc, id est, ab impuro & polluto loco. vel illinc, nimirum è vastitatibus, de quibus supra vers. 9. quasi dicat eripite vos vera pœnitentia & tantis malis, in quibus adhuc versati estis, & sanctificationis vestræ incumbite: vt sequentia cent.*

VERS. 11.

EXITE DE MEDIO RIVS.] Scilicet, impuritatis & contaminationis peccati, seu vastitatis;

Mundamini qui fertis vasa Domini. Heb. *Purgate*, seu *expurgate vos portantes vasa lebona.* Vos vel *Leuita* & sacerdotes, qui additi estis ministerio Domini, & sacris eius. Vel vos, qui estis armigeri Dei, vos fideles, qui gestatis armaturam Dei, de qua Ephes. 6. Vel vos Christiani omnes, quorum est regnum sacerdotale, qui sunt domus spiritualis, sacerdotium sanctum, ad offerendum spirituales hostias acceptas Deo per Christum, 1. Petri. 2.v.9. & Apocalypf. 1.v.6.

VERS. 12.

QUONIAM NON IN TVMVLTV EXIBITIS, NEC IN FVGA PROPERABITIS.] Alij: 1. *Quoniam neque cum festinantia exhibitis, neque fugitiuorum more abibitis, seu discedetis à captiuitate.* Longe, inquit, alia erit hæc liberatio ab illa Ægyptica, nam egressi sunt tunc cum præcipatione, & pene fugientes. 2. *Nam non festinatione exhibitis, neque fuga profisciscimini.* id est, cum triumpho prouehemini è seruitute ista in gloriam filiorum Dei: misis. Heb. *Quia non in affestinantia, abreptione, exhibitis.* id est, festinanter, abruptè, rapidè. Alludit proculdubio ad locum Exod. 12. v. 11. & Deuteron. 16.v.3. vbi est eadem vox. PRÆCEDET ENIM VOS DOMINVS, ET CONGRÉGABIT VOS.] Alij ex Heb. 1. *lebona enim ante vos incedet, & agmen vestrum colliget.* 2. *quia praiturus est vobis lebona, & colligens vos, seu extrema acies vestra.* (Vide Numerot. 10.v. 15.) *erit Deus israhelis,* id est, ducturus est vos & omni ex parte conseruaturus, quasi primam aciem & postremam ageret: metaphora à re castrensi, qua gloriam liberationis in Christo omnibus modis præferendam docet Ægyptiacæ.

VERS. 13.

ECCE INTELLIGET SERVVS MEVS, &c.] Alij hunc versum ex Heb. 1. *Ecce prudenter geret rem seruus meus; exaltabitur, eueketur, & supra modum sublimis erit.* 2. *Ecce gnauiet ager seruus meus, exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valde.* 3. *Ecce prosperabitur seruus meus.* Altera pars, de constitutione regni in persona ipsa Christi, vt diximus in vers. 7, qua exponit Deus finem quidem illius fore infinitam gloriam; sed præturas perpeffiones, & abiectionem maximam, 1. Petri, 1. v. 11. hoc & sequente versu: ex quibus sequetur maxima piorum omnium admiratio, versu vltimo. *seruus meus.* Christus, vt supra cap. 42. v. 1. *extolletur, & eleuabitur, & alius erit valde.*

INTELLIGET.] *יאשכיל* *iaschil*, Futurum Hiphil, hæc omnia complectitur, *intelliget, intelligere faciet, callide, prudenter, considerate, intelligenter, accuratè ager, strenue, gnauiet, industrie rem geret, secundabitur, prosperabitur.* Vide 1. Samuel 18.v.5.

VERS. 14.

SICVT OBSTVPERVNT SVPER TE MULTI, &c.] Hunc versum subobscurum in Heb. variè elucidant: 1. *Quemadmodum admirati sunt super te multi: mutatio personæ, pro super illum, scilicet seruum meum: quod adeo corruptus esset præ viro aspectus eius, & forma eius præ filiis hominum.* 2. *Quemadmodum obstupuerunt super te multi, adeo deformata fuit ab hominibus species eius, & forma eius à filiis hominum: sic asperget, &c.* 3. *Que-*

quemadmodum obstupuerunt super eum multi, quod sic deformatus esset præter humanum morem aspectus eius, & forma eius alienata à filiis hominum sic, &c. Sequenti versu absoluitur sensus. 4. *Vt obstupescant super illum multi, ita corrumpetur peius quam cuiusuis hominis aspectus eius, & species ipsius peius quam reliquorum hominum.* 5. *Quemadmodum admirati sunt super eum multi, sic corruptus plusquam viri aspectus eius, & forma eius plusquam filiorum hominum: sic loqui faciet gentes multas, &c.* id est, Vt admirabuntur multi visis miraculis, quæ patrabit Christus; sic obstupescant quum viderint faciem eius sic perpeffionibus labefactatam, vt non videatur humana facies. 6. *Quemadmodum admirabundi obstupuerunt multi de eo, quod aspectus eius deformior fuerit quam vllius viri, & forma eius plusquam filiorum hominum, subaudi, qui ante illum afflicti fuerint: nam percutietur, conspuetur, cædetur, male tractabitur à Iudæis, & ita corrumpetur, vt non videatur forma hominis: sic stillare faciet gentes multas, &c.* 7. Hispanicus Interpres: *Como abominaron sobre ti, vel como te abominaron muchos, en tanta manera fue desfigurado de los hombres su parecer, y su hermosura, de los hijos de los hombres: Ansi salpicara muchas gentes, &c.* 8. *Quemadmodum obstupuerint de te multi, nimirum de te, ô popule Iehouæ, cuius ante meminerat: ita de corrupta supra virum seu quemlibet specie istius, & forma istius præ filiis hominum.* id est, tantum, & tam excellentiam gloriam, ex tanta Christi abiectione & ignominia mirabuntur atque obstupescant. 9. *Sicut obstupuerunt super te multi, sic vnctio aspectus eius præ viris, & forma eius præ filiis hominum.* id est, Quemadmodum multi super eum obstupuerunt seu sibilauerunt videntes crucis ignominiam; sic vnctio, id est, gratia, venustas, lætitia, aspectus eius erit præ aliis, &c. vt Psalm. 44. vers. 8. vel Quanto magis super eum obstupuerunt, eo maior erit gratia aspectus eius, &c. vocem *משח* *mischchath*, non à *שח* *schachath*, perdidit, sed à *משח* *maschach*, unxit, deduxerunt. Nos sequuti Forsterum vertimus: *Sicut afflauerunt super te multi,* id est, afflatu seu sibilo vt rem abominandam execrati sunt. Aliter: *Sicut stupende-desolati sunt super te multi.* id est, stupore & admiratione perciti de te: ita disperditus à viro visus, seu aspectus eius, & forma eius à filiis Adam.

VERS. 15.

ISTE ASPERGET GENTES MULTAS.] Forte Noster scripsit, *Ita*, non *iste*: nam Hebr. est *כן* *cen*, variè reddunt: 1. *Ita loqui faciet de se gentes multas.* id est, dabit ansam & occasionem multis loquendi de se, quod vt nos seruaret, tanta pati voluerit. 2. *Sic stillare faciet, seu effundet gentes multas.* id est, sanguinem gentium multarum. 3. *Ita asperget gentes multas.* quasi dicat, fama sui nominis multas gentes asperget, & nomen suum longe lateque propagabit. Prædicationem Euangelij, & diuulgationem intelligit, ac si dicat, *Sic asperget gentes multas, prædicatione scilicet Euangelij.* 4. *Ita, inquam, persperget stupore gentes multas.* nimirum ex compara

comparatione tantæ abiectiois & gloriæ Christi, & bonorum, quæ hoc pacto nobis afferuntur, admiratione. 5. Sic asperget gentes multas. sanguine suo, & lauacro spiritus in verbo vitæ, mundans eas. Alludit ad legales illas aquæ & sanguinis varias asperfiones, quæ typi & figuræ fuerunt pretiosissimæ illius asperfionis sanguinis Christi, & baptis- matis: vide Hebræor. 9. vers. 7. & sequenti- bus, & cap. 12. vers. 24.

SVPER IPSVM CONTINEBUNT RE- GES OS SVVM.] Alij: 1. super ipsum claud- ent, contrahent, reges os suum. id est, nihil loquentur contra ipsum. 2. quin reges coram eo os suum compriment. 3. propter eum obdent reges os suum. id est, non obloquentur, sed silentium præstabunt, dociles ad prædicatio-

nem Euangelij, vt Iob 29. v. 9.

QVIA QVIBVS NON EST NARRA- TVM DE EO, &c.] Alij ex Hebr. 1. quo- niam id, quod antea non fuit narratum eis, cognoscent, & quod non audierant intelligent. Præterita pro futuris. 2. quando, quod non narratum fuerat eis. id est, Euangelium, quod à temporibus æternis tacitum fuerat inter gentes, Roman. 16. vers. 25. videbunt, id est, percipient oculis fidei; & quod non audierant, animaduertent. Hunc locum citat Paulus Ro- manor. 15. vers. 21.

CONTEMPLATI SVNT.] Hebr. intelli- gere se-se-fecerunt: formula Hithpahel impor- tat conatum & diligentiam, seu diligentem obseruationem, q. d. accuratissimam ope- ram dabunt vt intelligant, & percipiant.

CAPVT LIII.

Non omnes Euangelij prædicationem suscipient: propheta de Christi natiuitate & ignominiosa passione ac morte ipsius propter peccata nostra: contemptui habitus est, qui salutem nobis peperit: de mansuetudine & voluntaria ipsius oblatione: de gloria & exaltatione eius, credentiumque multitudine.

Vulg.

Malu.

Ioan. 12. f. 38. Rom. 16. d. 16.



Vis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est?

2 Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitiienti: non est species ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum.

Mat. 9. b. 12.

3 Despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus eius & despectus, vnde nec reputauimus eum.

Mat. 8. o. 17.

4 Verè langores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatum.

1. Cor. 15. a. 3.

5 Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus.

6 Omnes nos quasi oves errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.

7 Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ovis ad occisionem

1 Vis credidit auditioni nostræ? & brachium IHVH super quem deuolutum fuit?

2 Et ascendit sicut fugens a faciebus eius, & sicut radix de terra siccitatis; non b lineamentum ei, & non c decor: & vidimus eum, & non visio, d & ex- petiuimus eum.

3 Spretus, & cessator virorum, vir c dolorum, & cognitus ægritudinis: & sicut absconditio facierum de ab eo, spre- tus, & non excogitauimus eum.

4 f Profecto ægritudines nostras ipse leuauit, & dolores nostros baiulauit eos: & nos excogitauimus eum g ta- ctum, percussum ELOHIM, & h affli- ctum.

5 Et ipse dolere factus de transgres- sionibus nostris; oppressione i contri- tus de k prauitatibus nostris: disciplina pacis nostræ super eum, & in l liuore eius sanatum fuit nobis.

6 m Omne nostrum sicut ovis erra- uimus; vir n viæ suæ o faciatiuimus: & IHVH incurrere fecit in eo p prauita- tem omnium nostrum.

7 Angariatus fuit, & ipse q afflictus, & non aperiet os suum; sicut r pecus

a datus.
ad facies
b forma,
species. vt
cap. 5. 2. 14.
c honor, de-
cus, maie-
tas
d vt concu-
pisceremus
e cruciatum
f Certè,
equidem
g tactum
percussum,
plagis af-
fectum,
causum
h oppressu,
abictum,
deictum
i contusus
k curuitati-
bus, distor-
tionibus,
peruersita-
tibus,
l tumice,
vt c. 1. v. 6.
m Omnis
noster,
omnes nos.
sic mox.
n datus
ad viam
suam
o asperi-
mus, faciè-
verrimus
p vt v. 5.
q oppressus
r parua-
pecus

ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum.

Matt. 26.
f. 63.
Act. 8 f. 32.

8 De angustia, & de iudicio sublatus est: generationem eius quis enarrabit? quia abscissus est de terra viventium: propter scelus populi mei percussam eam.

1 Pet. 2.
d. 12.
1. Ioan. 3.
a. 5.

9 Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua: eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius.

10 Et Dominus voluit contere eum in infirmitate: si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longeuum, & voluntas Domini in manu eius dirigitur.

11 Pro eo quod laborauit anima eius, videbit & saturabitur: in scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit.

12 Ideo disperitiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.

Marc. 15.
c. 23.
Luc. 22.
d. 37.

maetationi adduci-fiet; & sicut f' ouis r' faciebus u' vellentium eius colligata-fuit & non aperiet os suum.

8 De praeualescencia, & de iudicio acceptus-fuit; & generationem eius quis r' meditabitur? quia r' decifus-fuit de terra viventium; de transgressione populi mei tactio ei.

9 Et dedit ad improbos sepulcrum eius; & ad diuitem in mortibus eius: super non r' violentiam fecit, & non a' fallacia in ore eius.

10 Et IHVH bene complacuit oppref-fione b' contere eum, c' agrotare-fecit; si ponet piaculum anima eius, videbit semen, prolongabit dies: & beneplacitum IHVH in manu eius per-rumpet.

11 De d labore animæ suæ videbit, saturabitur; in cognitione sua iustifica-bit iustus seruus meus multos: & c' pra-uitates eorum ipse baiulabit.


12 Ad sic disperitiam ei in multis, & ad offatos disperiet spodium, sub quo eua-cuauit morti animam suam; & ad trans-gredientes numeratus-fuit: & ipse f' erratum multorum leuauit & transgre-dientibus occurrere-faciet.

fouis-fa-
mina
e ut v. 2.
u tondentiū,
vulforum,
tonforum
suorum
x edifferet,
recolet, con-
feret, clo-
quetur
y discifus,
v. 11.
succifus,
discifus
z vide in
Genef. 6.
a vide Ge-
nes. 27 35.
b contun-
dere
c dolore-af-
fecit vel
cruciatu

d dolore,
grumna

c ut v. 5.

f delictum,
peccatum,
errōrem



COMMENTARIA.

VERS. I.



VIS CREDIT AVDITVI NOSTRO, &c.] Huius insignis capitis, quod est præcipuum vaticiniorum Isaia, in quo auctor magis Euangelistam, quam prophetam agit, summam quidam ita concipiunt: Propheta Ecclesiae Iehudæorum obiicit, quod præcedenti fidei prædicationi fidem non habeat: propterea historiam Christi explicans, agnoscit duo quidem esse in Christo, quorum nomine offensa est. Infirmitatem Christi, & scandalum Crucis: sed aduersus has offensionis causas Ecclesiam præmunit, docens Christum infirmitates & crucem ipsam sponte subiuisse propter nos; vitam æternam ingressurum esse, & nobis benefacturum, donec in eandem vitam perueniamus. Itaque postquam propheta summam Euangelicæ prædicationis de regno Christi aduenientis explicuit: nunc ostendit quomodo Euangelium Christi Iudæis fuit scandalo, & scandalum illud anticipat, exponens historiam perpeffionum Christi, & consequenturæ gloriæ. Sunt itaque huius capitis partes duæ: vna est anticipatio, qua propheta per admirationem traducit Iudæorum incredulitatem, prædicationem Euangelij, quæ præcessit, abdicantium, vers. i. altera, qua incredulitatis causas, & remedia explicat per narrationem historię Christi, & consilij

quod Deus iniuit de Christo & Ecclesie eius.

QVIS CREDIT AVDITVI NOSTRO?] Hebr. *auditioni nostra*. Potest accipi actiue, id est iis, quæ a nobis audiuit, prædicationi, annuntiationi nostræ. iis, quæ nos prædicamus, hoc est Euangelio: & passiuè, iis, quæ nos audiuius, quæ accepimus à Deo, hoc est Euangelio: vtitur autem hac voce propheta, vt significet non suum esse verbum, sed quod à Deo audierit, q. d. quous-quisque credit auditis nostris? Hunc locum citant ex translatione Lxx. Interpretum Ioannes 12. v. 28. & Paulus Romanor. 10. vers. 16. [*Domine quis credidit audisui nostro?*] vocem *ἡγῶν* *schemu-gbah* reddentes *ἀνοή* *auditionem*. Nonnulli: *fama*, *rumori*, *sermoni nostro?* quem prædicamus de Christo. Sed cum magis habeat formam *Pahul*, aptè reddes: *audio nostro*, & *brachium Domini cui reuelatum est?* Hebr. *super quem reuelatum, ostensum. manifestatum, patefactum est?* Quidam exponunt, *super quem*. id est, in quo alio magis vnquam apparuit vis & efficacia verbi Dei, quam in isto apparebit, quem liberatorem fore prædicamus. Alij: & *brachium Iehouæ in quo reuelatur?* id est, Euangelium, potentia Dei ad salutem credentibus, Roman. i. vers. 16. quod reatum est eis, qui pereunt; vt ait Apostolus

2. Corinth. 4. vers. 3. Alij *brachium Iehoua*. Christum. vt supra cap. 52. v. 10.

VERS. 2.

ET ASCENDET.] Hebr. *Et ascendit*. vtitur hoc capite passim propheta præteditis pro futuris propter certissimas de Christo prophetias. Quidam reddunt: *Assurgit quidem*, &c. Obseruant, superiori anticipationi, subiicere responsionem prophetam, vt Iudæos præmoneret totamque Ecclesiam, ne vnquam de Christo ex specie iudicium facerent; sed partim causas perpeffionum, partim euenta obseruarent. Sunt ergo huius responsionis præcipui loci duo: vnus, quo opponit scandalo infirmitatis Christi, facta potentia eius miraculosissima, vers. 3. & 4. & scandalo perpeffionum Christi, vitiositatem nostram, cuius nomine Christus spondebat in iudicio Dei, vsque ad versum 8. alter, quo comparat cum aspectabili infirmitate & ignominia Christi, certissimam, iustissimamque liberationem & gloriam eius, ex consilio Dei ad commune bonum totius Ecclesiæ, inde ad finem capitæ. Priore autem loco, tenuitias, infirmitas, & contemptus Christi exponitur duobus versibus; causa vero in vers. 4. & sequentibus. q. d. Verum quidem est, omnia ista, quorum aspectu offendimini, in Christo esse humanitus; sed quidquid infirmum est in ipso, à nobis est, à nobis suscepit, & nostra causa perlaturus est; quamobrem iniquum est nos de eo offendi; qui fideiubet pro offensis nostris, easque præstat.

SICVT VIRGULTVM.] *יֹנֵק* *ionek*: sicut surgens, id est, surculus tener, lactens, seu lacteus, qui fugit succum arboris. Alij: *vt surculus, vt ramus-tener*: vt tenera-planta, vt supra cap. 11. v. 1.

CORAM EO.] Exponunt, nimirum, qui non credit prædicationi, sed Christi speciem ita obseruat, vt offendat in eum tanquam lapidem allisionis, & rupem offensionis, vt supra cap. 8. vers. 14. Alij: *eoram eo*. id est, Iehoua. q. d. Deo volente, faciente, prouidente.

ET SICVT RADIX DE TERRA SITIEN TI.] Hebr. *de terra siccitatis, ariditatis*. id est, sicca, arida deserta, solitaria, siticulosa. q. d. apparebit Christus in carne vt radix & surculus succrescens è terra arida, cui nullus succus, nullus viror, nulla lætitia, sed languidus, marcescens, pene arens & mortuus.

ET VIDIMVS EVM, ET NON ERAT ASPECTVS, ET DESIDERAVIMVS EVM.] Alij: *aspeximus autem eum, & non erat aspectus*, subaudi, talis, qualis antea erat: & *non desiderauimus eum*. subaudita negatione è præcedente versu, vt alias fieri solet. 2. *quum vidimus illum, non erat illi forma, ita vt non optarem eum videre*. 3. *quum vidimus illud virgultum, nihil habet pulchritudinis vt cupiamus illud*. vt persistat in allegoria surculi, seu virgulti. 4. *& quando intuemur eum, secundum carnem, non inest species cur desideremus eum*. id est, nihil in eo apparet experibile, & quod concupisci dignum sit.

VERS. 3.

ET NOVISSIMVM VIRORVM.] *חָדָל* *chadal*, variè exponunt: 1. *& cessator virorum*. id est, à quo viri abstinent, qui viris non

est curæ, à quo viri cessant, vel *cessata virorum*, vel *desinens virorum*, id est, in quo viri desinunt ac cessant, vltra quem nullus est vir vltimus ac postremus virorum. 2. *& desitius virorum*. id est, qui minus quam vir est, qui hominum abiectissimus est, qui desit esse vir. 3. *& reiectaneus virorum*, vel *inter homines*. id est, talis quem homines nolint admittere in suum consortium.

VIRVM DOLORVM.] seu *vir dolorum*. id est doloribus & cruciatibus contractus.

ET SCIENTEM INFIRMITATEM.] Hebr. est participium passiuum constructum, & *cognitus agnitudo*, seu *morbi*. Hebræorum nonnulli exponunt: *contritus, contractus, confectus infirmitate*. Alij: *notus*, seu *cognitus infirmitate*: quia videlicet notus erat & spectatus, atque adeo de eo exploratum erat omnibus, quod esset infirmus. Nonnulli: *expertus, peritus, gnarus infirmitatis*, seu *infirmitatum*, quod videlicet expertus esset, & obfirmatus aduersus omnia, siquidem esset dominus infirmitatum, id est, obnoxius morbis & infirmitatibus, vel infirmitatibus & morbis vndeque scatenens. Mercerus & Bertramus satius putant passiuè & figurate exponere, *notus ab infirmitate*, id est, notus infirmitati, quasi dicat, ei familiaris quodammodo, ac veluti in ea exercitatus, ac diu cum ea conflictatus grauissimè. Tremellius & Iunius; *& cognitus morbi*. vel *& familiaris morbi*. id est, continenter versans in difficultatibus rerum, & omni infirmitate humana excepto peccato. Haud absurde Forsterus existimat Paulum Hebræor. 4. vers. 15. ad hæc propheta verba alludentem, ita reddidisse: [*Non habemus pontificem, qui non possit affici sensu infirmitatum nostrarum, sed tentatum in omnibus similiter, absque tamen peccato*.]

ET QVASI ABSCONDITVS VLTIVS EIVS.] Ex Hebr. alij: 1. *& veluti abscondio faciei ab eo*. id est, fuitque quasi homines tegerent faciem suam, ne aspicerent eum. 2. *& quisque erat quasi abscondens faciem ab eo*. 3. *erit vt is, à quo absconderet quis faciem*. 4. *& velut homo abscondens faciem à nobis*. id est, quasi leprosus, ab hominum consortio separatus, & faciem obuelans, ex lege Leuit. 13. v. 45. Erit igitur periphrafsis leprosi.

VNDE NEC REPVTAVIMVS EVM.] Alij: 1. *ita vt eum nihili reputemus*. 2. *ita vt non astinemus illum*. Sic vers. 4.

VERE.] Alij: 1. *Cum tamen*. 2. *Veruntamen &c.* Remedium scandali, quod percipitur ex infirmitate Christi, hic exponitur, vt diximus in vers. 2. quod in ea tamen infirmitate ediderit palam mirifica maiestatis diuinæ documenta curandis hominibus, & electos in perpetuum ab omni malo curaturus sit.

LANGVORES NOSTROS IPSE TVLIT, ET DOLORS NOSTROS IPSE PORTAVIT.] Hic rursum coniunguntur verba *נָשָׂא* *nasa*, & *נָבַל* *sabal* de quorum notatione ac discrimine diximus supra cap. 46. v. 6. Plerique hic verbum *NASA*, reddunt, *leuanit*, *abstulit*, vt sumitur id verbum Exod. 10. v. 17. Iob. 7. v. 21. & alibi passim: vide Forsterum pag. 523.

Dictiona

VERS. 4.

Dictionarij. Alij, *leuauit, sibi imposuit, perulit, suscepit in se.* Forsterus: *Ipse infirmitates, seu ægritudines nostras leuauit. [id est, in se suscepit: sicut & Euangelista citans hoc Propheeta de Messiah nostro vaticinium verbo Græco ελαβε, id est, suscepit, est interpretatus. Et Ioannes in suo Euangelio verbo εἰπεν, cum inquit: Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi, idem significante reddidit. Onera enim qua nobis ipsis imponimus, tollere quoque Latine dicimus. vt leuare, seu tollere scilicet super se peccatum, sit in se suscipere peccatum, reum vel obnoxium fieri, peccati, id est, pœna peccati* Et sanè id verbum plerumque in Scriptura, hoc sensu accipi, passim exemplis ostenditur. quæ memorat idem Forsterus pag. 524. Equidem hoc loco *NASA* ita accipi, argumento est sequens verbum *SABAL*, quod onus in se susceptum portare significat. Ergo quod hic ait propheta Christum infirmitates nostras & dolores in se susceptos baiulasse, plerique accipiunt de morbis peccatorum nostrorum, quæ Christus in se expianda in cruce suscepit, se eorum obnoxium & reum coram Patre stitit, eorumque pœnas ac supplicia, quæ nos subire debebamus, exsoluit, ac pro omnibus plenissimè satisfecit, 1. Petri 2. vers. 24 [*Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo per lignum &c.*] Cæterum Matthæus 8. v. 17. diserte hunc locum de morbis & doloribus corporeis, quos Christus in se suscepit, & sibi imposuit curandos interpretatus est. Nonnulli existimant Matthæum nequaquam interpretatum fuisse verba Isaia: sed quod Isaia de infirmitatibus spiritualibus, hoc est peccatis, dixerat, accommodasse ad ægritudines corporeas, quæ sunt pœna peccati, vñtato Euangelistis more. Nobis aptius videtur de eisdem corporeis morbis Isaian & Matthæum loquutos, ac Matthæum genuinum Isaia interpretem egisse. Tremellius & Iunius: *morbos nostros ipse pertulit, & dolores ipsos nostros baiulauit.* id est, omnes infirmitates nostras ipse curauit: vt exponitur Matthæi 8. v. 17. vnde verba Hebraica, *leuauit, & baiulauit* figuratè accipienda sunt, eleganti Hebraismo, pro in se suscepit, sibi que imposuit onus, munusque curandi & sanandi omnes ægritudines ac morbos.

ET NOS PVTAUIMVS EVM QVASI LEPROSV.] Alij: 1. *nos autem reputauimus eum plagis affectum.* vel *tactum.* scilicet lepra. Nomen enim נגף *neghagh*, *tactio*, sæpe usurpatur de lepra. Leuit. 13. 2. iungunt sequentibus: *nos autem existinabamus eum tactum percussione Dei.* id est, grauissima & acerbissima. 3. *quamuis nos astimeremus eum plaga affectum.* non autem nos in ipso.

PERCVSSVM A DEO.] מכה אלהים *mucceh elohim.* Quod *mucceh*, punctetur cum *Tze-re*, syntacticum esse volunt, nam absolutum eum Segol scribitur. Leuit. 25. v. 14. vnde exponunt: *percussum Dei* id est, cæsum, verberatum, flagellatum vehementissimè & accerrimè: nam nomen *Dei* solet addi ad intentionem; vide in Genes. 1. v. 2. Plerique: *percussum à Deo.* Nos impensè eorum pietatem

commendamus, qui hîc neglecta Massoritarum punctuatione, quam fortè ipsi obscurandi mysterij causa indiderunt: exponunt: *percussum Deum*, insigni diuinitatis Christi patefactione. Aliqui *mucceh*, non Pahul Hiphil faciunt, sed nomen substantiuum *percussione Dei*, id est, in maxima ac vehementissima.

IPSE AVIEM VVLNERATVS EST PROPTER INIQUITATES NOSTRAS, &c. Alij ex Heb. 1. *At ipse dolore-affectus est à transgressionibus nostris* id est, transgressionibus nostræ dolore eum affecerunt 2. *Nam ipse dolore-affectus à defectionibus nostris, aueritur ab iniquitatibus nostris,* &c. Ergasia, seu exornatio præcedentis dicti, propter nos Christum affici duobus modis, primum quod peccata nostra tulit; deinde, quod pax nostra est, & nos reconciliat Deo per crucem ipsius, Ephesior. 2. vers. 14 Participium passiuam מרחל *mecholal*, à חרל *chalal*, est *violatus, violentatus, vim-passus, profanatus, vulneratus, sauciatus, confossus, perfossus, excruciatu, mysterium Crucis innuit à חול chul* verò: *dolore-affectus, anxius, vel enixus, passiuè, dolore & nisi partus, à transgressionibus nostris, quia peccata nostra nobis Christum dederunt ac pepererunt: si enim Adam non peccasset, Christus non venisset.*

DISCIPLINA PACIS NOSTRÆ SVPER FVM.] Alij ex Heb. 1. *castigatio pacis nostra super eum*, id est, fuit castigatus vt nos haberemus pacem; subiuit multas pœnas ac maximas quæ pacem nobis parient cum Deo. 2. *multa enim correctionis nostra ei imposta est.* 3. *castigatio pacis nostra imponitur ei*, id est, castigatio pacem nobis conciliatura cum Deo, & prosperitatem omnem comparatura: quas alioqui amiseramus, vt sequente versu exponitur.

pacis nostræ Nonnulla exemplaria Hebraica habent pluraliter, *pacium* seu *pacificationum nostrarum*, ampliore sensu. Hebræi exponunt: *castigatio, correctio, perfectionum, integritatum nostrarum*, hoc est, כולל *cullan*, omnium nostrorum. Non tam rectè.

ET LIVORE EIVS SANATI SVMVS.] Alij ex Heb. & *in liuore eius medicamentum fuit nobis.* 2. & *liuor eius sanitas fuit nobis* 3. & *in liuore eius sanatus fuit nobis morbus* 4. & *liuore eius sanitas recuperata est nobis.* 5. & *cum liuore eius sanitas est reddita nobis.* 6. & *tumice eius fit curatio nobis*, id est, plagis, quæcunque nostra causa pertulit: synecdoche.

VNVSVISQVE IN VIAM SVAM DECLINAVIT.] Alij: *quisque in viam suam nos conuertimus*, id est, studia sua sectati sumus.

ET POSVIT DOMINVS IN EO INIQUITATEM OMNIVM NOSTRORVM.] Alij. 1. & *Iehoua coniecit in illum iniquitatem omnium nostrum*, quo ad culpam, vt eam in se expiaret, & Patri nos reconciliaret; quo ad pœnam, vt eam pro nobis omnibus ipse lueret. 2. & *Iehoua fecit vt incurrat in eum pœna omnium nostrum*, sed retineatur hîc nomen *iniquitatis*, vt vtrumque complectatur & culpam & pœnam. q. d. magno impetu Deus in eum coniecit peccata omnia generis humani, vt ea omnia abstergeret, & pœnam omnium dissolueret,

VERS. 5.

VERS. 6.

lueret, ac patri, pro culpa ac pœna plenissime, sua morti satisfaceret. Proprie reddidimus: & Iehouah incurere fecit, vel irruere fecit in eum, quali exercitum & instructam phalangem, prauitatem seu peruersitatem omnium nostrum.

VERS. 7.

OBLATUS EST.] וַיִּגָּג *niggas* varie legitur, in quibusdam codicibus est cum *scin* dextro, *Accessit, accessus*; nam est *Niphal*, qua formula vitur ad significandum Christum etsi sua sponte ad passionem venerit, tamen summa immanitate & inhumanitate pertractum & quasi raptum à ministris. In alijs, (quæ est frequentior lectio,) est cum *scin* sinistro; *Angariatus est, adactus est, vim passus est, vel arctatus, coarctatus, pressus, oppressus fuit.* Quidam: *Abactus fuit*, sicut pecus aut ovis, vt statim subditur. Alij: *Exigitur, subaudi, pœna*, videlicet iniquitatum nostrarum omnium, vt in fine versus præcedentis dictum est. Nonnulli: *Multatus est.*

QVIA IPSE VOLVIT.] Heb. & *ipse afflictus, oppressus, humiliatus, abiectus.* Quidam reddunt: & *ipse ope destitutus seu inops* נַחֲבָנֶה *naghaneh*, Benoni Pihel. Putat Forsterus id redditum Petri 2. v. 21. per *ἐραδεν*, *Christus passus est pro nobis, &c.*

SICVT OVIS AD OCCISIONEM DUCETVR.] Heb. *sicut parua-pecus ad mactationem, ad iugulationem, adducetur.* verbum וְיָבֵל *inbal* est ex Hophal, & significat adductionem cum mora & pompa: videtur alludere ad morem, quo parua-pecus adducebatur mactanda cum festa pompa: vide Psalm. 117. v. 27.

CORAM TONDENTE SE OBMVTESCET.] Heb. *coram tondentibus ipsam obmutuit.* Nos ex gemina verbi notione diximus *colligata-fuit*, quod pecudes colligatæ manibus pedibusque tondeantur, nec tunc semper obmutescant, sed balatus edant: & quia bis repetit, & non aperiet os suum.

ET NON APERIET OS SVVM.] verbum est masculinum, vnde referri apte non potest ad רַחֵל *rachel*, *ovis-fœmina*, quæ proxime præcessit, sed vel ad הַשֶּׁה *seh* *paruam-pecudem*, quæ est masculi generis: vel potius ad Christum.

VERS. 8.

DE ANGVSTIA.] גְּחֹזֶר *ghotzer*, hæc omnia complectitur: *De clausura, claustro, constrictione, occlusionone, coarctatione, carcere, praualescentia, violentia, prae dominatione, praeualida cohibitione* varie exponunt. *A vinculis & à sententia iudicis sublatus est de medio*, id est, statim postquam vinctus fuit & condemnatus à Pilato, actus fuit in crucem. 2. *Præconstrictione, seu absque dilatione, citraque iudicium raptus est.* 3. *A praualescentia, seu tyrannide, & iudicio assumptus est*, id est, ereptus, liberatus per resurrectionem. Quidam volunt *ghotzer* idem hic esse quod גְּחַזְרָה *ghazarah* vel *ghatzereih*, de qua voce vide Notas in Leuit. 23. v. 36. & in 2. Reg. 10. v. 20. vnde reddunt: *A frequentia, cœtu, collecta, synagoga, synodo, concilio, captus, pertractus est*, id est, à cœtu illo & turba multa, quæ conuenerat ad festum Pascharis, & à concilio, quod pontifices & Pharisei contra ipsum coegerant, & à iudicio illo, seu iu-

Maluenda, In libr. Isaia.

dicum confessu, hoc est, synedrio magno pertractus est ad mortem, vide Lucæ. 23. v. 18. & Marci 15. v. 1. & 11. 4. *A coarctatione & iudicio tollitur.* Alterum membrum responsionis, vt dictum est in vers. 2. quod per prolepsin hoc versu positum sequentibus ordine exponitur. q. d. propheta, verum quidem est, vos non tantum infirmitate illa offendi, quæ videtur in Christo. verum etiam maxime ignominioso iudicio & morte ipsius: sed non satis est ad præsentem istius constitutionem respicere, quin potius introspicendus est euentus ille gloriosus ex consilio Dei, qui exponitur inde à versu 10. Nam *coarctationis* nomine omnes angustia, iniuria, contumelia, verbera, mala denique omnia intelligenda sunt, quæ cum à Iudæis, tum a gentibus perpeffus est; *iudicij* verò appellatione denotantur manus, & consilium Dei, quo Christus iustissime tanquam sponzor noster fuit à Deo Patre, verberatus, infra vers. 10.

Sublatus est, Heb. *acceptus, caprus, assumptus fuit.* Potest accipi & in malum. sublatus de medio, occisus, interfectus, sublatus in crucem, & in bonum, in summum honoris gradum euectus post resurrectionem.

GENERATIONEM EIVS QVIS ENARRABIT? Plerique, Patrum, generationem eius diuinam. Alij, humanam ex virgine matre. q. d. Ne offendamini infirmitate & ignominia mortis eius, nam diuinam habet generationem, estque verus Deus de Deo: & admirabili modo per Spiritum Sanctum, progenitus est ex virgine: quæ duæ genituræ sunt infabiles. Nec prorsus alienè quidam: *at generationem, seu regenerationem*, hoc est, resurrectionem eius, *quis edicet?* q. d. etsi à prævalescencia & iniquo iudicio in crucem vt vilis latro sublatus sit; at resurrexit statim regenitus ac rediuius, gloriosissime. Nonnulli, *generationem eius*. id est, progeniem & longam seriem fidelium ac filiorum Dei, qui ex morte & cruce eius progignuntur, vt vers. Vide Ioann. 12. v. 24. & 25. Recentiores varie exponunt: 1. *& aetatem eius*, id est, vitam, *quis eloquetur, vel explicabit?* seu *exponet?* Fuit enim quam breuissima, *præceps fuit* immatura & violenta morte. Congruit sequentibus: *quia abscissus est de terra viuentium.* 2. *& aetatem eius, sæculum eius, generationem eius qui explicabit?* id est, homines ætatis illius, seu sæculi eius: *generationem*, pro hominibus ætatis eius, vt passim in Scriptura sumitur, quasi dicat: Quis verbis consequi poterit improbitatem hominum, qui eius ætate viuent, quum sint illum tametsi iustum interfecuri? Exclamatio in impios Iudæos, qui tempore Christi vixerunt, & eum ad mortem traxerunt. 3. *structuram eius, vel constitutionem, constitutam-seriem & ordinem eius.* id est, iudicij eius, *quis eloquetur?* q. d. tametsi insons experisque omnibus culpæ actus sit in crucem, non tamen sine certa iudicij ratione, & arcano Dei consilio, qui illum saluti omnium destinabat, mortem obiuit, quæ tam alta & recondita est, vt nullus eam facile enarrare possit. Hanc rationem vocat *structuram eius.* 4. *at generationem eius*

quis enarraturus est? id est, æternitatem siue tempus, quo perduraturus est Christus: nam his inest antithesis: est quidem sublatuſ, inquit propheta, sed ab hac mortali vita in immortalẽ transmissus, nec iam mori potest, aut mors ultra ei dominabitur. Romanor. 6. v. 9. 5. in eundem fermè sensum: *Sæculum autem eius quis enarrabit?* id est, quandiu æuum eius sit duraturum: nam Christus excitatus ex mortuis amplius non moritur. Romanor. 6. 9. Qui vllam ex his explicationibus pertinaciter rejecerit, satis se proder nullum aut paruum gustum in sacris litteris habere.

QUIA ABSCISSVS EST DE TERRA VIVENTIUM.] seu *virorum*. Alij: *nam excinditur quidem terra viventium*. Exornatio præcedentis antitheseos, cuius prius membrum hoc & sequente versu; posterius tribus vltimis exponitur.

PROPTER SCELVS POPVLI MEI PERCVSSI EVM.] Heb. à *transgressionẽ populi mei tactio*, seu *percussio*, aut *plaga ei*. *מל* *lanno*, pluraliter accipiunt, *plaga eis*. subaudi erit. q. d. Quia pro suo contumaci scelere ausi sunt Iudæieum interficere, qui ad eos redimendos missus fuerat, *plaga ingens & extrema delolatio* veniet eis: certissimo & inevitabili vaticinio. Quidam reddunt: *succisus est de terra viventium propter iniquitatem populi mei, quibus plaga debebatur*; id est, Quam illi plagam ob sua peccata subire debebant, ipse pro illis in se tranſtulit. Alij: à *scelere populi mei percussus est illis singulis*. Nam quod cuncti, quod singuli debebant, ille vnicus pro omnibus expiando pertulit. *מל* *lam*, inquit plurale est, & genericum pronomen, vau affixum singularis numeri, publica cum priuatis, omnes cum singulis coniungunt. Sed ij pro *מלל* *negbagh*, id est, *percussio, plaga*, Leui vnus punctuli mutatione videntur legisse, *מלל* *niggagh* præteritum Niphali: *percussus est*. Cæterum fere omnes *למו* singulariter capiunt, vt supra cap. 44. v. 15. *ei*. Variè reddunt: 1. à *transgressionẽ populi mei, plaga fuit ei*. id est, falso & iniuste accusatus à populo interfectus est. 2. *qua plaga ei propter transgressionem populi mei inflicta est*. id est, vt eam expiaret. Christus mortuus est pro peccatis nostris. 3. *ex defectione populi mei plaga est ipsi*: id est, per improbitatem Iudæorum, qui deficientes à Deo, ex definito consilio, & providentia eius, prouiderunt & abnegarunt Christum in conspectu Pilati, vt loquitur Petrus Actor. 2. v. 22. & 3. v. 13. Hæc vt ita accipiamus facit sequentis versus comparatio.

VERS. 9.

ET DABIT IMPIOS PRO SEPULTURA, ET DIVITEM PRO MORTE SUA.] Heb. *Et dedit ad*, vel *apud improbos*, vel *cum improbis sepulcrum eius*: & *ad, apud diuitem, aut cum diuite in mortibus eius*. Si commutasset propheta verba in hunc modum: *Et dedit apud improbos seu cum improbis in mortibus eius; & apud diuitem sepulcrum eius*; planissimus fuisset locus: & intelligeremus Christum morti traditum apud fontes in loco Caluarie, vbi supplicia de damnatis sumebantur, & sepulcrum apud Iosephum Arimathæensem. For-

te quis suspicari audeat prophetam de industria transposuisse verba, vt paulo obscuraret vaticinium, ne tam luculentum esset, & quia sanè locus mortis & sepulturæ Christi vicinissima essent. Nam Brocardus accuratissimus terræ sanctæ descriptor, ait: [*Mons Caluaria in quo Dominus crucifixus est, distat à loco sepulcri centum & octo pedibus: & est ascensus à superficie pavimenti Ecclesie sepulcri ad locum vbi Crux rupi infixæ fuit, viginti octo pedum*.] Nec desunt, qui opinentur eas voces à Rabbinis postea transpositas, quas propheta suo ordine posuisset. Locus est planè obscurus quem variæ explanationes obruunt, promemus probabiliores: 1. & *dabit improbos sepulturam suam, & diuitem, seu diuites in mortibus suis*: id est, efficiet vt impij, & crassi pinguesque Iehudæi luant pœnas mortis suæ. 2. & *dabit apud improbos milites custodes sepulcrum suum*, Matth. 27. & 28. & *diuitem Pilatum præfidem in morte eius*. Iudicem & damnatorem. Exemplaria constanter habent *במותא* *bemotau*, duabus dictionibus, *in mortibus eius*: nonnulli tamen contendunt vnica dictione cum affixo legendum *במותא*, *excelsa eius* Libet hîc inserere non sine operæpretio dissertatiunculam Forsteri, hominis tamen à sancta Ecclesia Romana alieni, at hac in re, piè sentientis, & hunc locum haud absurdè explanantis, ait ergo: [*Insuper pio zelo contra Iudæos moueor, vt & hic de voce ista במותא; qua Iesaias gloriosam Christi seruatoris nostri sepulturam ornauit, aliquid dicam copiosius pro religione nostra tuenda, & corruptelas eorum ac detestandam malitiam detegam ac refutem*. Sic enim in ipsis vaticiniis verba habent. Et posuit apud malefactores sepulcrum eius, & apud diuitem excelsa eius. Cum hac expositione congruit quoque historia, qua à Matthæo euangelista retexitur; quod Iosephus Arimathæus fuerit vir diues, & monumentum n-uum in monte Caluaria excelsa habuerit in petra instar sacelli excisum, splendidum, amplum, & magnificum, sicut ex aliis quoque historia circumstantiis colligitur: fuit enim saxum ostij ipsius ingens valde, ipsum monumentum duos viros (sic angelos vocat) & aliquot mulieres capere potuit: quare de historia & re non est vllum dubium quin hoc nomen illi respondeat, significetque non vulgare, aut vulgaris hominis sepulcrum, quale etiam fuit malefactorum, & nomine כרב *Kereb* notatur; sed Excelsum, seu monumentum, & quasi sacellum diuitis alicuius hominis, qualis Iosephus fuit. Nunc porro quod ad vocem ipsam, eiusque significationem attinet, arbitror non ita diu post Christi gloriosam resurrectionem ac ascensionem in calum à Iudæis deprauatam esse, quod puncta attinet (nam forma litterarum integra mansit) & antea sic fuisse punctatum *במותא* *bamotau*: verum quando Christiani hoc Iesaiæ vaticinium in Iudæos torquere ceperunt, probantes Christum sepeliri oportuisse in monumento diuitis, & hoc in Iesu Nazareno completum assenerent, nec obstinati haberent, quo tam clarum & euidentis testimonium in illo suspenso completum diluerent refutarentque: hanc data opera vocem, sicut plerasque alias, Nicolao

Lyrà, Paulo Burgensi, Porchetto, & nonnullis aliis fide dignissimis testimoniis, deprauarunt: tametsi ista deprauatio, quemadmodum etiam reliqua omnes ipsos nihil quidquam iunct, si inde inferre voluerint, ipsum mansisse in illis mortis cruciatibus. Nam ex ea voce ita deprauata iuxta grammaticam rationem, illam suam impiam sententiam obtinere minime possunt, & antecedentia verba, maxime quum dicit: Et è iudicio sublatus est, & generationem eius qui enarrabit? &c. eos cum sua malitia euidentissime refutant. Et esto sane, quòd dictio illa, ut ipsi volunt, quoad litteras, mortes, seu mortis cruciatibus significaret, tamen constat ratione punctorum eam esse corruptam, quòd in littera Mem daghesata habeat post initialem Beth sceuata, contra omnem grammaticam legem, qua demonstrat ipsa experientia, quòd post sceua in prima dictionis syllaba non possit sequi daghes, seu littera Daghesata: hoc si fierentur (ut sanè eos fateri necesse est, nec inficiari, aut ullam afferre eius rei rationem & causam) multo magis concedere cogentur nostram expositionem minus aduersari grammaticam. Deinde si ista vox significaret, In mortibus eius, dicant rationem, cur etiam priori vocabulo קרבו kirbo, non sit preposita prepositio Beth, quam tamen iuxta Hebræe lingue consuetudinem potius habere debeat, quam posterior; siquidem naturaliter & regulariter vox posterior sequatur rationem prioris, & non è contra: nisi dicere velint, quòd in posteriore Beth littera facta sit littera substantialis, quòd non facient, certo scio. Quarto constat ex ista lingua, quòd מותו mothe pluraliter non significet mortes, sed potius cruciatibus mortales, pericula mortalia: qua igitur tunc sententia? cum tam precedentia quam sequentia (ut alia aliorum prophetarum testimonia præteream) repugnent, ut paulo superius ostensum est. Quinto, probè quadrat, ut si KEREB attribuitur malefactoribus, ita diuini conueniat vox in significantia splendidiore. Sextò, cum dicat de sepultura damnatorum, necesse est ut etiam dicat de excelsa diuinitum & felicium: propter eam quia communis in eo loco fuit sepultura diuinitum & pauperum. Et quanquam Christo honestam ac splendidam sepulturam inuidebant, tamen ita à Diuina prouidentia ordinatum fuit, ut quies filij sui esset gloriosa. Et esto sanè, quòd vox ista non sit corrupta seu deprauata, tamen nolint velint concedere eos oportet, quòd ita sit ideo data opera irregulariter punctata, ut ea irregularitate etiam significaretur, quòd illud Christi monumentum eisi sacellum fuerit seu excelsum, tamen non in eum usum, quo alia excelsa fuerunt extructa, ut in illis sacrificaretur, sed in quòd reponendum erat corpus Christi defunctum dispensatione obedientia humiliationis, ut ista punctatura Spiritus sanctus utrunque notaret, & sacellum, sed tale in quo reponendum erat corpus Christi, victima immolata pro peccatis totius mundi; quemadmodum in prophetis talia multa sunt, quæ punctorum irregularitate aliud quoddam mysterium subindicant, ut suis quæque in locis annotauimus, ut de ילדיתחיה Ps. 2. vers. 7. item Iesaja 26. vers. 19. de נבלתי nebelathi, aliisque quamplurimis. Hanc prolixitatem mihi inproba Iudæorum malitia extorsit, quare pios oro, veniam zelo meo dare velint.]

Maluenda, In libr. Isaia.

Hucusque Forsterus: Cuius dissertatio etsi non displicet Forerio, ac Mercero, mihi tamen in omnibus non probatur: Primum in punctura vulgari, במתו bemothau, nulla, quæ nos vidimus exemplaria habent Mem daghesatum, sed lene. Denique nunquam crediderim de industria Iudæos punctaturam hinc corrupisse, cum eorum lectio retenta fuerit in ea editione, quam nunc probat Ecclesia. Illud tamen ut piùm & congruens magnopere probauerim non sine diuino Spiritu Isaiaam eas litteras hinc posuisse quæ & ΒΕΜΟΘΑΥ & ΒΑΜΟΘΑΥ diuersa punctatura legi possent: (cum ipse sine punctis scripserit, & olim sacra Scriptura Hebraica sine punctis scriberetur, ut etiam hodie apud Rabbinos in synagogis,) ut duplex mysterium & mortis, & sepulturæ Christi vnica dictione significaret. Forerius singularem huius loci expositionem affert: Et dedit, inquit Isaia, Deus improbos sepulcrum eius, id est, Fecit ut sepulchrum eius, (quod perfectæ mortis est symbolum,) essent improbi & malefactores, id est, sepultus est, ut improbi cum ipso sepelirentur, & omnis improbitas in barathrum truderetur, neque amplius super terram vitam ageret: & tandem cum ipso resurgerent ad vitam spiritualem: quòd mysterium egregiè exequitur Paulus Rom. 6. vers. 4. & sequentibus. Dedit quoque Christum diuitem per mortes, seu cruciatibus mortales ipsius, quia reddidit Dominum Iesum per suos ipsius cruciatibus & mortem, ditissimum & opulentissimum. bonorum spiritualium. Tremellius & Iunius aliam quoque singularem interpretationem excogitauere: Populus enim exposuit improbis sepulcrum ipsius, & diuini in mortes suas, seu in mortem suam. quòd ita explicant, Populus Iudæorum exposuit Christum gentibus, quæ olim improborum nomine solebant designari, ut Actor. 2. vers. 25. quemadmodum etiam gentiles dicuntur peccatores, Galat. 2. vers. 15. exposuit, inquam, Christum gentibus crucifigendum, trucidandum, & sepeliendum ipsum, quòd nomine sepulchri synecdochicè designatur: vide Lucæ 18. vers. 32. & sequentibus. & diuini, id est, Pontio Pilato præfidi Iudææ tradidit Christum ut crucifigeretur; idque in mortem suam. id est, ea lege, ut sanguis ipsius super populum Iudæorum, & super filios eius recideret, & reposceretur à Deo, siquid ea in re peccatum esset, ut Matth. 27. vers. 25. quamobrem etiam propheta, mortes dixit plurali numero.

Et diuitem. גבשכיר ghaschir, non dubito quin Matth. 27. vers. 57. redditum Græcè sit πλοῦτος.

Pro morte sua. Hebr. pluraliter, in mortibus eius. vel excelsa eius, uti diximus. Plurale Hebræorum non reperitur nisi constructum מוֹתוֹ, quòd, inquit, Forsterus significat cruciatibus lethales. Sic sæpissimè Scriptura utitur pro ingentibus discriminibus, grauibus afflictionibus, luctibus, agonibus, morti proximis & vehementissimis passionibus, sicut & Paulus facit 2. Corinth. 11. vers. 23. quum inquit: [In mortibus frequenter.] Item 2. Corinth. 1. vers. 9. [Quin ipsi in nobis sententiam

mortis acceperamus, ne consideremus in nobis ipsis; sed in Deo, qui ad vitam suscitavit mortuos, & de tanta morte eripuit nos:] pro quo vetus translatio habet: de tantis periculis. Ambrosiaster: de tantis mortibus, quemadmodum etiam legit Chrysostomus, ostendens hyperbolicos ingentia discrimina dictas esse mortes. sed hic consulto videtur propheta plurali numero usus, ut indicaret mortem Christi fuisse acerbissimam, & instar multarum mortium: vel quod vnica sua morte redemerit omnium hominum mortes, qui alioqui periissent in aeternum. Si vero legamus, *excelsa eius*, de sepulcro Dominico, idcirco pluraliter à propheta dictum existimamus, vel quod duplex spelunca esset, uti Brocardus describit, more sepulcri patriarcharum, Genes. 23. v. 9. & 19. vel quod amplum, magnificum, splendidum esset.

EO QUOD INIQUITATEM NON FECERIT.] Hebr. *super non violentiam fecit*. Elegantissimus Hispanicus, *sobre no hauer hecho violencia*, vel *fuerça*. Sic Psalm. 118. vers. 136. Alij: *quamuis, quum tamen, vim non fecisset*. 2. *quamquam iniuriam nullam fecerit, &c.* sequentibus annectunt, etiam si nemini vim ullam aut iniuriam fecisset, aut quempiam dolo decepisset, etiam si neque aperta vi, neque fraude aut dolo malo cuiquam nocuisset Iehoua tamen voluit contundere eum. 3. superioribus iungunt, traditus est à Iudæis ipsis gentibus & Pilato crucifigendus & trucidandus, eo quod non fecit violentiam, neque est dolus in ore ipsius. id est, quia non poterant ferre iustitiam, integritatem, & simplicitatem factorum, & dictorum eius: ut Christus ipse Iudæis obiicit Ioann. 10. vers. 32. 1. Petri 2. v. 22. redditur hic locus: [Qui peccatum non fecit, nec inuenit est dolus in ore eius.]

VERS. 10. ET DOMINVS VOLVIT CONTERERE EVM IN INFIRMITATE.] Alij ex Hebr. 1. *Iehoua tamen voluit ipsum infirmando atterere*. 2. *At Iehoua delectatus conterere ipsum, morbo affecit*. Exornatio alterius partis prolepsos, de qua versu 8.

SI POSVERIT PRO PECCATO ANIMAM SVAM, VIDEBIT SEMEN LONGÆVVM.] Alij ex Hebr. *ut ubi posuerit animam suam hostiam delicti, videat semen, quod proroget dies*. 2. *si posueris, ô Iehoua, afflandam*, id est, hostiam seu victimam, quæ pro expiando delicto immolatur, animam eius. *videbit semen, prolongabit dies*. 3. *quum posuerit seipsum delictum, seu sacrificium pro delicto anima eius, videbit semen, quod prolongabit dies*. 4. *quandoquidem exponebat se reatum anima ipsius, seu se ipse sacrificium pro reatu: metonymia, dicens, Videbit semen, prolongabit dies*. Explicant, exponebat se, ut Galat. 2. vers. 20. *sacrificium pro reatu*, ut 2. Corinth. 5. vers. 21. & 1. Petri 2. vers. 24. dicens, *Videbit semen*. id est, dicit Pater de filio suo Christo: Videbit filios Dei, quos geniturus est in Ecclesia semine incorrupto verbi. *prolongabit dies*. id est, viuet ipse Christus in aeternum.

Posuerit. *חַסִּים thasim* potest esse secunda persona masculina. *si pones, ô Pater, animam eius piaculum*. & potest esse tertia feminea.

si pones se piaculum anima eius. vnde suppositum verbi posuerit non videtur aptè esse Christus iuxta Hebræum.

Pro peccato. Hebr. vna vox *אֲשָׁחַם ascham*, quæ generaliter quidem significat. *culpam aut pœnam, super qua statuitur, & à qua abhorremus, afflatum*, seu *afflandam* reddunt: vide in Genes. 26. vers. 10. in ritu vero sacrificiorum, sumitur pro hostia seu victima quæ pro expiando delicto immolatur, *piaculum* Latini vocant, vide in Leuit. 5. vers. 6. & singulariter designat certum genus sacrificij pro delicto aut reatu, cuius ritus describuntur Leuit. 7. Rectè putant Paulum Rom. 8. v. 3. & 2. Cor. 5. vers. 21. ad hunc locum Isaia respexisse, & vocem *ASCHAM, Peccatum*, vertisse. Plerique ficto vocabulo aptè exponunt, *peccatorium, culpatorium, reatorium*.

ET VOLVNTAS DOMINI IN MANU EIVS DIRIGETVR.] Alij: 1. *& voluntas Iehoua in manu ipsius prosperabitur*. 2. *& beneplacitum Iehoua in manu eius proficiet*. 3. *& voluntas Iehoua in manu eius prospere cedit, seu prosperos successus habebit*. 4. *& delectatio Iehoua per manum eius prosperabitur*. id est, quodcumque volet Iehoua per eum prosperem efficiet, vel per eum, & in eo prospere semper oblectabitur Iehoua.

PRO EO QUOD LABORAVIT ANIMA EIVS, VIDEBIT, ET SATVRABITVR.] Alij ex Hebr. 1. *Propter laborem, vel ex molestia anima sua, videbit fructum, quo saturabitur*. 2. *Post laborem anima sua videbit, saturabitur, vel videns saturabitur*. id est, post exantlatam passionem, videbit fructum laborum suorum, quo sibi plenissimè factum existimabit, nimirum gloriam suam splendorem in Ecclesia. 3. *Exemptum molestia seipsum videns, satiabitur*. id est, quum declaratus Filius Dei per resurrectionem ex mortuis ascendet in cælum: cum ipse perfectissima gloria, & bonis cumulabitur sedens ad dexteram Dei Patris omnipotentis, tum in alios profundet dona sua, ut ostendit Paulus Ephesior. 3. vers. 7. & sequentibus. Sic Psalm. 16. vers. 15.

IN SCIENTIA SVA IUSTIFICABIT IPSE IUSTVS SERVVS MEVS MVLTOS.] Alij: *cognitione sui, seu per cognitionem sui iustificabit iustus servus meus multos*. id est, fide viva, qua eum homines cognoscent, & corde amplectentur. ut Rom. 3. v. 26. exponitur. Quidam exponunt: *per scientiam suam, seu doctrinam & prædicationem Evangelij adducet homines ad fidem & pœnitentiam, qua iustificabuntur*.

ET INIQUITATES EORVM IPSE PORTABIT.] Eas in se suscipiens, quasi reum se omnium faciens, & eas sua morte delens; & earum omnium pœnas in corpore suo luens; satisfaciens plenissimè Deo Patri pro omnium culpa & pœna. Quidam: *exportabit, alio transferet, deportabit, auferet*: non tam rectè.

IDIO DISPERTIAM EL PLVRIMOS, ET FORTIVM DIVIDET SPOLIA.] Alij ex Heb. 1. *Ideo partem dabo ei cum multis, vel cum magnis, magnatibus, primoribus, &c.*

cum fortibus diuidet spolia. id est, cum magnatibus, vel inter magnos habebit potiores partes, & spolia amplissima referet cum robustissimis ipse princeps & robustissimus omnium ducum & imperatorum: metaphora à re bellica. 2. *Idcirco partem dabo ei pro multis,* ut cum robustis partiatur prædam. Nimirum ut plenam salutem Ecclesiæ comparare possit, delendo peccata in cruce, & iustitiam cum suis communicando. Est autem hic alterum argumentum amplificans gloriam Christi: quod ut efficiat ea, quæ ante dicta sunt, Deus pater illum omnibus donis instructurus est, quæ fuerint opus. 3. *Idcirco dabo ei sortem in multis.* id est, efficiam ut fors eius sint multi, ut multi cedant in sortem & possessionem eius, ut multi credant Euāgelio, & accedant Ecclesiæ, Psal. 2. v. 8. ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. vel *dispertiam ei,* id est, dabo ei, ut dispertiat, cum magnatibus. id est, ut diuidat magnatibus, & singulis det gratiarum diuisiones: alios, faciat apostolos, alios, euangelistas, alios, prophetas, alios, pastores, alios, doctores, &c. & *cum robustis dispertiet spoliū.* Ne quis hanc gratiarum diuisionem Patri & non Filio adscriberet, eo quod dixerat, *Dispertiam ei,* addidit; & *cum robustis ipse Filius dispertiet spoliū.* Nam illis diuisit prouincias orbis, quas sa-

ranæ ereptas spolia opima afferrent Deo; & hic est Galliarum, ille Hispaniarum, alter Indiæ, alius Æthiopiæ Apostolus, &c.

PRO EO QVOD TRADIDIT IN MORTEM ANIMAM SVAM.] Alij; eo quo, vel pro eo quod effudit, diffudit, profudit in mortem animam suam. id est, vitam suam. seu seipsum. Proprie, euacuauit, denudauit morti, vel in mortem, animam suam. Simili phrasi Latini dicunt; *Pectus gladio nudauit.* id est, aperuit, reserauit, transfixit.

ET CVM SCELERATIS REPERTVS EST.] Heb. & cum transgressoribus, rebellat oribus, defectoribus, annumeratus, subtractus, subductus est. Matcu: 14. v. 28. sequutus Lxx. reddidit. [*et quum iniquis ελογισθη, deputatus est.*] ut etiam Lucas 22. v. 37.

PECCATA MVLTORVM.] Heb. peccatum multorum. Forte per antonomasiam intelligit peccatum originale, quod fons & radix est omnium aliorum: sic Ioan. 1. v. 29. *peccatum mundi:* nam ad hunc Isaiæ locum respexisse Baptistam, non est dubium.

TVLIT.] *NUJ nasa. leuauit.* accipiendum ut supra vers. 4.

ET PRO TRANSGRESSORIBVS ROGAUIT.] Alij & pro defectoribus intercessit. Vel occurrebat, seu incurrebat, id est, rogabat, orabat: Vide Lucæ 23. v. 34.

CAPVT LIV.

Ecclesiam inuitat ad letitiam quòd ex Gentibus futura sit numerosior quàm erat Synagoga, & per orbem propaganda, perpetua Dei protectione sit in securitate victura, veteris oblita calamitatis: quòdque ex pretiosis edificabitur lapidibus, in iustitia fundata: omnesque in ea docti erunt à Deo multitudine panis fruituri.

Vulg.

Malu.

Luc 23 d. 29
Gal 4. d. 27.



Anda sterilis qua non parit: decanta laudem, & hinni qua non pariebas: quoniam multi filij desertæ, magis quàm eius qua habet virum, dicit Dominus.

2 *Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne partas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida.*

3 *Ad dexteram enim & ad leuam penetrabis: & semen tuum Gentes hereditabit: & ciuitates desertas inhabitabit.*

4 *Noli timere, quia non confunderis, neque erubescere: non enim te pudebit, quia confusionis adolescentie tue obliuisceris, & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis amplius.*

1



Ratulatorie - acclamata, eruncata, non genuit, persona gratulatoriam acclamationem, & hinni, non enixa fuit; quia

plures filij afflatæ, de filiis potitæ, dixit IHVH.

2 *Dilata locum tentorij tui, & alas scenarum tuarum extende, non prohibebis: prolonga funes tuos, & clauos tuos obtine.*

3 *Quia dexteram & sinistram rumpes: & semen tuum gentes hereditabit, & vrbes afflatas in habitare facient.*

4 *Non timebis quia non pudefies, & non ignominia afficeris, quia non infodere facies: quia pudorem adolescentiarum tuarum obliuisceris; & probrum viduitatum tuarum non recordaberis adhuc.*

a peperit

b stupende- desolata

c præ-

d possessæ

e tentoriorij

f tuorum;

nam est d' h' m'

plex l. h'io

f cortinas,

aulæ

g restes,

nequos, ut

Psalm 20.

h stupende-

desolatas

i ultra, ar-

plius, de in-

ceps

Luc. 1. c. 32.

5 Quia dominabitur tui qui fecit te, Dominus exercituum nomen eius: & redemptor tuus sanctus Israel, Deus omnis terra vocabitur.

6 Quia ut mulierem derelictam & merentem spiritu vocauit te Dominus, & uxorem ab adolescentia abiectam, dixit Deus tuus,

7 Ad punctum in modico dereliqui te, & miserationibus magnis congregabo te.

8 In momento indignationis abscondi faciem meam parum per à te, & misericordia sempiterna misertus sum tui: dixit redemptor tuus Dominus.

Genes. 15. b. 9.

9 Sicut in diebus Noë istud mihi est cui iuravi ne inducerem aquas Noë ultra supra terram: sic iuravi ut non irascer tibi, & non increpem te.

10 Montes enim commouebuntur: & colles contremiscent: misericordia autem mea non recedet à te, & foedus pacis meae non mouebitur: dixit miserator tuus Dominus.

11 Paupercula, tempestate conuulsa, absque vlla consolatione. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris,

12 & ponam iaspidem propugnacula tua: & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles:

Ioan. 6. c. 45

13 Vniuersos filios tuos doctos à Domino; & multitudinem pacis filiis tuis.

14 Et in iustitia fundaberis: recede procul à calumnia, quia non timebis; & à pauore, quia non appropinquabit tibi.

15 Ecce accola veniet, qui non erat mecum, aduena quondam tuus adiungetur tibi.

16 Ecce ego creauit fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum, & ego creauit interfectorem ad disperdendum.

17 Omne vas, quod fictum est contra te, non dirigitur: & omnem linguam resistentem tibi in iudicio iudicabis. Hac est hereditas seruorum Domini, & iustitia eorum apud me, dicit Dominus.

5 Quia potentes tui, facientes tui, IHVH TZEBAOTH nomen eius: & k k vindex redimens tuus Sanctus Israël, ELOHIM omnis terræ vocabitur.

6 Quia sicut viram derelictam, & dolorosam spiritus vocauit te IHVH: & viram l excussuram, quia fastidièris, dixit ELOHIM tuus.

l pueritiarum

7 In rigore paruo dereliquite: & in m inuiscerationibus grandibus colligam te.

m visceribus misericordiae

8 In n breuissimo tempore o efferuescentiae abscondi facies meas rigore de à te, & in p benignitate p æterni inuisceraui te: dixit r redimens tuus IHVH.

n pauculo o feruoris, feruentis iræ, spumæ p pietate, beneficentia q æternitatis, sæculi, sempiterna r vs v. 5. s vs v. 4. t ira feruere, spumare ira

9 Quia aquæ Noachi istud mihi; qui iuramento-obstrictus-fui de transire aquas Noachi s adhuc super terram: sic iuramento-obstrictus-fui de t efferuescere super te, & de u increpare in te.

u obinrgare x amoue buntur. sic flamm

10 Quia montes x discedent, & colles y amoueuntur: & z benignitas mea de ad te non discedet, & foedus pacis meae non a amouebitur; dixit inuiscerans tuus IHVH.

y nurbunt sic mox. z vs v. 8.

11 b Afflicta, horribili-tempestate- deturbata, non c consolata: ecce ego accubare-faciens in furo lapides tuos, & fundauit te in sapphiris.

a mutabit, vacillabit, laberur, i cadet,

12 Et ponam cadco soles tuos, & portas tuas d lapidibus e carbunculi: & omnem terminum tuum lapidibus beneplaciti.

b Oppressa, ope destituta i c passus, cō-

13 Et omnes filij tui docti f IHVH: & multa pax filiorum tuorum.

solatione- affecta d datus. in lapides. sic flamm

14 In iustitia g apparaberis: longinqua de fraudulentia, quia non timebis; & de h prostratione, quia non appropinquabit tibi.

e inflammatio-

15 En trahere trahet defectus de ad me: quis trahens ad te super me cadet.

tionis, adustionis f genitiuus. i p-

16 Ecce ego creauit artificem k inhalantem in igne l carbonem; & exire-facientem vas m facturæ eius: & ego creauit perditorem ad dissoluere.

ipsum Ichuch g stabilieris, firmaberis h consternatione, ter-

17 Omne vas n formari-fiet o super te, non p perrumpet; & omnis lingua surget ad te, q iudicio r improbabis.

rore, con-

Ista hereditas seruorum IHVH, & iustitia eorum de ad me, s Fidelis sermo IHVH.

i fabrum x insufflan-

te. m l prunam, prunæ m datus. ad facturam suam

n vel quod formatum-fuit

o contra p proficiet q datus. ad iudicium, in iudicio

r improba, impiam pronuntias

s vide in Genes. 22. v. 16.



COMMENTARIA.

VERS. 1.



LETARE &c.] Alij ex Heb. *Lauda, ede-vocem-latam, exulta, iubila, praconiza, ova, cantata.* Explicatis, inquit, perpersionibus & gloria consequente Christi, nunc demum propheta ad Ecclesiam Christianam sermonem habet, ut quæ filios Dei in Christo esset genitura: quia Christus Ecclesiae veteri siue synagogæ erat scandalo, ut superiore capite dictum est, ac proinde hæc filios ex carne tantum, non ex promissione gignebat Deo. Sunt autem in hoc capite tres promissiones evangelicæ, quæ sunt Ecclesiae: prima est, de multiplicatione & propagatione Ecclesiae per totum terrarum orbem, tribus versibus: secunda est, de redintegrando Dei fœdere in remissionem peccatorum, & gratuitam reconciliationem vel gratiam æternam, usque ad vers. 11. tertia est, de tradenda gloria & salute cum hostium excidio coniuncta, ad finem usque.

STERILIS.] *קָרָקִי qhakarab, eruncata, vide in Genes. 11. v. 30. id est, sublimis Ierusalem Ecclesia libera, mater omnium nostrum, quæ non secundum carnem gignit, sed secundum spiritum, ex fœdere & promissionibus in Christo. Sic autem appellatur Ecclesia Christiana respectu ecclesiae veteris, quæ usque ad tempora Christi fuerat coniugata Deo, & filios secundum carnem generat.*

QUÆ NON PARIS.] Heb. *qua non peperit, vel parit.* videlicet secundum carnem, vel statim suis primis initiis paucissimos habebat filios.

DECANTA LAUDEM.] Alij: 1. *prorumpere in iubulum.* 2. *persona oratione.* 3. *decanta laudem.* 4. *vocifera praconium.* 5. *fragorem-edæ cantum.*

ET HINNI.] Alij: *claram ede vocem, vel intona.*

QUÆ NON PARIEBAS.] Heb. *qua non doluit, vel dolet, qua non enixa est, vel parturivit.* seu *parvus-doloribus-afficitur.*

DESERTA.] Heb. *desolata, afflata, horrida.* id est, Ecclesiae illius sterilis, quæ in adventu Christi desolata erat, & destitutura liberis, ut supra dixerat cap. 52. v. 9.

MAGIS QUAM EIVS QUÆ HABIT VIRVM.] Heb. *quam filij תְּהִיבֵי beghulah;* quæ vox hæc omnia complectitur, *parita, passivè,* id est, qua pœditus est vir, *adamata, subagitata, maritata, coniugata, possessa, dominata,* à viro id est, veteris Ecclesiae, cui Deus se sacro conubio iunxerat, ut indicatur infra vers. 5. & 6. Hunc versum citat Paulus Galat. 4. v. 27. ex Translatione LXX.

VERS. 2.

DILATA LOCUM TENTORII TUI, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. reddunt: 1. *Dilata locum tentorium tuorum, & cortina tabernaculorum tuorum extendantur, ne parcas id facere: diduc quam longissime funes tuos & clavos tuos firma.* id est, fortiter fige in terram. 2. *Dilata locum tento-*

rii tui, & aulaa habitaculorum tuorum extendant, impersonaliter, pro extendantur, vitato more Hebraico: ne cobibero: prolonga funes tuos, & clavos tuos confirma. id est, ex ecclesia singulari Iudææ, sive Catholica siue vniuersalis: allegoria quam sequens versus explicat.

NE PARCAS.] Heb. *non prohibebis, cobibebis, subtrahes, detinebis, retinebis, reservabis.* Forerius reddit: *ne cogitabunda cuncteris.* perspicua hallucinatione pro verbo *וְחַבְּשָׁךְ* chasach, cum sinistro & Caph, legit *וְחַבְּשָׁבָב* chaschab, cum scin dextro, & Beth, deceptus similitudine litterarum Caph, & Beth.

AD DEXTERAM ENIM, &c.] Clarius alij hunc versum ex Heb. convertunt: 1. *Quia iam ad dexteram quam ad laeam erumpes, id est, pertrumpes multitudine, siue multiplicaberis: & semen tuum gentes possidebit, & urbes desolatas inhabitabunt.* id est, prædicatione filiorum tuorum gentes conuertentur ad Christum, & filij tui fideles habitabunt in urbibus antepet infidelitatem desertis. 2. *Nam dextrosuum, & sinistorsuum prorumpes: semen tuum gentes hæreditario iure possidebit,* Psalm. 1. v. 8. *ac cinerates desolatas efficiet habitabiles.*

NOLI TĪMERE, QUIA NON CONFVNDERIS, &c.] Alij hunc versum ex Heb. explanant: *Ne timeto, quia non erubesces, & ne ignominia confusa esto, quia non pudebit te: sed verecundia adolescentia tua oblitisceris, & probri viduitatis tua non recordaberis amplius.* Secundus locus promissionum evangelicarum, vè dictum est in vers. 1. de peccatorum remissione, hoc versu; & gratia æterna à vers. 7. ad 11.

NON ENIM TE PVDEBIT.] Hebr. *quia non in fodera-facies, siue non infodies te, præ pudore.* Alij: *quia non auertes te, vel non deformaberis.* Nonnulli: *quia non abscondèris præ pudore, vel quia non erubescere-facies, subaudi filios tuos.* sic sumitur verbum *וְחַבְּשָׁבָב* caphar in Hiphil, supra cap. 33. v. 9.

ADOLESCENTIAE TVE.] Hebr. pluraliter. *adolescentiarum, seu virginitatum, tuarum.* quod virgines non pariant.

QUIA DOMINABITVR TIBI QUI FECIT TE, DOMINVS EXERCITVVM NOMEN EIVS.] Hebr. *Quia domini, patroni, heri, possessores, mariti, coniuges tui, factores tui, לְיְהוָה* Exercituum nomen eius. Pluralis numerus perspicue ostendit mysterium Trinitatis personarum; & singulare pronomen, eius, vnitatem essentiae. Aliqui reddunt: *Nam coniunctiuus erit opifex tuus, cuius nomen lebona exercituum.*

DEVS OMNIS TERRÆ VOCABITVR.] Ac non Iudæorum tantum, vè antè dicebatur.

QUIA VT MVLIEREM DERELICTAM, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. efferunt, 1. *Quoniam sicut mulierem desertam, & conuersatam, sanciam, discretam spiritum*

VERS. 3.

VERS. 4.

VERS. 5.

VERS. 6.

vocatus

vocavit te Iehoua. utitur autem hic propheta eleganti paronomasia. עזובה *ghazubah*, derelictam, & עזובה *ghazubath*, contristatam, qua significat desertam à marito, etiam contristatam: & mulierem adolescentiarum, seu inuentutum, qua reiecta est, id est, repudiata, ait Deus tuus. 3. Quia sicut mulierem derelictam, & dolore-affectam spiritu, vocavit te Iehoua; & uxorem adolescentia, quum repudiata-fueris, dixit Deus tuus. 3. Quia ut mulier derelicta fuisti, & afflictam spiritu vocavit te Iehoua: fuistisque sicut uxor inuentutis quum spernitur, dixit Deus tuus. 4. Iehoua enim vocavit te velut feminam dimissam, & spiritu afflictam, & veluti feminam adolescentem, seu inuenem, qua repudiata est, vel quando reiicitur. 5. Nam ut uxorem derelictam, & dolentem animo reuocat te Iehoua. videlicet, quæ iam longo tempore non gignebat ex promissione filios, sed tanquam sterilis spernebatur à synagoga, ut vers. 1. & uxorem adolescentia, quamvis stereta sis, ex sterilitate, quæ olim probrosa habebatur; dicit, vel appellat Deus tuus.

VERS. 7. AD PUNCTVM IN MODICO.] Hebr. in vigore, momento paruo. pusillo.

MISERATIONIBVS MAGNIS.] Exponunt, id est, æternis, ut exponitur sequente versu.

VERS. 8. IN MOMENTO INDIGNATIONIS ABSCONDI FACIEM MEAM PARVMPER A TE.] Alij: 1. Per momentum, quo irascebar abscondi vultum meum à te. 2. Pauculo feruore absconderam faciem meam momento à te. id est, sterilem & desolatam reliqueram: humanitus perguit in allegoria. 3. In momento ira abscondi faciem meam subito abs te. vel in momento feruoris abscondi faciem meam subito abs te. ubi Propheta utitur primo paronomasia, שׂעזeph *schezeph*, breuissimo-tempore, pauculo, & קׂעזeph *kezeph*, feruoris. deinde simul alludit ad bullam aquæ, quæ ut momentanea est, ita quoque ipsius ira. Nam K E T Z E P H pro feruore seu efferuescentia, id est, bulla seu spuma super aqua accipitur: ut Hoseæ 10. vers. 7.

VERS. 9. SICVT IN DIEBV NOE ISTVD MIHI EST.] Duplex hic lectio Hebraica, coniunctim vnica dictione, כׂמי cime. Sicut diebus Noachi, vel disjunctim duabus vocibus כׂמי chi-me. Quia aqua Noachi. quam lectionem præferunt nunc exemplaria. id est, quia ut aquæ Noachi hoc mihi est.

CVI IURAUI NE INDVCEREM AQVAS NOE VLTRA SVPER TERRAM.] Alij: qui iuravi non transituras aquas Noachi amplius super terram, totam videlicet ad perdendum omnia: vide Genes. 8. vers. 21. & 9. v. 9. & sequentibus.

VERS. 10. MONTES ENIM COMMOWEBVNTVR, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. euidentius reddunt: Quamuis hi montes recederent, & hi colles dimouerentur: attamen benignitas mea à te non recedet, & fœdus pacis mea non dimouebitur; ait miserator tuus Iehoua. 2. Citius enim & montes locum deserent, & colles nutabunt, quam vel bonitas mea te deserat,

vel fœdus pacis mea nutet, ait Iehoua, qui tui miseretur.

PAUPERCVLA, TEMPESTATE CON-VVLSA, &c.] Hebr. Afflicta, turbine, seu horribili-tempestate obruta, oppressa, &c. Alij ex Hebr. hunc versum varie explanant. 1. Ego d paupercola tempestatibus acta, vel versans in turbine, aut tumultu, & consolatione destituta: ego sternam ordine lapides tuos in fuco, & fundabo te sapphiris. 2. O afflicta procellis agitata, consolatione destituta: ecce ego collocaturus sum cum fuco, seu ornamento, ut 1. Paralipom. 29. vers. 2. lapides tuos, & fundaturus te sapphiris. Tertius promissionum locus, ut dictum est in vers. 1. de gloria & salute Ecclesiæ, quæ per allegorias & hyperbolas exprimuntur. 3. Ope destituta, tempestate obruta, consolatione carens: ecce ego sterno in stibio lapides tuos, & fundo te in sapphiris. 4. Afflicta, turbine iactata, non consolatione lenita: ecce ego accubare-faciens, seu incere-faciens, in carbunculo, rubino, lapides tuos, & fundabo te in sapphiris.

PER ORDINEM.] Hebr. in fuco, vel super fucum vide 1. Paralipom. 29. v. 2. Possis reddere: fucatos lapides tuos quos Hispanicè dicimus, azuleios embarnizados. S. Hieronymus: [Sternam in stibio lapides tuos in similitudinem compta mulieris, quæ oculos pingit stibio, ut pulchritudinem significet civitatis.]

IASPIDEM.] כׂדכד *cadcod* hic tantum, & Iezechiel. 27. v. 16. Mirum quam varient interpretetes & lexicographi de hac voce. Quidam aiunt esse onionem, seu margaritam: alij, crystallum, alij adamantem; alij, carbunculum, seu rubinum: 1 x x. & Noster hic, iaspidem. Forsterus annotat: [Cadcod à כׂדך *lachad*, cepit per apharesin littera Lamed, & geminatione ultimarum litterarum, nomen de cuius interpretatione multum variant doctores cum Hebræi, tum Christiani: placet accipi pro bitumine pellucido, quod gagates conueniente ipsi vocabulo: & alioqui succinum seu glessum, & Germanis agstein dicitur, eo quod in maris litore reticulis capiatur] De glesso vel succino vide Plinium lib. 37. cap. 3. & Nomenclatorem Adriani Iunij. De gagate Plinium lib. 36. c. 19. Dioscoridem lib. 5. cap. 103. & Galienum lib. 9. De simplicium medicamentorum facultatibus. Hispanicè dicitur *azouate*, notissimus vel lapis niger, squalidus, crustosus, & per quam lænis, vel solidum bitumen. Tremellius, Iunius, Buxtorfius, aiunt esse *pyropum*, sic dictum quasi *scintillantem*, à כׂדד *cadad*, vel כׂדד *cidod* scintilla Iob. 41. v. 10. geminata prima littera radicali. Ergo hic margaritam vertunt Sanctes, Vatablus *gagatem*. Fosterus, Forerius. Auenarius Marinus *rubinum*, Schindlerus, *carbunculum*, Reuchlinus, & Pomarius. *crystallum*, Leo Iudas, Forsterus, & Montanus. *adannitem*, Montanus in commentariis huius loci.

PROPVGNA CVLA TVA.] שׂפשותך *schim-schothaich*, ex verbo soles tuos, nam est plurale fœmineum cum affixo, nominis *sehemesch*, sol. Alij: *solaria*, seu fenestras, per quas scilicet splendor solis penetrat. Iam locum variè reddunt: Kimchi; & ponam è gemmis nigris fenestras

VERS. II.

VERS. 12.

fenestras tuas, id est è bitumine pellucido quod decorem addit structuræ fenestrarum, vel è margaritis, seu unionibus vitreas areas fenestrarum tuarum: ut apud nos fiunt ex vitro, aut alabastro versicolore, quas cum percutiet radius solis, erit intrinsecus, pulcher aspectus. Forsterus: & ponam *gagatem solaris tua*, id est, fenestras tuas, per quas scilicet lumen solis ingreditur. Leo Iudas: & fenestras tuas è *crystallo faciam*. Tremellius & Iunius: & disponam *pyropo specularia tua*. Hebræam vocem adducti notatione ipsius, sic interpretamur hoc loco, & Ezechiel. 27. v. 16,

SCULPTOS.] קרקר *akdach*, gemmam accensam, vel rutilantem, hoc est, carbunculum, seu pyropum, aut rubinum interpretantur, à קדאח, accendere. Forerius manifesta quoque hallucinatione legit, קרקר *ekrach*, *Resch*, pro *Daleth*, littera simillima, & *crystallum* exponit à קראח, gelu; quod *crystallus* è gelu fiat, auctore Plinio lib. 37. cap. 21. & aliis.

IN LAPIDES DESIDERABILES.] Hebr. *in lapides voluntatis, beneplaciti, complacentiæ, delectationis*, id est, è lapidibus speciosissimis, pulcherrimis, pretiosissimis, qui oculos & animum vehementer oblectent.

VERS. 13.

ET VNIVERSOS FILIOS TVOS DOCTOS A DOMINO.] ponam è præcedente versu. Alij: *Et uniuersi*, vel *omnes filij tui edocti Iehouæ*, vel *edocti erunt à Iehoua*. vide supra cap. 11. vers. 9. & Ioan. 6. v. 46. & multa, vel *amplaque pax filiorum tuorum*: id est, prosperitas, felicitas.

ET MULTITVDINEM PACIS FILIIS TVIS.] Hebr. & multiplicabit pacem filiorum tuorum. vel & multiplicabitur, vel & multa erit pax, filiorum tuorum. vel filijs tuis.

VERS. 14.

RECEDE PROCVL A CALVMNIA.] id est, non senties vllam calumniam. Hebr. *longinqua, longè procul esto à sycophantia, fraude, fraudulentia, oppressione*. Non actiue, quam tu aliis inferas; sed passiuè, quæ tibi inferatur. id est, tuta eris ab omni malo; *synecdochicè*. Quidam: 1. *longe aberis à vi. q. d. adeo procul ab oppressione, ut illam non sis formidaturus*. 2. *procul esto ab oppressione*. id est, ab omni oppressionis metu abesto animus tuus.

VERS. 15.

ECCE ACCOLA VENIET, &c.] Subobscurum hunc versum Hebraicè, variè alij explanant. 1. Sanctes: *Quia congregando congregabit se, non ex me: quisquis congregauerit se tecum contra te, cadet*. 2. Scholiastes Sanctis: *Ecce vagans vagabitur absque me: qui apud te vagabitur contra te, cadet*. 3. Vatablus: *Si congregando congregauerit se, subaudi populus aliquis, ut opprimat te, absque me*, id est, iniussu meo. vel id non fiet iussu meo: *quisquis congregauerit se tecum, vel in te*, id est, in regione tua, *contra te, cadet*. id est, peribit. 4. Leo Iudas: *Ecce congregando congregabit se globus, sed absque me: quicumque congregabitur tecum contra te, cadet*. 5. Isidorus Clarius: *Quicumque congregauerit se ad te, absque me, & qui se iunxerit tibi sic, iuxta te corruet*. Omnes illi, inquit, qui se tibi iunxerint malo animo, & non

Maluenda, In libr. Isaia.

ex præcepto meo, cadent. id est, perdentur.

6. Sanctes: *Ecce peregrinando peregrinabitur absque me, quisquis peregrinatur tecum contra te, cadet*. 7. Marinus: *Ecce habitando habitabit defectio ex me*. id est, ad nihilum redigam hostes tuos: *qui habitat apud te contra te*. id est, hostis ciuilis & intraneus, *cadet*. Alij verbunt *גור, trahere*, quando construitur cum *גורגל*, id est, *contra*, ut hîc, in hostili & bellica significatione accipiunt, pro *contrahere copias, exercitus*. 8. Forsterus: *Ecce quicumque contrahendo, contrahunt absque me, & qui contrahit ad te, contra te cadet*. id est, qui contrahunt bellum contra te, *cadent*. 9. Forerius: *Ecce, qui contrahendo contrahit, deficit, ut non sit mecum: qui contraxerit tecum, iuxta te cadet*. id est, quicumque in te exercitum duxerit, quicumque copias aduersum te collegerit, & tecum voluerit præliari, eum scito quod à me defecerit, & meus non sit: quicumque autem is sit, & tecum bellum gesserit, iuxta te cadet, ac victus iacebit. Aptè autem existimat ad hunc Isaia locum respexisse Christum Lucæ 11. vers. 23. [*Qui non est mecum contra me est, & qui non colligit mecum, dispergit*.] id est, qui mecum non colligit exercitum, milites conscribit, arma parat, qui non coniunctis viribus mecum bellum gerit, is exercitum vere non contrahit, sed potius dissipat atque dissoluit, & in ruinam præcipitat. 10. Auenarius: *En concedendo, vel congregiando congregietur absque me: quicumque concedit, seu congregatur tecum, is coram te corruet*. 11. Tremellius & Iunius: *En habitando habitabit nullus, vel en omnino altercetur homo nihil abalienatus à me: qui altercabitur in te, ruens in te corruet*. id est, Neque ego ipse angustia affecturus sum te, neque alios perpellurus, ut te affligant: sed impediturus potentia mea; quæ deinceps confirmatur: simili argumento seipsum confirmat Christus in sua functione, supra cap. 51. vers. 7. & sequentibus. 12. Hispanicus Interpres: *He qui iuntando se iuntara, no de mi, vel si alguno conspirare contra ti, sera sin mi: el que contra ti se iuntare, seu conspirare, delante ti caera*. Interim sensus Noitri est optimus: illud enim, *adiungetur tibi*. aptè exponit, quod Hebr. dicitur, *super te cadet*. id est, tibi cadet, ad te deficiet, quod est, *tibi adiungetur*. Sic enim sumitur verbum *cadendi*, ut Iob 12. vers. 3. & Ierem. 37. v. 13.

ECCE EGO CREAUI, &c.] Hunc versum alij ita ex Hebr. reddunt: 1. *En ut ego creauit fabrum ferrarium, qui statim carbonibus incendit, & instrumentum ad opus suum producit; ita ego quoque vastatorem creauit ad perdendum*. id est, ut creauero fabrum, qui fabricet arma contra te; ita creabo euerforem, qui armâ illa omnia destruat. Non dubitauerim Christum Lucæ 11. vers. 21. & 22. [*Quum fortis armatus, &c.*] ad hunc Isaia locum allulisse. 2. *En ego creauit fabrum sufflantem in ignem prunarum, & proferentem instrumentum ad opus suum; similiter ego creauit interfectorem ad perdendum*. Confirmatio præcedentis promissionis à protentia Dei in res omnes; ex creationis & administrationis iure.

VERS. 16.

INTERFECTOREM AD DISPERDEN-
DVM.]

Y

DVM.]

DVM.] Hebr. funditus-perdentem, perditorem, ad dissoluendum, corrupendum, discruciantum, obruipendum.

VERS. 17. OMNE VAS, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. ita representant: 1. omne verò instrumentum, quod contra te aptatum est, non promovebit, & omnem linguam, quæ consurget tecum in iudicium, impiam esse ostendes, vel & omnis lingua, quæ insurrexerit contrate, hanc tu iure impiam esse conuincas. Talis erit hereditas seruorum Iehoua, & iustitia eorum à me est; id est, hoc pacto ostendere soleo me approbare opera eorum iusta, quòd illos libero ab hostibus eorum: dicit Iehoua. 2. Nullum instrumen-

tum formatum contra te prosperabitur, & omnem linguam insurgentem contra te in ius condemnabis. id est, nemo factis aut dictis poterit nocere tibi, sed in omnibus plus quam victrix futura es propter Christum, qui diligit te, Roman. 8. vers. 37. Hac est possessio seruorum Iehoua, quorum iustitia est ex me, dictum Iehoua. Epiphonema prophetiam claudens, & promissiones omnes asserens vnicae Dei beneficentia.

ET IUSTITIA EORVM APVD ME.] Quidam: eorum, qui apud me sunt. id est, qui apud me degunt, mecum habitant, mei sunt, & rem meam agunt.

CAPVT LV.

Omnes ad fidem vocans, promittit donorum spiritualium abundantiam: reuocantur à peccatis impij, cum Dominus misericors sit & rex in promissis: de profectu predicationis Euangelij & felicitate credentium.

Vulg.

Malu.

I Omnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum & lac.

2 Quare appenditis argentum non in panibus; & laborem vestrum non in saturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra.

3 Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite, & viuet anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles.

Act. 1. c. 34.

4 Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem Gentibus.

5 Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis: & Gentes, quæ te non cognouerunt, ad te current, propter Dominum Deum tuum, & sanctum Israel, quia glorificauit te.

6 Querite Dominum, dum inueniri potest: inuocate eum, dum propè est.

7 Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius, & ad Deum nostrum: quoniam multus est ad ignoscendum.

I Oi, omnis sitiens, ambulate^a aquis; & qui non ei argentum, ambulate, fragmentate, & comedite; & ambulate, fragmentate in non argento, & in non pretio vinum & lac.

^a datiuus, ad aquas

2 Ad quid librabitis argentum in non pane, & laborem vestrum in non saturitates? audite audire ad me, & comedite bonum, ^b & deliciarum sefecit in pinguedine anima vestra.

^b vt oblectare. sefecit

3 Extendite aurem vestram, & ambulate ad me; audite, ^c & vixit anima vestra: & excidi vobis foedus^d æterni; ^e benignitates Dauidis^f creditas.

^c vt viuat
^d sæculi æternum
^e beneficentias, beneficia, firmas

4 En testem populorum dedi eum; ductorem, & præceptorem populorum.

5 En gentem non cognosces, vocabis; & gens non cognouerunt te, accurrent: & correspondentia^g IHVH ELOHIM tui, & ^h sancto Israelis, quia decorauit te.

^g datiuus, ad correspondentiam
^h datiuus, ad sanctum

6 Querite IHVH in inueniri eum, vocate eum in esse eum propinquum.

7 Derelinquit improbus viam suam, & vir concupiscentiaⁱ excogitationes suas: ⁱ & reuersus fuit ad IHVH, ^k & inuisceravit eum, & ad ELOHIM nostrum, quia multiplicabit ad ^l condonare.

ⁱ vt reuertatur
^k vt misereatur eius
^l lignoscere, parcere, propitium esse

8 Non enim cogitationes mea, cogitationes vestra: neque via vestra, via mea, dicit Dominus.

9 Quia sicut exaltantur caeli à terra, sic exaltata sunt via mea à viis vestris, & cogitationes mea à cogitationibus vestris.

10 Et quomodo descendit imber, & nix de caelo, & illic ultra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen ferenti, & panem comedenti:

11 Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quaecumque volui, & prosperabitur in his, ad quae misi illud.

12 Quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini: montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu.

13 Pro saliuunca ascendet abies, & pro vrtica crescet myrtus: & erit Dominus nominatus in signum æternum, quod non auferetur.

8 Quia non excogitationes mea, excogitationes vestra; & non via vestra, via mea; ^m Fidelis sermo IHVH.

9 Quia excelsi fuerunt caeli de terra, sic excelsa fuerunt via mea de viis vestris, & excogitationes mea de excogitationibus vestris.

10 Quia secundum quod descendet ⁿ nimbus, & nix de caelis, & inibi non reuertetur; ^o quia si irrigauit terram, & ^p gignere faciet eam, & germinate faciet eam; & dabit semen feminanti, & panem comedenti;

11 Sic erit verbum meum, quod exhibit de ore meo; non reuertetur ad me vacuitate: ^q quia si fecit, quod bene complacui, & perumpet, quod misi illud.

12 Quia in lætitia exhibitis, & in pace ^r deduci fitemini: montes & colles personabunt ^f faciebus vestris gratulatoriam acclamationem, & omnia ^r ligna agri ^u plaudent vola.

13 ^x Sub ligneto ascendet ^y fraxinus; sub spineto ascendet myrtus: & erit ^z IHVH nomini, signo ^a æterni, non excindetur.

^m vide is Genes 22. v. 16.

ⁿ imber-pluuia-vehemens: ^u de Genes 7. 12.

^o DN D chi ish, quinimo ^p parere

^q ut v. 10.

^r iubilati

^f datus ad facies vestras

^t arbores

^u complodit palmam. vide Psalm.

97. v. 8.

^x Pro loco.

^y sic mox

^z buxum, abietem. ^u


6. 41. v. 19.

^a datus.

^z datus. ^u

^u si IHVH ^u

^u v. 3.



COMMENTARIA.

VERS. I.



MNES SITIENTES, &c.] Alij ex Heb. I. O vos omnes, qui sititis, &c. 2. Heus quisquis sitit, &c. Post generales promissiones factas Ecclesie Catholice per Christum superiore capite, nunc demum Christus sigillatim regenerandos quosque Ecclesie filios prouocat primum ad fidem vsque ad vers. 6. deinde ad penitentiam vsque ad vers. 10. ac postremo commendans predicationem Euangelij, promissiones amplissimas fecit singulis ipsam adituris fide & penitentia, ad finem vsque.

Quisquis sitit. id est, quisquis sue ariditatis conscientia pressus expetit beneficia Dei ad spiritualem vitam pertinentia: quae omnia allegorice aquarum, vini, lactis, panum, boni, saturitatis, & pinguedinis nomine designantur, hoc & sequente versu. Sic Matth. 5. v. 6. & Ioann. 7. v. 37

VENITE AD AQVAS.] Alij: ad istas aquas. scilicet spirituales.

ET QUI NON HABETIS ARGENTVM.] Alij: & cui nulla est pecunia. id est, qui non tantum vita caelesti, cuius nunc sitientes estis, à natura destituitur, sed etiam omnibus rationibus omnino caretis: quibus caelestis vita comparari possit: nam gratuita sunt piis omnibus donum & vocatio Dei.

PROPERATE.] Heb. ambulate, venite. per fidem, cui gratis confertur donum Dei.

Maluenda, In libr. Isaia.

EMITE.] Alij: comparate. Proprie, fragmenta tesfrumentamini. prouidete vobis de frumento, esca, pane. vide in Genes. 41. v. 56.

QVARE APPENDITIS ARGENTVM NON IN PANE? &c.] Alij: Cur expenditis pecuniam pro nullo cibo? &c. Reprehensio causam explicans vocationis praecedentis, nimirum quod omnes extra Ecclesiam Dei operam consumant in rebus infructuosis & fallacibus, quibus allegorice res bonae & pingues opponuntur.

ET LABOREM VESTRVM NON IN SATVRITATE.] Heb. in non ad saturitatem? Alij: pro eo quod non sariat. vel pro re minime saturatura?

AVDITE AVDIENTES ME.] Heb. Auscultate, auscultando ad me. Alij: Auscultate indefinenter mihi. vel quin potius mihi diligenter auscultate.

ET DELECTABITVR IN CRASSITVDINE ANIMA VESTRA.] Alij: atque oblectet se hac pinguedine anima vestra. id est, cibo isto pingui, qui est gratior illo macro, hoc est, bonis, quae promittit Euangelium.

ET FERIAM VOBISCV M PACTVM SEMPERITERNVM, MISERICORDIAS DAVID FIDELES.] Alij: & pangam vobiscum foedus, saeculi, seu perpetuum. vt infra vers. 13. benignitatum Davidis, id est, ea ipsa beneficia spondeo, quae olim foedere meo Dauidi promissam

VERS. 2.

VERS. 3.

ram in Christo, 2. Samuel. 7. certissimarum. id est, firmissimarum & contestatissimarum: propterea fuerunt excitato Christo à mortuis, qui non amplius reuersurus est in sepulchrum, sed in sæculum benignitatem suam Ecclesiæ præstaturus, Actor. 13. v. 34. & excidam vobiscum fœdus sæculi, pietates Davidis stabiles. subaudi, faciam. id est, Promissiones, quas feci Davidi de Christo, præstabo, &c. vel & misericordia Davidis stabiles erunt. Sic hunc locum interpretatus est Paulus Actor. 13. v. 34.

VERS. 4. ECCE TESTEM POPVLIS DEDI EVM.] Alij: En testem nationum constituo eum. Pareobasis, siue digressio duobus versibus, qua Deus Pater filios suos cooptans in Ecclesiam Evangelio Christi, confirmat primum vocationem Christi in animis eorum omnium, qui ab ipso vocantur. hoc versu, deinde vero functionem, qua Christus Ecclesiam ex gentibus promiscue dicitur collecturus, efficacitate Spiritus, sequente versu. testem nationum. id est, ut nationibus testetur meam voluntatem, & Evangelium gloriæ Dei.

DUCEM AC PRÆCEPTOREM GENTIBVS.] Alij: antecessorem & præceptorem nationum. id est, prophetam, sacerdotem, ac regem. נָחִיָּד נָחִיָּד, naghid, dux, ductor, antecessor, anistes, præsul, princeps, prælatus.

VERS. 5. AD TE CVRRENT.] Vel accurrent, ut supra cap. 2. v. 2. & sequentibus.

QVIA GLORIFICAVIT TE.] Alij: quia te honorificabit. id est, quia Deus Pater proposuit summo honore te afficere. 2. quum te honorificam reddit. 3. quum ornauerit te. id est, declarauerit te Filium suum per resurrectionem à mortuis, assumptum in cælos, & glorificauerit, ut cœptum est compleri die pentecostes, Actor. 2.

VERS. 6. QVÆRITE DOMINVM, &c.] Alij: Requiritis Iehouam, &c. Alter locus de vocatione ad resipiscenciam, seu veram penitentiam, ut dictum est in vers. 1.

DVM INVENIRI POTEST.] Heb. Quum inuenietur ipse. Quidam: Quum præsto est. id est, se vobis facilem & benignam exhibet: humanitus dictum.

VERS. 7. QVIA MVLTVS EST AD IGNOSCENDVM.] Quia multiplicabit condonare: vel condonando. q. d. non semel ignoscit, sed sapius. Alij: 1. quoniam propensus est ad parcendum. 2. quia plurimum condonat. Vide similem modum loquendi Genes. 12. v. 11.

VERS. 8. NON ENIM COGITATIONES MEÆ, COGITATIONES VESTRÆ.] Vel sunt ut cogitationes vestrae, &c. Aetiologia, cur Deus homines reuocet à viis & cogitationibus ipsorum, hoc & sequente versu, explicans duo verba proxime præcedentia, Quod plurimum condonet Iehoua. Nam inquit Deus, etsi facta & cogitationes vestrae videntur in infinitum peccati affines esse, tamen angustiora sunt illa & humiliora factis & cogitationibus meis, quibus sum condonaturus peccata vestra: ego statui, & præstabo, efficiamque ut infinitas peccatorum vestrorum, si resipiscetis, infinitis modis à misericordia mea superetur: non est infinitas peccati vestri comparanda cum infinitate misericordiæ, & con-

donationis meæ; Sic Psalm. 10. 2. v. 10. & 11.

QVIA SICVT EXALTANTVR, &c.] Hunc versum ex Heb. alij: 1. Quantum cali terra sublimiores sunt, tantum excedunt via mea vias vestras, & cogitationes mea cogitationes vestras. 2. Sed ut alti sunt cali supra terram: ita alta sunt via mea supra vias vestras, & cogitationes mea super cogitationes vestras. 3. Nam quanto altiores, seu excelsiores sunt cali quam terra, tanto altiores, seu excelsiores sunt via mea quam via vestra, & cogitationes mea quam cogitationes vestrae.

ET QVOMODO DESCENDIT IMBER ET NIX, &c.] Alij: Nam quum descendit pluuia aut nix de celo, rursus illuc non reuertitur, &c. Tertius locus commendans prædicationem Evangelij à magnificentissimis Dei promissionibus in Ecclesiam, ut dictum est in vers. 1. quas Deus explicat similitudine pluiæ & niuis in terram decidentis, hoc versu: deinde vero Ecclesiæ accommodat sequentibus versibus. De hac autem similitudine vide Matth. 13. v. 3. & sequent. Hebræor. 6. v. 7. & sequent.

SIC ERIT VERBUM MEVM, QVOD EGREDIETVR EX ORE MEO, &c.] id est, vos videtote ut sitis bona terra; experimini vos ipsos, & augete in sensu benedictionum Evangelij

QVÆCVMQVE VOLVI.] Alij: id quo delector. id est, fructum acceptum Deo, qui fructus est spiritus & vitæ, Romanor. 8. v. 13. & 14.

ET PROSPERABITVR IN HIS, AD QUÆ MISI ILLVD.] Alij: & prosperabitur, proficiet, succedet, id, quod emisero. id est, Verbum meum: periphraasis, Nonnulli: & promouebit ad quod misi illud. id est, faciet ut res propter quam aduenerat, felicem exitum consequatur: quod Paulus Ephesior. 4. v. 10. ait [Vt impleret omnia, &c.] & sequentibus versibus.

QVIA IN LÆTITIA EGREDIEMINI, &c.] Promissiones allegoricæ lætitiæ & pacis in spiritu, quæ exornantur elegantissimis hyperbolis, ut Psalm. 71. v. 3. & Psalm. 95. v. 11. & sequentibus.

MONTES ET COLLES CANTABVNT CORAM VOBIS LAVDEM.] Alij: 1. montes & colles prorumpent in iubilum coram vobis. 2. personabunt coram vobis orationem. 3. clamabunt coram vobis præconium. 4. fragorem edent coram vobis cantu.

PRO SALIVNCA.] Virgilius. Eloga 5. Lenta salix quantum pallenti cedit olina, Puniceis humilis quantum saliuca rosetis: Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.

Sernius: [Saliunca herba genus, quam Orci tunnicam vulgo vocant.] Vide Plinium lib. 21. ca. p. 7. Sed Heb. vocem נַחְזַרְזַר naghazrutz, variè exponunt; alba spina, fruticeto, virgulto, rubo spinoso. vide de illa supra cap. 7. v. 19. Exponunt, qui prius spinosi erant, & lædebant, desinent alijs facere iniuriam. Quidam reddunt: Loco virgulti assurgit abies, vel fraximus: allegoriæ fructuum & bonorum spiritualium, loco squaloris & sterilitatis peccati & oppressionis.

PRO VRTICA.] **רפד** *sirpad* alibi non legitur; Hebraei autem esse genus spinarum, vel germinis humilis ac tenuis. Alij, ex **סר**, spina deducunt, & senem, vel senticetum aut spinetum interpretantur. Quidam, arbustum reddunt. Nonnulli componunt ex **רפד** *sir*, spina, **רפד** *raphad*, strait, quasi sit locus stratus, seu conitus multis spinis, spinetum, congeries spinarum. Tremellius & Iunius, palium interpretantur: & pro palium assurgit myrtus. Hebraeam vocem inquirunt, ex etymo sic placuit reddere, quia composita est ex duabus vocibus, quarum vna spinam, altera oppressionem & exitium significat, quasi dicas, spinam exitialem. Est enim spinis paliurus

acuris, ut ait Virgilius Elogia 5. Vide ibi Seruium. Componunt ex **רפד** *sir*, spina, & **רפד** *phid*, oppressio, exitium.
 ET ERIT DOMINVS NOMINATVS IN SIGNVM &c.] Alij ex Heb. 1. & erit *Ichoua* in nomen, in signum perpetuum, quod nunquam excindetur. id est, Ex hoc laudabitur Ichoua, monumento perpetuo, quod ex improbis bonos fecerit. 2. ut sit *Ichoua* in nomen, in signum perpetuum, quod non excindetur. id est, ut de hoc verbo Euangelij, & benedictionibus illud consequentibus, celebretur & sanctificetur nomen Dei magis ac magis, perpetuo & nunquam interitudo monumento.


CAPVT LVI.


Omnes cuiusvis gentis aut conditionis hortatur Dominus ad seruanda sua precepta: consolatio Eunuchorum iustorum: domus Dei, domus est orationis gratius increpatio & comminatio aduersus pastores Ierusalem, quos caecos & canes mutos ac impudentes appellat.

Vulg.

Malu.

Sap. 1. a. 1.

- 1  **E**cce dicit Dominus: Custodite iudicium, & facite iustitiam: quia iuxta est salus mea ut veniat, & iustitia mea ut reueletur.
- 2 **Beatiss** vir, qui facit hoc, & filius hominis qui apprehendet illud custodiens sabbatum ne polluat illud, custodiens manus suas ne faciat omne malum.
- 3 **Et non dicat filius aduena**, qui adheret Domino, dicens: Separatione diuidet me Dominus à populo suo: Et non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum aridum.
- 4 **Quia haec dicit Dominus Eunuchis:** Qui custodierint sabbata mea, & elegerint quae ego volui, & seruerint foedus meum:
- 5 **Dabo eis in domo mea,** & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus: nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.
- 6 **Et filios aduena,** qui adherent Domino, ut colant eum, & diligant nomen eius, ut sint ei in seruos: omnem custodientem sabbatum ne polluat illud, & tenentem foedus meum:
- 7 **Adducam eos in montem sanctum meum,** & laetificabo eos in domo orationis meae: holocausta eorum, & victima eorum placebunt mihi super altari meo: quia

- 1  **I**cce dicit IHVH: obseruate iudicium, & facite iustitiam; quia propinqua salus mea ad venire, & iustitia mea ad ^a deuolui.
- 2 **Beatitudine** mortalis faciet ^b istud & filius ^c hominis obtinebit in ^d eo: obseruans sabbatum, de violare illud, & obseruans manum suam de facere omne malum.
- 3 **Et non dicet filius ^e nothi ^f adiunctus ad IHVH,** ad dicere: Separare separauit me IHVH de super populum suum. Et non dicet eunuchus. **Ecce ego & lignum siccum.**
- 4 **Quia sic dixit IHVH eunuchis,** qui obseruauerint sabbata mea & elegerint in ^h quibus bene complacui: & obtinentes in foedere meo.
- 5 **Et dabo eis in domo mea,** & in muris meis manum, & nomen bonum ⁱ de filiis & filiabus: nomen ^k aeternum dabo ^l ei, quod non excindetur.
- 6 **Et filios ^m nothi adiunctos super IHVH,** ad ministrare ei, & ad amare nomen IHVH: ad esse ei ⁿ seruis: omnem obseruantem sabbatum de violare illud, & obtinentes in foedere meo.
- 7 **Et venire faciam eos ad montem sanctitatis meae,** & laetificabo eos in domo ^o interpellationis meae; ^p ascensiones eorum, & sacrificia eorum ^q beneplacitum

^a reuelari, manifestari
^b istam
^c adamam
^d ea

^e extraneus
^f alienigena
^g populi
^h copulatus
^g arbor arida

^h quo

ⁱ pra
^j illuculi
^k aeternitatis
^l aeternum
^m eorum
ⁿ cuique
^o m ut v. 3.
^p a datus. in
^q seruos

^r supplicationis, intercessionis
^p holocausta
^q a datus. in beneplacitum

Mat. 2 b 13
Mat. 11.
c. 17.
Luc. 19.
g 46.

domus mea, domus orationis vocabitur
cunctis populis.

8 Ait Dominus Deus, qui congregat
dispersos Israel: Adhuc congregabo ad
eum congregatos eius.

9 Omnes bestiae agri, venite ad deu-
randum, uniuersa bestia saluus.

10 Speculatores eius caeci omnes, nescie-
runt uniuersi: canes muti non valentes
latrare, videntes vana, dormientes, &
amantes somnia.

11 Et canes impudentissimi nescierunt
saturitatem: ipsi pastores ignorauerunt
intelligentiam: omnes in viam suam de-
clinauerunt, unusquisque ad auaritiam
suam, a summo vsque ad nouissimum.

12 Venite, sumamus vinum, & imple-
mur ebrietate: & erit sicut hodie, sic &
cras, & multo amplius.

neplacito super altare meum: quia do-
mus mea domus interpellationis voca-
bitur omnibus populis.

8 Fidelis sermo AD DONATI IHVH,
congregantis^r impulsos Israelis: adhuc
congregabo super eum^r congregatis
eius.

9 Omnis^r fera agri venite ad come-
dere, omnis fera in silua.

10 Speculantes eius caeci^u omne eo-
rum non cognouerunt; omne eorum
canes muti non poterunt ad latrare:
dormitantes, cubantes, amantes ad^x
dormituri.


11 Et canes obfirmati animae, non
cognouerunt saturitatem; & ij pascen-
tes; non cognouerunt intelligere: y
omne eorum^z viis suis^a faciauerunt;
vir^b praecisioni suae de extremitate
eius.

12 Venite accipiam vinum, c & po-
tauimus ebriamen: & erit sicut ista,
dies craftini, grandis superabundans
valde.

^r depulso,
depulso
^r datus, ad
congrega-
tos eius
^r bestia, ani-
mal, viuum.
sic statim
n omnis, vel
omnes ipsi.
sic statim

^x indormire

Y vt v. 10:
z datus ad
vias suas
a aspexerunt,
facie ver-
terunt
b vide Ge-
nes. 37. 26.
c vt pote-
rimus



COMMENTARIA.

VERS. 1.



ÆC DICIT DOMINVS, &c.]
Hebr. Sic dixit Iehoua, &c. Huius
concionis duobus his Capitibus
comprehensa, inquit, (qua
continetur summa doctrinae

Euangelicae) partes praecipuae sunt tres: prima
est, propositio doctrinae Euangelij de fide &
paenitentia, ad omnes homines sine discrimi-
ne pertinentis, toto hoc capite, siue vsque ad
vers. 9. Secunda est, contestatio, siue reprehensio
aduersus Iudaeos, qui inde a temporibus
Ieschahiae vsque ad tempora aduentus Christi
contumaces Deo fuisse euincuntur, a vers. 9.
vsque ad vers. 13. cap. 57. siue a vers. 1. cap. 57.
vsque ad 17. postremo est narratio cum prom-
issionem Dei erga bonos, tum iudicio-
rum in improbos, inde ad finem vsque ca-
pitis 57.

CUSTODITE IUDICIUM ET FACITE
IVSTITIAM.] vt haec duo nomina coniuncta
in Scriptura vsurpentur, pluribus ostendimus
in Genes. 18. vers. 19. Hic aliqui reddunt: Ob-
seruate ius, & exercete iustitiam. id est, paeni-
tentiam agite.

QUIA IUXTA EST SALVS MEA VT
VENIAT, ET IVSTITIA MEA VT RE-
VELETUR.] Hebr. quia propinqua est salus
mea ad veniendum, & iustitia mea ad reuelan-
dum. Quidam: nam proximè salus mea ven-
tura est, & iustitia mea reuelanda. Similis for-
mula vt supra cap. 55. vers. 7. id est, nam pro-
pinquum est regnum caelorum, Matth. 3. vers. 1.
& 4. v. 17.

VERS. 2.

BEATVS VIR, QUI FACIT HOC, &

filius HOMINIS, QUI APPREHENDET
ILLVD.] Alij ex Hebr. Beatus mortalis, id est,
quisquis sit, siue Iudaeus, siue alienigena, vt
deinceps exponitur: qui fecerit illam, & filius
hominis, qui prehenderit illam.

CUSTODIENS SABBATVM, NE
POLLVAT ILLVD, &c.] Alij: obseruans sab-
batum ne profanet illud, & obseruans manum
suam ne faciat vllum malum. id est, colens pie-
tatem in Deum (cuius documenta & exercita-
menta amplius obseruabantur in sabbato) &
officium in proximos: ac proinde doctrina
& vita se conformans voluntati Dei. Sic ver-
su 4. & 6.

ET NON DICAT FILIVS ADVENÆ, &c.]
Hunc versum alij ex Hebr. elucidant: Neque
loquatur alienigena, qui se adiungit Iehoua, di-
cendo, Discernendo discernit, seu omnino dis-
creuit me Iehoua a populo suo: neque dicat eu-
michus, En ego sum lignum aridum. Occupatio,
qua ostendit propheta non esse cur ex legali
ritu Deuteron. 23. sibi metuant vlli vt cooptari
possint in populum Dei, quia ritus illi in re-
gno Christi dicuntur perituri. En ego sum li-
gnum aridum. id est, minimè pertinens ad cor-
pus populi, quod comparatur cum arbore vi-
rente in domo Dei per benedictionem eius,
vt Psalm. 91. vers. 13. & sequentibus. Respiciunt
autem haec verba ad legem Deuter. 23. vers. 1.
Alij: lignum aridum. id est, arbor nullum ex se
generans fructum.

VERS. 3.

QUIA HÆC DICIT DOMINVS, &c.]
Alij hunc versum ex Hebr. conuertunt: Nam
ita ait Iehoua, explicatio promissionum Dei,
quæ

VERS. 4.

quæ superioris occupationis partibus respondet per hysterolin : *de eunuchis, qui obseruauerint sabbata mea.* id est, sanctitati, doctrinæ, & vitæ operam dederint ex fœdere, vt supra vers. 2. & elegerint id, quo delector, apprehenderintque fœdus meum.

VERS. 5.

LOCVM.] Hebr. *manum.* id est, spatium, locum, vel auctoritatem, dignitatem, potestatem. Sic Hispanicè, *Tiene gran mano en los negocios.*

ET NOMEN MELIUS A FILIIS ET FILIABVS.] Alij : & *nomen melius quam filiorum aut filiarum.* id est, perpetuum, quod non excindetur in sæculum; cum tamen generatio filiorum ac filiarum excindi possit : sic accipiendum ostendunt verba sequentia. Sed aptius exponitur, nomen præstantius cælibatus & virginitatis; quam sit patris & genitoris filiorum & filiarum. Nam proculdubio ad hunc Isaia locum videtur alluisse Christus Matth. 19. v. 12.

VERS. 6.

ET FILIOS ADVENÆ, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. reddunt. 1. *Porro alienigenis (qui Iehoua cupiunt adherere, vt seruiant ei & diligant nomen eius, id est, gloriam, vt sint serui eius: quicunque custodierit sabbatum ne profanet illud, & firmiter tenuerit fœdus meum.) Hos, inquam, adducam, &c.* vt sententia versu sequente expleatur. 2. *Alienigenas vero, qui adiunxerint se Iehoua ad ministrandum ei, & ad diligendum nomen Iehoua, vt sint ei serui, quisquis obseruauerit sabbatum ne profanet illud, & apprehendentes fœdus meum. Adducam ipsos, &c.* Alterum membrum responsionis ad occupationem versus 3.

VERS. 7.

ADDUCAM EOS, &c.] Quidam : *Adducam ipsos quoque ad montem sanctitatis meæ.* id est, Ecclesiam, vt supra cap. 2. v. 2.

HOLOCAUSTA EORVM, ET VICTIMÆ EORVM PLACEBUNT MIHI, &c.] Hebr. *holocausta eorum & sacrificia eorum in beneplacitum, benevolentiam, acceptationem,* id est, erunt accepta & grata in altari meo. id est, spirituales hostiæ de quibus Romanor. 12. vers. 1. nam hæc allegoricè dicuntur à figuris legalibus. Fortasè innuit sacrificium Eucharistiæ, quod vnicum, instar omnium illorum legalium est.

QVIA DOMVS MEA DOMVS ORATIONIS VOCABITVR CUNCTIS POPVLIS.] vsurpauit hæc verba Christus Matth. 21. vers. 13. *omnibus gentibus.* id est, non tantum Iudæis, sed omnibus promiscuè patebit, & cuius genti vt in eam recipiantur omnes sine acceptione personarum, vt Marc. 11. vers. 17.

VERS. 8.

AIT DOMINVS DEVS.] Hebr. *Fidelis-sermo ADONAI, IHVH.* Alij : *Dictum Domini Iehoui.* vide in Genes. 15. vers. 2.

QVI CONGREGAT DISPERSOS ISRAEL.] Hebr. *congregantis depulsos Iisraëlis.* ex promissione Deuter. 30. v. 4.

AD HVC CONGREGABO AD EVM CONGREGATOS EIVS.] Alij : 1. *Adhuc congregabo ad eum, vel supra eum, siue ultra eum, congregatos eius.* id est, ultra Israëlem congregabo eos, qui illi se adiunxerint ex

sequentibus: q. d. Ego in Ecclesiam meam sum congregaturus Israelitas. & gentiles. 2. *Adhuc congregabo ad eum congregandos eius.* 3. *Illos amplius aggregaturus sum eis, ad aggregatos eius.* id est, alias oues in hanc caulam cum meo grege adducturus. Ioan. 10. vers. 16. Ephesior. 2. vers. 13. & sequentibus.

VERS. 9.

OMNES BESTIÆ AGRÏ, &c.] Hunc versum alij reddunt : *Omnes bestie agrestes venite ad comedendum, omnes bestie siluestres.* Hic initium cap. 57. constituunt, & notant esse secundam partem concionis, vt dictum est in vers. 1. qua exponit propheta cur depulsos Iisraëlis modo nominauerit, nimirum quia Deus iusto iudicio suo, gentes inimicissimas & ferocissimas contra populum suum erat accersiturus, quasi dato signo Assyrios, Babylonios, Græcos, Syros, Ægyptios, Romanos, qui Iudæam infestarent, atque consumerent, hoc versu: deinde causas horrendi istius iudicij per contestationem proponit, vsque ad vers. 13. vel 17. cap. 57. *bestie agrestes.* id est, gentes, quas modo nominauimus: sumpta allegoria à grege, & feris gregem infestantibus; vt alibi à vite Psalm. 89. vers. 9. & supra cap. 5.

VERS. 10.

SPECVLATORES EIVS CÆCI, &c.] Hunc versum alij ex Heb. transferunt : 1. *speculatores eius omnes cæci sunt.* id est, sacerdotes, Leuitæ, prophetæ, doctores, magistratus, &c. omnes sunt ignari, canes muti latrare non possunt, torpent, iacent, somno indulgent. 2. *Speculatores istius populi, cæci, quotquot sunt, non agnoscunt, quotquot sunt, canes sunt muti, non possunt latrare; tempori seruiunt, iacent, anant dormitationem.* Hæc contestatio, quæ est superioris interminationis ætion, exponit primum oscitantiam & perfidiam ministrorum Ecclesiæ, tribus versibus; deinde, populi totius negligentis iustos, vers. 5. & 6. seu potius versu 1. & 2. cap. 57. postremo, his nominibus Deus vtrumque ordinem ecclesiasticum & popularem obiurgat, inde à vers. 7. seu 3. cap. 57.

Speculatores eim. צופה Tzophau, deficit Iod nota pluralis, & Tzade est littera magna, atque ea est vigesima secunda, quæ in Scriptura inuenitur. vtrumque sane videtur mihi indicare profundissimam ignorantiam & perfidiam ministrorum Ecclesiæ. Vide Ecclesiast. 12. vers. 13.

VIDENTES VANA.] Hebr. חוֹזִים hozim participium, nec alibi id verbum, aut aliquid eius legitur. Non desunt, qui putent errorem esse exscribentium, pro חוֹזִים hozim, *videntes*, quod Noster legisse videtur. Sed Chaldæus Interpres reddit, *dormitantes*; Hebræi, *somniantes*, vel *per somnum & febrem delirantes*. Forsterus & Forerius, *ignauos*. Auenarius, *peffum-euntes*, *iacentes*. Leo Iudæ, *torpentes*. Tremellius & Iunius, *tempori-seruientes*. Buxtorfius, *stertentes, somnolenti*.

VERS. 11.

ET CANES IMPVDENTISSIMI NESCIERVNT SATVRITATEM.] Alij : 1. *Et canes isti robusti anima*, id est, desiderio, vt Psalm. 26. vers. 12. siue, *avidissimi, non norunt saturitatem.* nimirum quæstus & auaritiæ suæ; vt finis versus indicat : q. d. quærunt avidissime,

simè, quæ sua sunt, non autem, quæ sunt Christi, vt Ierem. 23. & Ezechiel. 34. 2. *Et canes illi fortes anima*, id est, voraces inexplebili voracitate, vehementer auidi, satiari non possunt. 3. *Et canes obfirmati animo*, id est, impudentes: vt Deuteronom. 28. vers. 50. dicitur, gens obfirmata facie. 4. *Et canes obfirmati ingluuie*, id est, fortissimæ ingluuiei, non noverunt saturitatem.

IPSI PASTORES IGNORAVERVNT INTELLIGENTIAM.] Alij: 1. *& ipsi pascetes se, & non norunt intelligere*. id est, illi belle curant corpus suum, & nesciunt, quæ pertinent ad institutionem populi illis commissi. 2. *propterea ipsi pascunt se; nesciunt intelligere-facere, vel docere*. id est, pascere populares pabulo sacro verbi Dei. Distinctiones Hebraicæ hunc sensum euincunt.

OMNES IN VIAM SVAM DECLINAVERVNT.] Alij: *quotquot sunt ad viam suam se conuertunt, vel quisque viam suam spectat*. id est, sectantur sua studia, & commoda, vel, pro libidine sua viuunt.

VNVSQVISQVE AD AVARITIAM SVAM A SVMMO VSQVE A NOVISSIMO.] Alij ex Hebr. 1. *ad auaritiam suam respiciunt in termino suo*. id est, in sua regione. q. d. singuli dant operam vt congregent opes in sua regione, vel diocesi. 2. *quisque a termino suo ad euolumentum suum propensus*

est. Hispanicus Interpres aptè: *cada vno a su prouecho por su vabo*. subaudi mira. 3. *Vnusquisque ad quæstum suum absque termino eius*. scilicet ipsius quæstus. id est, vnusquisque vertit faciem ad lucrum, seu inhiat lucro absque termino, sine fine, immensum, infinitum. 4. *quisque ad lucrum suum ab extremitate illius vna ad alteram*. id est, percurrunt totum terminum & amplitudinem lucri ab vna extremitate ad alteram. q. d. totum quæstum exquuntur.

VENITE SVMAMVS VINVM, &c.] Alij ex Hebr. versum reddunt: 1. *Venite, inquit, capiam, vel accipiamus vinum & inebriemur schezar*. eritque sicut hac, dies crastina magna & excellens valde. seu vel maior multo cum excellentia. vel maior, excellentior multo. seu multo maior & excellentior. id est, cras potabimus multo fortius, & largius. 2. *Venite, sumamus vinum, & potabimus; siue exhauriamus siceram; & erit secundum hunc diem crastinus, magnus, excellens valde*. 3. *Venite, aiunt, quisque eorum, vinum afferam, vt perpotemus ad ebrietatem vsque: atque adeo sicut hodie, ita & cras, imo longe amplius, & sumptuosius*. 4. *Venite, inquit, sumam vinum, & ingurgitabimus nos potu inebriante: eritque similis huic dies crastinus, imo maior, excellentior valde*. q. d. Alij auaritia æstuant, versu superiore, alij perduntur luxu hoc versu.

VERS. 12.

CAPVT LVII.

Iustorum interitus, & futura ipsorum requies non intelligitur ab impiis, cum quibus Deus hic expostulat super idololatria, aliisque ipsorum sceleribus, denuntians eos humiliandos: conuersis autem pax & consolatio promittitur: cum impij cor sit tanquam mare feruens cui non est pax.

Vulg.

1 **I**ustus perit, & non est qui recogitet in corde suo: & viri misericordie colliguntur, quia non est qui intelligat: à facie enim malitie collectus est iustus.

2 Veniat pax, requiescat in cubili suo qui ambulauit in directione sua.

3 Vos autem accedite huc: filij auguraticis: semen adulteri, & fornicarie.

4 Super quem iurastis? super quem dilatastis os, & eiecistis linguam? numquid non vos filij scelesti, semen mendax?

5 qui consolamini in diis subter omne lignum frondosum, immolantes paruulos in torrentibus, subter eminentes petras?

Malu.

1 **I**ustus ablatus-fuit, & non vir ponens super cor: & homines benignitatis collecti in non intelligente; quia de faciebus malitie collectus-fuit iustus.

2 Veniet pax; requiescent super cubationes suas; ambulans^a rectitudini eius.

3 Et vos appropinquate huc filij oculatricis, semen^b subagrans, &^c fornicatum fuisti.

4 Super quem deliciari-vosippos-facietis, super quem dilatabitis os, prolongabitis linguam? an non vos nati transgressionis, semen falsitatis?

5 Incalescentes in ilicibus, sub omni^d ligno^e viridi: ^f mactantes natos in torrentibus, sub prominentiis rupium.

^a directioni, vel ad directionem suam, vel coram eo, & regione, ex aduerso eius. vide in Genes. 25. v. 21.
^b adulteris & meretricata, scortata fuit.
^d arbore e virente; frondoso
^e florido
^f jugulantes
^g vallibus

6 In

6 In partibus torrentis pars tua, hac est sors tua: & ipsis effudisti libamen, obtulisti sacrificium. numquid super his non indignabor?

7 Super montem excelsum & sublimem posuisti cubile tuum, & illud ascendisti ut immolares hostias.

8 Et post ostium, & retrò postem posuisti memoriale tuum: quia iuxta me discooperuisti, & suscepisti adulterum: dilatasti cubile tuum, & pepigisti cum eis fœdus: dilexisti stratum eorum manu aperta.

9 Et ornasti te regi unguento, & multiplicasti pigmenta tua. Misisti legatos tuos procul, & humiliata es usque ad inferos.

10 In multitudine via tua laborasti: non dixisti. Quiescam: vitam manus tuæ inuenisti, propterea non rogasti.

11 Pro quo sollicita timuisti, quia mentita es, & mei non es recordata, neque cogitasti in corde tuo: quia ego tacens, & quasi non videns, & mei oblita es.

12 Ego annuntiabo iustitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi.

13 Cùm clamaueris, liberent te congregati tui, & omnes eos auferet ventus, tollet aura: Qui autem fiduciam habet mei, hereditabit terram, & possidebit montem sanctum meum.

14 Et dicam: Viam facite, præbete iter, declinate de semita, auferse offendicula de via populi mei.

15 Quia hac dicit Excelsus, & sublimis habitans æternitatem: & sanctum nomen eius in excelsis & in sancto habitans, & cum contrito & humili spiritu: ut uiuificet cor contritorum.

16 Non enim in sempiternum litigabo, neque usque ad finem irascar quia spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam.

17 Propter iniquitatem auaritia eius iratus sum, & percussi eum: abscondi à te faciem meam, & indignatus sum: & abiit vagus in via cordis sui.

18 Vias eius vidi, & sanauit eum, & reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi, & lugentibus eius.

19 Creauit fructum labiorum pacem, pa-

6 In ^b disperitionibus ⁱ torrentis pars tua, ex ea sors tua: etiam eis fudisti ^k fusionem, ascendere fecisti ^l minchah; an super ista ^m consolabor?

7 Super montem excelsum, & leuatium posuisti cubationem tuam: etiam ibi ascendisti ad sacrificare sacrificium.

8 Et post ianuam & postem posuisti recordationem tuam: quia de ad me deuoluisti, & ascendisti; dilatauisti cubationem tuam, & excidisti tibi de eis; amaui cubationem eorum, manum præuidisti.

9 Et contemplata fuisti regi in ⁿ oleo & multiplicauisti condituras tuas: & misisti legatos tuos usque ad de longinquo, & humiliare fecisti usque ad infernum.

10 In multitudine viae tuæ laborauisti; non dixisti. Desperatum fuit vitam manus tuæ inuenisti, super sic non ^o ægrotauisti.

11 Et ad quem sollicita fuisti, & timuisti, quia mentieris, & ad me non recordata fuisti; non posuisti super cor tuum: an non ego ^p silere faciens

9 & de æterno, & ad me non timuisti?

12 Ego annuntiabo iustitiam tuam, & ^r facturæ tuæ non subleuabunt te.

13 In clamare te, eripient te collectiones tuæ; & omne eorum leuabit spiritus, accipiet vanitas: & ^s protegens in me, hæreditabit montem sanctitatis meæ.

14 Et dicet, Sternite, sternite; faciate viam: eleuate scandalum de via populi mei.

15 Quia sic dixit eleuatus, & leuatus, ^t scenitans usque, & ^u Sanctus nomen eius; eleuationem & sanctum scenitabo: & oppressionem ^x contritum, & humilem spiritus, ad uiuificare spiritum humilium, & ad uiuificare cor oppressionem contritorum.

16 Quia non ^y æterno litigabo, & non victoriæ efferuescam: quia spiritus de ad facies meas obruetur, & ^z anhelitus ego feci.

17 In ^b prauitate ^c præcisionis eius efferbui, & percussi eum, abscondere, & efferbui: & ambulauit reuertens in via cordis sui.

18 Vias eius vidi, & sanauit eum, & deduxi eum, & ^d pacificauit consolationes ei, & lugentibus eius.

19 Creans prouentum labiorum, pa-

^h leuitatibus, leuati-
ⁱ bus, lubri-
^j citatibus
^k i vallis
^l x libamen;
^m colamen;
ⁿ munus,
^o oblationem
^p sacrificium-
^q farinaceum,
^r cibarium
^s m consolati-
^t onem cæ-
^u piam

^v vnguento,
^w balsamo.

^x languisti,
^y doluisti

^z tacens,
^a quiescens
^b etiam à
^c seculo, ab
^d olim

^e facta,
^f opera

^g recipies se

^h inhabitans,
ⁱ tabernacu-
^j culans.
^k sic mox.
^l u sanctum
^m x contusum.
ⁿ sic stansim

^o y datus: in
^p æternum in
^q sæculum
^r z datus: ad
^s victoriam
^t a halitus,
^u animas
^v b curvate,
^w d distortionem,
^x perueritate
^y c vide Ce-
^z nes. 37. v. 16.
^a d reddidi,
^b retribui, re-
^c pendendi, inter-
^d graui, per-
^e solui, per-
^f feci

Infrà 62.
d. 10.

cem ei, qui longè est, & qui propè, dixit Dominus, & sanavi eum.

20 Impij autem quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fructus eius in conculcationem & lutum.

Suprà 48.
d. 12.

21 Non est pax impiis, dicit Dominus Deus.

cem, pacem longinquo & propinquo, dixit IHVH, & sanabo eum.

20 Er improbi sicut mare eiectum: quia tranquillare non poterit; & eiec-
ceront aquæ eius sterminus & lutum.

quum trā
quilluro-fa-
cere
fexcremea-
tum expo-
situm
g cœnum

21 Non pax, dixit ELOHIM meus, improbis.



COMMENTARIA.

VERS. I.



VSTVS PERIT.] Heb. *Iustus* ablatuſ est de medio; &c. Notant esse alteram partem ætij, de oscitantia populi, vt diximus cap. 56. v. 10. *perit*, id est, moritur decedit ex hac vita, tollitur de medio.

ET NON EST QUI RECOGITET IN CORDE SVO.] Alij: 1. *neque quisquam hoc in corde reponit* 2. & *nemo homo reponit in animo* id est, non est, qui curet & reputet apud se quare illi moriantur. *Ponere super cor.* Hebraismus, pro aduertere animum, seu curare.

VIRI MISERICORDIÆ COLLIGVNTVR.] variè alij: 1. & *viri pietate insignes*, seu *conspicui*, congregantur ad populum suum, seu ad patres 2. *homines benigni, benefici, pij*, tolluntur 3. *homines, inquam, benignitatis*, seu *benigni recipiuntur*.

QVIA NON EST QUI INTELLIGAT.] Heb. *in non intelligente.* Alij: 1. *non existente, qui intelligat.* 2. & *nemo expendit.* 3. *nemine aduertente.* Hispanice: *sin haüer quien lo advierta.*

A FACIE ENIM MALITIÆ COLLECTVS EST IUSTVS.] Alij: 1. *tollitur enim ante malum iustus* 2. *quod propter malum*, id est, ultionem breui venturam, *appositus sit ad patres suos iustus.* 3. *nemine aduertente ante faciem*, seu *ante aduentum ipsius mali recipi iustum.* Expōnunt, *ipsius mali*, quale denuntiavit Deus supra cap. 56. v. 9. Sic de Chanocho dicitur Sapientia: 4. v. 10. & de Abrahamo, Genes. 15, v. 15. & de Chizkija, 2-Reg. 20. v. 13. & 19. & de Ioschia 2. Reg. 22. v. 20. 4. *nec est, qui intelligat*, quod propter malum venturum congregatur iustus ille. *Malitia hinc & pro malo culpæ*, & pœnæ accipi potest. subducitur enim iustus à periculis vitæ ac peccandi; & ne eum feriat ingruens & publica ultio.

VERS. 2.

VENIAT PAX, &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt. 1. *Ingruetur in pace*, subaudi ad patres suos, *morietur in pace*, vel *veniet pax iusto*, id est, dies, in qua requiescet in pace: *requiescent in cubilibus suis, qui ambulauerit coram eo*, scilicet, Deo, id est, quisquis placuerit Deo in vita sua, recipietur in aterna tabernacula. 2. *veniet pax* (*requiescent in cubilibus suis*) *ambulans*, scilicet, pax, ante illum, id est, præcedit eum & comitatur abeuntem & discedentem ex hoc mundo. 3. *veniet pax ambulanti in rectitudine sua*, id est, erit felicitas ej, qui recte instituit vitam suam vt illud, *requiescent in cubilibus suis*, sit interiectum per parenthesis. 4. *veniet pax*, id est,

mors iustorum in pace, vt Genes. 15. v. 15. & Lucæ 2. v. 29. *requiescent super cubilia sua*, id est, in sepulcris, omni profus malorum timore sublato *ambulans*, quisque *ante eam*, nempe pacem, id est, qui eam semper præfulerit, & eius administer fuerit. 4. *it iustus ad sepulcrum in pace, requiescent pij in sepulcris suis*: *it pax ante eum* vel *præceditque ante illum*, id est, in pace decedit iustus. Postremam partem reddunt alij: *requiescent in sepulcris suis singuli, qui ambulant ante Deum.* 5. *Ingruetur pacem*, apud Deum, relictiſ quacunqueratione agitationibus mundi: vel *occludere in pace*, citra ullum turbarum mundi impedimentum, *requiescere in cubilibus suis* id est, in sepulcris, quæ sunt corporibus nostris cubilia vsque ad resurrectionis diem: *quisquis ambulat in aquitate sua.*

VOS AVTEM ACCEDITE HVC &c.] Alij: *At vos appropinquate huc*, &c. obiurgatio, vt diximus in cap. 56. v. 10. quæ Deus Iudæis omnibus antiquam, & à parentibus traditam improbitatem exprobrat, quum matrem præstrigiatricem, patrem adulterum, & ipsorum quemque scortatorem vocat *appropinquate huc*, nimirum ad contestationem causæ, & iudicium, vt supra cap. 41. v. 1.

FILII AVGVTRICIS.] *ghonenah*, hæc omnia complectitur *obseruatricis, præstrigiatricis, oculatricis, fascinatricis, veneficæ*; vide supra cap. 2. v. 6.

ET FORNICARIÆ Heb. & *fornicaberis*, vel & *fornicata fuit* nam potest esse secunda persona masculina, & tertia feminea: & ad *auguratricem*, & ad *semen* referri. Alij: 1. & *quorum mater fornicata est.* 2. & *quod fornicaberis.* 3. *quod scortaris.*

SUPER QVEM LVSTISTIS? &c.] Alij: 1. *In quo*, vel *quare vos oblectatis?* 2. *contra quem oblectatis vos?* &c. contestatio confirmans duo crimina obiecta præcedente versu, primum quidem parentum: hoc & sequente versu; deinde vero ipsorum, vers. 6. & sequentibus: q. d. nonne contra me spectant hæc omnia, & in me sunt contumeliosa?

SUPER QVEM DILASTIS OS?] Alij: *contra quem dilastis os?* vide Psalm. 21. v. 8. & 34. v. 21.

ET EIECISTIS LINGVAM.] Heb. *prolongabitis linguam?* Alij: *protrahitis linguam?* 2. & *linguam exeruistis?* ad ludibrium & contumeliam. Aulus Gellius lib. 9. Noctium Atticarum cap. 13. [*Deinde Gallus irridere cœpit, atque linguam exertare.*]

NVM QUID NON VOS FILII SCELESTI? Heb. an non vos nati, geniti, parti defectionis, transgressionis, prauaricationis? Alij. 1. an non estis nati defectione, id est, matre impura, quæ defecit à me? 2. an non vos filij estis perfidi?

SEMEN MENDAX?] Heb. semen falsitatis, seu fallacia? Quidam; semen falsum? id est, patre adultero? vt superiore verlu. q. d. semen spurium & illegitimum.

VERS. 5.

QVI CONSOLAMINI IN DIIS.] Participium נחמין *nechamin* à נחם *nacham* consolari deduxit. Passim alij à נחם *iacham*, incaluit, reddunt. Incalentes, valerificantes-se, siue calore venero cœcutes, cum diis. idololatriam vocat scortationem frequenti vsu Scripturæ. Forsterus: qui incalescitis subter querens, vel qui calentes in ilices. Leo Iudæ: Incalescitis apud querens, vel inter querens, seu vltimos. Tremellius & Iunius: eorum, qui incaluerunt in lucis, nimirum in sua scortatione spiritali seruientes dæmonibus, & non Deo.

IN DIIS.] אלים *elim*, & deos, & querens, seu ilices, vel alnos, aut vltimos possit significare, à fortitudine: vide supra cap. 1. v. 29. Hispanicus Interpres: Que hos escalentis corlos alcornogues. id est, exercetis scortationem spiritali, siue idololatriam.

SUBTER OMNE LIGNVM FRONDOSVM.] provt factum fuisse à temporibus Achazi legimus 2. Reg. 16. v. 3. & 4. vide Deuteronom. 12. v. 12.

SUBTER EMINENTES PETRAS.] Alij ex Heb. 1. sub dentibus, scopuli, summitatibus, cacuminibus rupium. 2. sub ramis petrarum. 3. sub cauernis petrarum.

VERS. 6.

IN PARTIBVS TORRENTIS PARS TVA.] Alij: 1. In lubricis lubricitatibus, torrentis pars tua. 2. In lenibus petris, seu in politis petris, aut in politionibus lapidibus, seu lubricis saxis torrentis, vt illi 1. Samuel. 17. v. 40. pars tua. q. d. cum vides pulchrum aliquem lapidem ac politum, læuam, lubricum positum in torrentibus viæ, aut alterius rei causa, illum adoras, eum reputas tuam sortem. Forte est illud Arnobi. lib. 1. Aduersus Gentes, pag. 28. [Si quando conspexeram lubricatum lapidem & ex oliui vnguite ordinatum, tanquam inesset vis presens, adular, affabar, & beneficia poscebam.] Apuleius sub initium Floridæ 1. [Aut lapis vnguite delibutus.] Theophrastus Characteres de superstitione: [Lapidem vnctum, qui sunt in triuijs, solet oleo ex ampulla perfundere: nec prius discedere quam posito genu eos fuerit veneratus.] vide Genes. 28. v. 18. 3. Inter læues lapillos torrentis pars tua est. Altera pars contestationis, vt dictum est in vers. 4. q. d. & tu ambulas nunc quoque in peccatis parentum tuorum: ista est hæreditas tua, peccati illorum æmulatio omnibus in locis in torrentibus sub scopulis petrarum, hoc versu, & in excelsis palam, versu sequente, etiam in domo mea, vers. 8. necdum tibi satis est vers. 9. & 10.

HÆC EST SORS TVA.] Heb. ipsi ipsi, vel illi illi, seu illi sunt sors tua. id est, illi lapides lubrici, vel læues. Nam pronomina ista masculina referuntur ad דִּפְרָן *chalekim* masculinum, dispersiones, lubricitates.

Matuenda; In libr. Isaia.

ET IPSIS EFFVDISTI LIBAMEN.] ipsi, diis., vel lapidibus-læuibus, vel lubricis. vel super eos lapides. Heb. etiam illis, &c. Videlicet, vt maiores tui.

NVM QUID SUPER HIS NON INDIGNABOR?] id est, Alij: num vero ista equanimiter ferrem? 2. an super istis consolationem caperem? Indignantis exclamatio pathetica. q. d. an vnquam possem conuiescere, ni scelera tua & contumelias in me illatas vlciscerer.

VERS. 7.

SUPER MONTEM EXCELSVM, &c.] Hunc versum alij ex H. b. reddunt: 1. in monte alto & elato ponis cubile tuum, & iam illuc ascendis ad faciendum sacrificium. 2. in montibus excelsis, & sublimibus posuisti lectisternia tua: atque illic ascendisti vt mactares victimam.

ET POST OSTIUM, ET RETRO POSTEM, &c.] Alij hunc versum ex Heb. elucidant: 1. Et post ostium & postem posuisti suffitum tuum, vel odorem tuum. quem diis tuis adoleres: quia à me discedens discooperuisti turpitudinem tuam, & ascendis excelsa, dilatasti cubile tuum, pepigisti pactum cum eis, dilexisti cubile eorum, in omni loco, quem vidisti. 2. Post ostium & postes reliquisti monumentum tuum. id est, ponis aliquid, quod tibi reuocet in memoriam Deum, quem colis: quoniam præter me renudasti turpitudinem tuam alijs, & dilatasti lectum tuum; id est, lectum fecisti ampliosem, quo plures adulteros admitteres. q. d. non idolum vnium coluisti, sed plura. & fœdus tibi pepigisti cum quibusdam ex eis, dilexisti lectos eorum vbicunque vidisti. id est, vbicunque vidisti idola, illic te illis prostituisti. 3. Et post ostium & postem posuisti recordationem tuam. id est, tutelares deos, Penates, & Lares, quorum statua post ostium & postes ponebantur, vt felix & faustus esset ram in gressus quam egressus nisi figurate accipias, quasi nullus esset absque Deo angulus domus. Memoriale, seu recordationem vocat sculptilia seu idola, quæ numinis memoriam reuocabant. & in hunc usum in singulis domus partibus collocabantur. quoniam à me migrasti, id est, à latere meo: more mariti loquitur Deus, à cuius latere surgere & cum altero rem habere, summum scelus est, & ascendisti seu concubuisti. id est, à latere meo, è lecto eodem, in quo mecum iacebas, recedens alteri tui copiam fecisti. Verbum ascendendi in significatione concubendi vsurpatur etiam Genes. 31. v. 10. & 33. v. 13. & Psalm. 77. v. 71. & dilatasti cubile tuum. respectum putant ad historiam Achazi 2. Reg. 16. v. 10. & sequentibus, quando ædificauit altare maius ad instar altare, quod viderat Damasci, quod hîc vocat cubile. & scidisti tibi ab eis. id est, scidisti tibi altaris ad imitationem altaris deorum; & dilexisti cubile eorum, id est altare: manum, quam vidisti. id est, altare, monumentum, statuam, quam vidisti Damasci, sic sumitur vocabulum manus, 2. Samuel. 18. v. 18. 4. Etiam post ostium, postemque ponis monumentum tuum. vbi verba suæ legis inscribi mandauerat Deus, Deuteronom. 6. v. 9. & 11. v. 20. quum à me, relectura re ascendis, dilatas cubile tuum, cadens tibi amplius cubile, quam illorum sit. videlicet parentum tuorum, id est, superas parentes tuos

Z z 2 pecca

peccatorum grauitate & multitudine; *amans concubitum illorum, spatium amplius prospicis.* Hoc & superiore capite ter vtitur nomine cubilis, cubationis, seu concubitus, quia perstat in allegoria scortationis spiritualis, de qua vers. 5.

VERS. 9.

ET ORNASTI TE REGIO VNGENTO.] Varie ex Heb. conuertunt: 1. *Munera quoque detulisti regi cum oleo.* Mutuatur verbi שחור *schur* significationem à תשורה *theschurah*, eiusdem radicis, *donario, munere*, 1. Samuel 9. vers. 7. q. d. *Munera regi. vel regem.* 2. *Profecta quoque es ad regem cum oleo.* id est, tulisti ad eum oleum. q. d. *Tu quoque posuisti fiduciam in homine, & non in me.* 3. *Et progressa es ad regem in oleo.* 4. *Sequentibus nectunt, Recta quoque unguento & variis pigmentis tuis delibuta ad regem abiisti.* 5. *Et contemplata mittis ad regem.* Assyria Thiglathphileserem, 2. Reg. 16. v. 7. *cum oleo, seu unguentis* id est, omnibus modis te comparans vt impurissimum scortum, & alliciens exteros, qui scortentur tecum, etiam oblatis muneribus, vt ibidem scriptum est: sic Ezechiel. 18. v. 3. 6. Forsterus: *Excurrebas ad regem cum oleo.* [Verbum *SCHUR*, inquit, etiam de porrectione, procurstione, seu exportatione reali dicitur, qualis sit in exportatione munerum, qua extento brachio porrigi & offerri soient. Verbum hic omnia ista complecti potest. Et recta intendisti procurristi direxisti, contemplata es, obseruasti ad regem.] Fere omnes regem Assyriorum intelligunt. 2. Reg. 16. v. 7.

ET MULTIPLICASTI PIGMENTA TVA.] ריקחא *rikkuchaich*, *condituras, confectioes, confecturas, unguentationes, &c. tuas.* Quidam. & *auges pigmenta tua.*

ET HUMILIATA ES VSQUE AD INFEROS.] Alij: 1. & *decidisti ad inferos.* 2. & *demitis te vsque in sepulcrum.* vt quum dixit Achaz. [Seruus tuus & filius tuus sum, 2. Reg. 16. v. 7.] elegantissima hyperbole.

VERS. 10.

IN MULTITUDINE VIAE TVAE LABORASTI.] Alij: 1. *Laborasti copia viarum tuarum.* vel *defatigata es multitudine viarum tuarum,* id est, tuo illo longo itinere. 2. *Amplitudine viae tuae fatigata es.* id est, pertinacissima fuisti nefariae voluntatis tuae, ita vt nullum laborem subterfugeres ad conciliandos amatores tuos.

NON DIXISTI, QUIESCAM.] ונח *noasch*, *Actum est, conclamatum est, desperatum est, deploratum est.* q. d. adeo malis obruta sum vt de me profus diffidam. Quidam: *Animum abiicio.* Vel *cogor desistere incepto.* Simile vide Ieremiae 2. v. 25. & 18. v. 12.

VITAM MANVS TVAE INVENISTI.] Alij: 1. *victum manus tuae inuenisti.* q. d. perinde gratus fuit tibi hic labor, ac sic victum tibi manu tua comparares. 2. *vitam iam tibi tua manu seu industria partam reperisti, quam optabas.* 3. *cateruam manus tuae inuenisti.* id est, Assyrios tibi conciliaisti, qui tibi sunt ad manum iudicio tuo. Perstat in historia Achazi. Sic vox חבאיח *chaiach*, sumitur 2. Samuel. 23. vers. 13.

VERS. 11.

PRO QVO SOLLICITA TIMVISTI.] Alij: 1. *Quum vero veritas & timuisti?* 2. iungunt

sequentibus: *Et à quo sollicita timuisses, & mentireris, cum me non recorderis, &c.* Conclusio praecedentis contestationis. q. d. *Quid plura? Scortum es impudentissimum, quod neminem vereris, à nemine tibi metuis, sed palam periticacissime gloriaris in scortatione tua, vt supra cap. 3. v. 9.*

QVIA EGO TACENS, ET QVASI NON VIDENS QVIA MEI OBLITA ES.] Alij: 1. *Num me, quod hactenus feci, perpetuo dissimularum speras, vt me nihil metuas?* 2. *Nonne ego dissimulaui, idque à saeculo, & tamen me non timuisti?* q. d. nonne ego iam à saeculo tibi peperci cum peccares, vt tamen non me times, sed deseris cultum meum. 3. *An non me tacente, quemadmodum olim, etiam me non metueris?* q. d. nonne etiam porro perges, si dissimularem amplius, & reticerem impuritatem tuam? Vide Ecclesiastae 8. v. 10.

VERS. 12.

EGO ANNVTIABO IUSTITIAM TVAM, ET OPERA TVA NON PRODERVNT TIBI.] 1. *Quia potius iustitiam tuam, & opera tua praedicabo, neque proderunt tibi.* 2. *Ego indicabo iustitiam tuam:* antiphrasis ironica, Vel potius concessio, q. d. Si quid habes vel tantillum boni, hoc ego non dissimulabo, sed referam in rationes tuas: & facta tua, quae non profutura sunt tibi. id est, non poterunt seruare te vt exponitur principio sequentis versus.

QVVM CLAMAVERIS, &c.] Concessio ironica, transitum comparans ad postremam concionis partem, de funesto improborum casu, & bonorum salute: quae duae partes per prolepsin enantiatae his duobus versibus exornantur postea & copiosius exponuntur per hysterosin, ad finem vsque capitis: vide cap. 56. vers. 1.

VERS. 13.

LIBERENT TE CONGREGATI TVI.] Alij: 1. *liberent te collectitij tui.* id est, milites, quos multo aere ac labore tibi congregaueris. 2. *eripiant te congregationes, collectiones, caterua tua.* de quibus supra vers. 10.

ET OMNES EOS AVFERET VENTVS, TOLLET AVRA.] Alij: 1. *sed hos omnes abripiet ventus, tollet vanitas.* 2. *atqui eas omnes cateruas tollet ventus, intercipient vanitas.*

HEREDITABIT TERRAM, &c.] Alij: *possidebit terram, & hereditario inre obtinebit montem sanctitatis meae,* id est, cum ipse benedictiones meas (quarum symbola sunt terra, & mons Tzizonis) obtinebit, hoc versu; tum etiam vt alij commodè obtineant, procurabit, versu sequente.

ET DICET.] Deus. seu rectius, recipiens se ad me, è versu superiore. VERS. 14.

VIAM-FACITE, PRÆBETE ITER.] Alij: 1. *Munite, munite. viam.* 2. *Eleuate, eleuate. viam.* 3. *Sternite, sternite.* 4. *Aggerate, aggerate, &c.* id est, adhibete quaecunque commoda sunt ad promouendam Ecclesiam, & remouete incommoda: allegoria, vt supra cap. 40. v. 3. & 4.

DECLINATE DE SEMITA.] Alij: 1. *complanate viam.* 2. *comparate viam.* 3. *mundate. viam.* 4. *repurgate viam.* vide Genes. 24. vers. 31. Nos diximus; *faciate viam.* id est, date faciem viae, repurgate, orname, &c. vt supra cap. 40. v. 3.

QVIA

VERS. 15, QVIA HÆC DICIT EXCELSVS ET SVBLIMIS, &c.] Alij hunc versum reddunt: 1. Sic enim dixit excelsus, & eleuatus, manens perpetuo, & sanctum nomen eius: qui excelsus & sanctum cohabito, & cum contuso & humili spiritu ad viuificandum spiritum humilium, & viuificandum cor contusorum. quasi dicat, Ille, qui cum sit excelsus, & supra omnia, & æternus, & cuius nomen est sanctum, & iuxta naturam suam excelsus quoque locum inhabitat, & sanctum, ille, inquam, qui cum talis sit, cum contrito tamen seu contuso & qui est humilis spiritu cohabitabit, vt eius cor & spiritum viuificet, recreet, consoletur, is, inquam, dicit, Quod non in æternum litigabit, &c. 2. Nam sic ait sublimis & elatus, cuius nomen est inhabitans æternitatem, & sanctus, &c. Exornatio antecedentis prolepsos, à qua Deus confirmat se vtrumque effecturum potentia sua, vt seruentur electi, vsque ad versum 20. & improbi malè pereant, duobus versibus vltimis. qui in sublimi & sancto habito. id est, qui è caelis reuelo, & suo tempore reuelaturus sum amplius sanctitatem & potentiam meam, cum super humilitatem piorum, de quibus proximè, tum super infidelitatem & iniustitiam impiorum Romanor. i. vers. 18. de quibus infra vers. 20. & 21. etiam cum eo, qui attritus est, demissusque spiritu habito, id est, ei adsum: humanitus dictum: vt viuum conseruem spiritum demissorum; & viuum conseruem cor seu animum contritorum.

VERS. 16 NON ENIM IN SEMPITERNVM LITIGABO, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. conuertunt: 1. Non enim in perpetuum iurgor, subaudi cum hominibus. id est, non succensebo eis: neque in æternum irascor: quia spiritus ante faciem meam deficiet, & flatus ego feci. 2. Nam in saculum non contendam, neque in æternum efferuescam: nam spiritus à conspectu meo obruetur, vt Psalm. 60. v. 3. & 101. v. 1. & anima quas ego feci.

NEQVE VSQVE AD FINEM.] Hebr. & non ad victoriam. id est, victoriose, vt vincam, vel perpetuò, omnino, profus.

IRASCAR.] Hebr. efferuescam, ebulliam, spinabo ira. Sic vers. 17.

QVIA SPIRITVS A FACIE MEA EGREDIETVR.] Verbum *qwy* ghataph, variè hic interpretantur. 1. quia spiritus, qui est, vel egreditur, à facie mea induet. corpus. Putant inditari resurrectionem mortuorum. quasi dicat, spiritus, id est, anima meo iussu rursus induet corpus. 2. quia spiritus à facie mea operietur. scilicet carne. id est immitto in corpus animam, quæ vt indumento corpore operitur. quasi dicat, ego creo homines. 3. quia spiritus à facie mea operitur, obtegatur, vel obruitur. id est, quum volo, comprimo spiritum, vel facio exhalare spiritum. Sic Hispani dicunt, *subrirse el corazon*. id est, obrui, comprimì. Sed cum verbum hic sit masculinum, & spiritus ordinariè sit femineum, vide num fatius fuerit exponere: quia spiritus à facie mea obruetur, id est, flatu, impulsu, spiritu oris mei obruetur, quisquam, seu improbus. vel impersonaliter fiet obrutio.

ET FLATVS EGO FACIAM.] Hebr.

halitus, anhelitus, afflatus, respirationes, spirationes. Nonnulli: animas ego facio. Plerique respectum putant ad Genes. 2. v. 7. Quod Deus animas creauit. Sed non fuerit alienus sensus: non efferuescam: nam alioqui spiritu & flatu oris mei momento cuncta obruerentur, nam flatus ipse facio.

PROPTER INIQUITATEM AVARITIÆ EIVS IRATVS SVM.] Alij: Propter iniquitatem quæstus eius efferbui. De quo supra cap. 56. vers. 11.

ABSCONDI A TE FACIEM MEAM, ET INDIGNATVS SVM.] Hebr. tantum est. abscondendo & efferbui. Quidam: abscondendo me, inquam, efferbui. Humanitus dictum, vt Psalm. 9. vers. 22. Aliqui: auersor & indignor. Alij iungunt superioribus: & percussim eum abscondendo. id est, latenter & alterius manu, ne sciret à quo ei plaga veniret. quod non probo.

ET ABIIT VAGVS IN VIA CORDIS SVI.] Alij: 1. & quum abit aberrans in via cordis sui. 2. quia ibat auersus abductus, seductus per viam animi sui. 3. & abiit rebellis, seu refractarius in via cordis sui. id est, deficiens à Deo, fecit quidquid ei libitum fuit. 4. & ambulauit reuertens, seu conuersus, in viam cordis sui. id est, auersus à Deo, conuersus ad praua studia animi sui.

VIAS EIVS VIDI, ET SANAVI EVM, &c.] Alij: At rursus vias eius contemplantus, id est, rationem viuendi, seu infirmitatem eius, sanauit ipsum, reduco eum. id est, statui sanare eum, & deducere eum per viam legum mearum. 2. Vias eius video, sed curabo eum, & deducam eum. quasi dicat, noui quidem totam viam eorum impuram esse, sed tamen propter me curaturus sum.

ET REDDIDI CONSOLATIONES IPSI, ET LVGENTIBVS EIVS.] Alij: 1. & reddo ei consolationes, & iis, qui lugent ipsum. 2. reddamque consolationes eis, & lugentibus eius. vt Matt. 5. vers. 4.

CREAVI FRVCTVM LABIORVM, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. exponunt: 1. Creo fructum labiorum. id est, Innouaturus sum sermonem, pacem, pacem iis, qui procul, & iis qui prope sunt, dicit Dominus, & sanabo eum. vel pax pax longinquis & propinquis erit, &c. id est, in ore omnium faciam vt hic celebretur sermo. Summa felicitas & prosperitas futura est omnibus per Christum, & Iudæis propinquis, & gentibus remotis. 2. Creans prouentu labiorum. id est, nouam creaturam faciens eum per spiritum & verbum Euangelij, & quidem efficiens magnificentissimè & potentissimè, vt consolationes (quæ periphrastricos prouentus labiorum, id est sermonum Dei appellantur) locum in piis habeant: id enim verbum creandi hoc loco significat: pacem pacem, seu summam pacem. id est, perpetuam & constantissimam quietem ab antecedentibus malis, facta reconciliatione per Christum: nam regnum Dei est iustitia & pax, & gaudium per Spiritum sanctum Rom. 4. v. 17. longinquo & propinquo. id est, æquè alienigenis ac Iudæis ipsis, vt supra c. 56. vers. 3. Actor. 2. vers. 39. Ephesior. 2. à vers. 13. ad 18. inquit

Iehoua. *ut curem eum.* Forsterus explicat: *Creo fructum labiorum.* Quis autem & qualis sit fructus labiorum, de quo propheta, loquitur Paulus ad Hebræos cap. 13. vers. 15. [*Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, hoc est, fructum labiorum consentientium nomini eius.*]

VER. 20.

IMPII.] רשעים *reschaghim, improbi, seditiosi, irrequieti, turbulenti, turbatores, qui malis animi perturbationibus agitantur ad male agendum, quorum etymon hoc & sequente versu pulchre exponit Isaïas: vide Notas in Genes. 18. vers. 23.*

QUASI MARE FERVENS.] נגרש *nigrasch, eiectum, impulsum, propulsum, pulsatum, propulsatum, concitatum, fluctuans, tempestate agitatum.* Hunc versum alij ex Hebr. reddunt, 1. Forsterus: *Improbi autem sunt tanquam mare concitatum, pulsatum, eiectum, seu eiecitum, vel agitatum, quod quiescere non potest, sed eiiciunt aqua eius perturbationem & lutum.* id est, spumam perturbatam. legit רפח *rephes*, cum Samech vel cum schin sinistro. Tametsi, inquit, exemplaria Venetiis excusa habeant רפח *rephesch*, cum dextro schin; & tum idem significat quod P E R E S C H, litterarum facta transpositione, quod est, *stercus, excrementum-expositum.* Sed exemplaria nunc passim habent R E P H E S C H cum schin dextro. 2. Tremellius, & Iunius: *Improbi vero erunt: alterum membrum prolepsios, ut diximus in vers. 19. seu 15. ut mare, id est, nullam habebunt pacem, ut sequente versu exponitur: propulsum, videlicet, ventis flatibusque externis, & fluxu ac refluxu suo, tanquam Euripus. Nam hæc duo ad descriptionem improborum pertinent, quia cum ipsi per se, tum aduentitio impulsu agitantur: nam quiescere non potest; & aqua eius expellunt cœnum & lutum.* id est, impurissima omnia & ingrata Deo improbi egerunt, ut cœnum eiicitur

exagitato mari, quo magis à Deo sollicitantur ad resipiscentiam immisissis calamitatum procellis. 3. Leo Iudæ: *Impij autem Euripi instar fremunt, qui nescit quiescere, quum aqua eius limo & luto turbantur.* Euripi Bæotici naturam descriptam accurate habes à Tito Livio lib. 28. cap. 6. Strabone lib. 9. pag. 403. Plinio lib. 2. cap. 97. Mela lib. 2. cap. 7. Seneca in Hercule Oethæo, Actu 3. Vide Adagium, *Euripus homo.* Chiliadis 1. centuria 9. Adagio 62. S. Iustinus Martyr in Cohortatione ad Græcos pag. 34. [*Aristoteles certe cum neque Euripi Chalcidici naturam cognoscere posset, propter ingens probrum & pudorem in matrem coniectus, morte vitam commutauit.*] Sanctus Gregorius Nazianzenus Oratione 3: quæ est prima in Iulianum, pag. 79. [*Laudas in Aristotele philosophiam & diuinam moram ad recipros Euripi astus, quibus occubuit.*] Vbi Elias Cretensis in commentariis: [*Aristoteles cum reciprocationis Euripi causam cognitione assequi non potuisset, seipsum in eum precipitem dedit, ac suffocatus est.*] Et Nonnus in Expositione Profanarum Historiarum, quarum S. Gregorius meminit in priore inuectiua in Iulianum Apostaram, Historia 33. [*Aristoteles rerum omnium, ut videtur, naturam indagare & cognoscere voluit: quam cum assequi non potuisset, in hanc maris partem se precipitem dedit, atque intuit, his verbis utens: Quoniam Aristoteles Euripum minime cepit, Aristotelem Euripus habeat.*] Vide Cælium Rhodiginum Lectionum Antiquarum lib. 29. cap. 8. Quamuis hoc de morte Aristotelis multi pro fabula habeant, quod eius non meminerit Laërtius.

NON EST PAX.] id est, animi tranquillitas, quies interna vel externa aut prosperitas, seu felicitas: vide hunc eundem versum supra cap. 48. vers. 22.

VER. 21.

CAPVT LVIII.

Reprehendit Iudeorum hypocrisim, ostendens eorum ieiunium non esse Deo acceptabile: & quæ debeant illud comitari, quibus adhibitis multa prestantur hominibus beneficia: quomodo debeat sabbatum celebrari, abnegata propria voluntate, & quod sit premium ita celebrantium.

Vulg.



1 *Lama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.*

2 *Me etenim de die in diem quarunt, & scire vias meas volunt: quasi gens, qua iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit: rogant me iudicia*

Malu.



1 *Oca in gutture, non prohibebitis; sicut^a tuba cleua vocem tuam; & annuntia populo meo transgressionem eorum, & domui Iaghabobi^b errata eorum.*

2 *Et ad me^c die die quærent: & cognitione viarum mearum bene complacebunt: sicut gens quæ iustitiam fecit, &^d iudicium ELOHIM sui non derelin*

^a buccina, Hispanice, clarin

^b delicta, peccata
^c singulis diebus, quoridie

^d ius

iustitia: appropinquare Deo volunt.

3 Quare ieiunauimus, & non aspexisti: humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis.

4 Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, ut audiatur in excelsis clamor vester.

Zach. 7. b. 5.

5 Numquid tale est ieiunium, quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? numquid contorquere quasi circum caput suum, & saccum & cinerem sternere? numquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino?

6 Nonne hoc est magis ieiunium, quod elegi? dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes? dimitte eos, qui fracti sunt, liberos, & omne onus dirumpe.

Ezech. 18. b. 16. Mar. 15. c. 35.

7 Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam, cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris.

8 Tunc erumpet quasi manè lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te.

9 Tunc innocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet: Ecce adsum. si abstuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest.

10 Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebrae tuae erunt sicut meridies.

11 Et requiem tibi dabit Dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit, & eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquae.

Inf. 61. a. 4.

12 Et edificabuntur in te deserta saeculorum: fundamenta generationis & generationis suscitabis: & vocaberis edificator sepium, auertens semitas in quietem.

13 Si auerteris à sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaueris sabbatum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificaueris eum dum non facis vias tuas, &

derelinquit; postulabunt me iudicia iustitiae; appropinquatione ELOHIM benecomplacebunt.

3 Ad quid ieiunauimus, & non vidisti, affliximus animam nostram, & non cognoscet? en in die ieiunare vos, inuenietis beneplacitum; & omnes dolores vestros angariabit.

4 En liti, & inuolationi ieiunabitis, & ad percutere in pugno improbitatis: non ieiunabitis sicut die; ad audire facere in eleuatione vocem vestram.

hodie,

5 An sicut istud erit ieiunium eligam illud, die affligere hominem animam suam? an ad curuare sicut iuncum caput suum, & saccum, & cinerem substernere? an isti vocabis ieiunium, & diem beneplaciti? IHVH.

f datus. ipsi Ichough

6 An non istud ieiunium eligam illud, & aperire constrictiones improbitatis, & transilire facere fasciculos amotionis: & dimittere concussos liberos, & omnem amotionem abrumperis.

g vel apertum & in finitum & imperatius esse potest. h transilire fac. nam potest esse imperatius i dimitte. nam potest esse imperatius k confra- tos, cōqual- fatos, conculcatos l diuidere frangere, partiri, findere m famelico, esurienti n pauperes oppressos, inopes o quum p datus ad facies tuas q gloria, honor, splendor r vociferaberis s me t vanitate, iniquitate, iniuriam, molestiam u vt luxes x vt v. 7. y scatuigo, scatebra, productio z fallent, deficient a seculi, zteinitatis

7 An non rumpere famefcenti panem tuum, & affictos defectos venire facies domum: quia videbis nudum, & cooperies eum, & de carne tua non abscondere te ipsum facies,

8 Tunc discindetur sicut aurora lux tua, & longum tuum festinatione germinabit: & ambulabit faciebus iustitia tua; & grauitas IHVH colliget te.

9 Tunc vocabis, & IHVH respondebit; & exclamabis, & dixit. Ecce ego: si discedere facies de medio tui amotionem, mittere digitum, & loqui concupiscentiam:

10 Et luxauisti famefcenti animam tuam, & animam afflictam saturabis: & orietur in tenebrositate lux tua, & caligo tua sicut duo meridies.

11 Et deducet te IHVH iuge, & saturabit in limpiditatibus animam tuam, & ossa tua extrahet: & eris sicut hortus irriguus, & sicut exitus aquarum, cuius non mentientur aquae eius.

12 Et edificabunt de ex te siccitates aeterni; fundamenta generationis & generationis surgete facies: & vocabitur tibi, Sepiens rupturam; reuertere facies semitas ad habitare.

13 Si reuertere facies de sabbato pedem tuum; facere beneplacitum tuum, in die sanctitatis meae: & vocabis sabbato, Delicium, sancto IHVH, aggrauatum, & aggrauabis illud, de facere


b nomen indideris c datus. d genitius

non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem:

14 Tunc delectaberis super Domino: & sustollam te super altitudines terra, & cibabo te hereditate Iacob patris tui. os enim Domini locutum est.

cere vias tuas, de inuenire beneplacitum tuum, & loqui verbum.

14 Tunc deliciari te te-facies super IHVH, & vehere-faciam te super excelsa terræ: & comedere-faciam te hæreditatem Iaghabobi patris tui; quia os IHVH loquutum-fuit.



COMMENTARIA.

VERS. I.



LAMA NE CESSÉS.] Alij ex Heb. Clama ex gutture, ne parcas, nimirum voci tuæ. 2. Exclama gutture, ne cohibeto vel ne prohibeas, scilicet clamorem. Huius, inquit, concionis, duobus capitibus comprehensæ (qua propheta pergit explicare indignissima Iudæorum facta, & comparate cum Dei infinita misericordia) summæ partes sunt quatuor: Exordium, paucis complectens concionis argumentum, duobus versibus; Grauiissimæ contestationes inter Deum & populum, reliquo capite: Confirmatio iusta confutatione, cap. 59. vsque ad vers. 21. & conclusio à promissione magnificentissima vers. vltimo. Est autem exordium sumptum à mandato Dei, quo propheta instructum se & armatum esse, adeo que impulsus ostendit vt cum malitia Iudæorum certet. Ait ergo Exclama gutture, videlicet toto, pro eo, quod est, plenis faucibus, quam maxima voce poteris contende, vt illud, ne cohibeto, quod proxime sequitur ostendit.

QVASI TVBA EXALTA VOCEM TVAM.] Alij: 1. exalta instar tubæ vocem tuam. 2. tanquam buccina extolle vocem tuam, id est, supra modum doma: quibus melius significatur cum seruorum Dei audacia, tum populi surditas obfirmata, & annuntia populo meo scelerum eorum. Quidam: & indica populo meo defectionem ipsorum quæ describitur inde à versu. 5.

VERS. 2.

ME ETENIM DE DIE IN DIEM QUÆRUNT. Alij:] Vtut, vel quamuis me quotidie requirant, &c. id est, Quamuis hypocritæ sint, & viros bonos simulent externa specie, requirant, in speciem videlicet, non reuera & ex animo, sic reliqua hoc versu.

ET SCIRE VIAS MEAS VOLVNT.] Alij: & scientia viarum mearum delectantur.

ROGANT ME IUDICIA IUSTITIÆ.] vel iura iustitiæ, id est, quærent à me, vel consulunt me de legibus meis iustis.

APPROPINQVARE DEO VOLVNT] Alij ex Heb. 1. appropinquationem, vel accessionem Dei volunt vel ad Deum optant, id est, optare videntur vt sint prope Deum, sitque Deus illis propinquus. 2. vt Deus illis appropinquet cupiunt. 3. accessu Dei delectantur, id est, accessu templi, in quo sedem collocauerat Deus. 4. Forsterus: pugnam, congressum, conflictum Dei voluerunt, id est, volunt congedi cum Deo, & contendere militanter: Est

enim קרבה kerabah, quod hîc ponitur in regimine קרבתי kirbath fæmineum קרב kerab, quod passim in scriptura pro, pralio, conflictu, sumitur. Nonnulli: appropinquationem Dei volunt, id est, appropinquare Deo ad contestationem causæ, & contentionem cum ipso, vt cap. 57. v. 3.

QVARE IEIUNAVIMVS, ET NON ASPEXISTI, &c.] Hunc versum alij ex Heb. reddunt, 1. Quare, inquit, ieiunamus, & tu non aspicias? affligimus animas nostras, & tu ignoras? id est Videris ignorare, nos scilicet ieiunare. q. d. Cur affliximus corpus nostrum ieiuniis, vt nos liberares à calamitate, & tamen non liberaisti? Ecce in die, quo ieiunatis, inuenitis, quod vultis, & omnes labores vestros exigitis, vel facultates vestras, quas scilicet proximis credidistis, vox Hebræa גזבי ghatzabim labores significat, hîc autem pro facultatibus quæ labore acquiruntur, accipienda est. q. d. Dum ieiunatis, nihil remittitis de auaricia vestra, sed curatis sedulo vt inueniatis eos, quos inuenire optatis, nempe debitores vestros, etiam pauperes, vt ab his cum molestia & dolore facultates vestras exigitis. 2. Forsterus: vt quid ieiunamus, & non vidisti? affliximus animam nostram & non cognouisti? ecce in die ieiunij vestri quaritis bene placitum, vel quod libet, & omnes labores vestros exigitis, vel labores vestrorum adigitis, seu angariatis, hoc est, vestros omnes, seu vobis addictos adigitis, vt vobis laborent, eorum labores angariatis. 3. Quare dum ieiunamus, dicitis, non respicis? Propositio summi argumenti à populo abiecti per exostulationem, cuius nomine deinceps cum eo contestatur Deus: est autem argumentum à præsumptione meritorum inanum, vt fuit illius Pharisæi apud Lucam. 18. v. 9. & sequentibus: dum affligimus animam nostram, non agnoscis? En quo die ieiunabitis. Responsio Dei ad exostulationem populi duo complectitur; primum redargutionem hypocriteos popularis, vsque ad vers. 8. inde confirmationem promissionum Dei erga anhypocritas, ad finem vsque capituli. Populi autem peccata veluti digito demonstrantur, primum quod ieiuniorum dies consumunt in maleficiis; deinde quod ieiunia ipsa ad suum usum conferunt, hoc & sequente versu, inuenitis delectationem, vel præstatis id, quod delectat, vt infra vers. 13. id est, rerum vestrarum eo commodius & diligentius satagitis: quod magis vos delectat,

dat, quam vllus cibus aut potus, tanta flagrat avaritia, vt supra cap. 56. v. 11. vt omnes labores vestros exigatis vt Prouerbior. 5. v. 10.

VERS. 4.

ECCE AD LITES ET CONTENTIONES, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. transferunt: 1. *Ecce ad lites & iurgia ieiunatis*: id est, videmini abstinere à cibo & potu, vt liberius vacetis litibus & iurgiis, nam ne eo quidem die abstineteis à litibus. vt percutiatis pugno ad iudicatum, seu reum aut condemnatum: ne ieiunetis vt hodie, vt audiri faciatis in excelsu vocem vestram. 2. *En ad contentionem & iurgium ieiunatis, & ad percutiendum pugno improbitatis, seu improbissimo: non ieiunatis, vt est hac die, vt audire faciatis, siue (prout sunt hac tempora) vt efferatis in excelsum vocem vestram.* quæ germana est causa cur ieiunium Deus instituerit, Leuit. 16. vers. 29. & 23. v. 27. 3. Forsterus: *Pro lite & rixa ieiunatis, &c.* מצח מצחזח, contentio, pugna, rixa, veliatio, proprie, inuolutio, vt Prouerbior. 13. v. 30. vide supra cap. 41. vers. 12.

VERS. 5.

NUM QUID TALE EST IEIUNIUM QVOD ELEGI, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. *Num huiusmodi ieiunium est, quod ego elegi, seu probo, nimirum vt certo die homo affligat animam suam? aut curuet, seu retorquet caput suum tanquam bananum, vel instar iunci? saccum & puluerem sternat, sibi, id est, vt iaceat in cinere & cilicio animo improbo & auaro nihil mutato. Externis debent respondere interna: num istud ieiunium & diem Iehouæ gratum appellabis? 2. An huiusmodi esset ieiunium, quod eligo, dies, quo affligit homo animam suam? an incuruare vt iuncum caput suum? an vt quis cilicium, ac cinerem sibi sternat? simulatò luctu; vt Iob. 2. vers. 8. & 12. an huiusmodi vocabis ieiunium, & diem beneuolentia, seu acceptum Iehouæ? Exortatio præcedentis redargutionis à definitione ieiunij, tribus versibus.*

VERS. 6.

DISSOLVE COLLIGATIONES IMPIETATIS.] Alij ex Hebr. 1. *Aperire nexus additi tibi.* id est, obligationes, & alia huiusmodi creditorum. * 2. *vt dissolvas vincula improba.* 3. *solue vincula iniuria.* quibus debitores per avaritiam & iniuriam constrinxisti. 4. *vt soluat nexus improbitatis.* id est, fratres vestros vobis improbissimè nexui deditos, & in seruitutem tractos, contra legem Leuit. 25. vers. 39. & Deuteronom. 15. Sic Nechemia, 3. vers. 2. De voce חרצבוֹת charizuboth, vincula, nexus, vide in Psalm. 72. v. 4.

SOLVE FASCICULOS DEPRIMENTES.] Alij ex Hebr. 1. *soluere fasciculos ingi.* id est, oppressionis. 2. *dissoluere fasciculos nutationis.* id est, onera fratribus imposita adeo grauias, vt illos inter eundem nutare & & vacillare cogant. 3. *vt dissoluantur fascies lori.* seu *loris vinclos.* id est, sarcinas grauissimas, quibus supra modum oneratis fratres vestros. Nam quo grauiores sunt sarcinae, eo validius compinguntur loris. Sic interdicitur inhumanitate, per synecdochen: vt contra sequente versu imperatur humanitas. 4. *transilire faciendo fasciculos oppressionis.* id est, faciendo vt transiliant, transferantur, auferantur fasciculi, *Maluenda, In libr. Isaie!*

cicuti oppressionis. Fasciculos hinc figurate appellari putant fenora, quæ dum debitores non sunt soluendo, indies augentur & excrescunt quasi in falces. 5. *salutare salire facere, dissoluere fascies dimotionis, vel pertica, vectis, temonis, palanga.* id est, falces tam graues vt palangis, & vectibus dimouendi sunt, & transferendi. De voce מוֹטָה motah, quam nos amotionem vertimus, vide Leuitic. 26. v. 13. Contra omnia exemplaria quidam hic pro מוֹטָה agudoth, legunt similitudine litterarum, מוֹטָה iggeroth, id est, tractatus, chi-rographa, instrumenta contractus, quibus debitores obnoxij sunt. sic enim Hebræi vocant epistolas & scripturas.

ET OMNE ONVS DISRUMPET.] Eadem vox מוֹטָה, quæ paulo ante præcessit varie reddunt: 1. *atque vt omne iugum disrumpatis.* 2. *& omne lorum disrumpatis.* nimirum quo iugum compingitur. Sic infra vers. 9.

VAGOS.] מרדים merudim, vel à רוד rud, vel à מרד marad, varie exponunt, *eiectos, expulsos, exules, extorres, proprie, rebellatos,* id est, expulsos ac si rebelles essent, seu defectos, id est, qui velut ab opibus & viribus defecerunt ac descuerunt, elegante Hebraismo, vel *descensos, depressos, aut deploratos.* Quidam querulos reddunt, seu plorantes; alij substantiuum faciunt, *afflictos aduersitatibus.*

VERS. 7.

ET CARNEM TVAM NE DESPEXERIS.] Hebr. & à carne tua non abscondas te, id est, à fratre tuo, seu cognatis, consanguineisque, qui homini sunt tanquam eius caro: sic Nehem. 5. v. 5.

TUNC FRUMPET.] Hebr. *discindetur, diffindetur, dissecabitur.* id est, scissa in varias partes diffundet se longè lateque. *lux tua.* id est, felicitas, q. d. vt homo per beneficentiam in plures quasi se dissecat; sic prosperitas & felicitas eius latissimè spargetur. Altera pars, nimirum confirmatio promissionum Dei, vt diximus in vers. 3. hypothetica siue conditionalis, si populus integre proximis beneficeret, vsque ad vers. 13. & Deum coleret vers. 13. & 14.

VERS. 8.

LVMEN TVVM.] vel *lux tua.* id est, pax & prosperitas gloriosa, ac splendida: vt Esther 8. vers. 16.

ET SANITAS TVA.] ארחה arubah, proprie, *longum, prolongatio, longauitas, diurnitas, productio, incolumitas, qua vita producitur.* Aliis est, *sanitas, curatio, medela, medicina.* Vide de hac voce in 2. Paralip. 24. v. 13. & Nehem. 4. v. 7.

CITIVS ORIETVR.] Hebr. *festinanter, cito, protinus, germinabit, succrescet, efflorescet.*

ET ANTEBIT FACIEM TVAM IUSTITIA TVA.] Alij: *& anteibit te iustitia tua.* id est, Christus iustitia nostra, Ierem. 23. v. 6. & 33. v. 15. & 1. Corinth. 1. v. 30. vide supra cap. 52. vers. 12.

ET GLORIA DOMINI COLLIGET TE.] Alij reddunt: *gloria Iehouæ extremum agmen tuum aget.* vt Numeror. 20. vers. 25. & supra cap. 52. v. 12.

VERS. 9.

SI ABSTULERIS DE MEDIO TVI CATENAM.] Alij ex Hebr. *si abstuleris de medio tui iugum*. id est, omnem seruitutem & onera aliis imposita. 2. *si amoueris ab animo tuo lorum*. quo iuga compinguntur. id est, si animo, opere & sermone auerfaberis inhumanitatem, & ab ea abstinebis. vt supra vers. 6.

ET DESIERIS EXTENDERE DIGITVM, ET LOQVI QVOD NON PRODEST.] Hebr. *extendere, exerere, porrigere, digitum, & loqui vanitatem*. id est, si desieris porrecto & extenso digito interminari proximo, & probris cum afficere. 2. *porrectionem digiti*. id est, manus ad vllum opus improbrum, aut etiam extremi digiti, emphatice, & loquutionem vanitatis. Fortasse, *extendere digitum*, sit idem quod, *digito loqui*, Proverbior. 6. v. 13. quod est superbiae, aut arrogantiae. vel possit exponi, *extendere digitum*. id est, vel minima re aliquem laedere. vnde Adagium, *Digito attingere*, apud Gilbertum Cognatum Centuria 2. Adagio 182.

VERS. 10.

QVVM EFFVDERIS ESURIENTI ANIMAM TVAM.] Alij: i. *Et si protuleris*. vel *protuleris famelico animam tuam*. id est, benevolentiam seu beneficentiam tuam. q. d. si liberaliter & ex animo dederis de bonis tuis. 2. *Exprompseris vero famelico animum tuum, &c.* id est, ex animo liberaliter, hilariterque communicaueris cum difficultatibus illius.

ORIVTUR IN TENEBRIS LVX TVA, &c.] Alij: *tum*, vel *iam exorietur in tenebris lux tua, & in caligine tua tanquam meridiana lux*. id est, nulla tanta aduersitatum caligo futura est, quin tu pace & laetitia in Domino, velut luce perfruaris: quam duo sequentes versus exponunt.

SICVT MERIDIES.] צהרים *zahoraim* duale: *sicut duo meridies*, vel *sicut uterque meridies*. vide in Genes. 43. v. 16.

VERS. 11.

ET REQUIEM DABIT TIBI DOMINVS SEMPER.] à נוח *nuach* deduxit: plerique à נחם *nachab*. Nam deducet te Iehoua iugiter. id est, placide, & sensim deducet quemadmodum pastor gregem, aut pater puerum suum ducit.

ET IMPLEBIT SPLENDORIBVS ANIMAM TVAM.] variè ex Hebr. exponunt. 1. *& saturam reddet in siccitatibus animam tuam*. id est, tempore famis. 2. *& exaltabit in summa ariditate animum tuum*. 3. *& satiabit in limpiditatibus animam tuam*. id est, in locis aridis & glabris. זאחזאחוב *zachzachoib* geminatum; alibi non inuenitur, & significat propriè *candores, nitores, limpiditates*, vel *limpiditates, claritates*, seu *claritudines*. Et ex notatione thematis potest accipi de splendoribus, & candoribus lucis; & de ariditatibus, siccitatibus, quæ inducunt glabritiem, & limpiditatem, vbi non sunt herbae, nec gramina, nec germina crescunt, quæ terram conuestiant. Geminatio syllabarum auget vocis significatum, quasi dicat, in maximis & summis limpiditatibus.

ET OSSA TVA LIBERABIT.] Alij ex Hebr. 1. *extrahet, eripiet, seruabit à malis*. 2. *relaxabit, vel laxiora reddet*. 3. *expediet, expedita reddet*. 4. *impinguabit, saginabit*.

5. *ossibusque tuis requiem dabit*.

VERS. 12.

ET AEDIFICABVNTVR IN TE DESERTA SÆCVLORVM.] Alij ex Hebr. 1. *Et aedificabunt de te sempiternas solitudines*. 2. *Et instaurabunt opera tua desolationes saeculi*. id est, si sic vixeris, ea opera causa erunt, vt ob frequentiam tuam cogaris instaurare vrbes olim destructas & interruptas, vt in illis habites. Quod enim Hebr. dicitur, *ex te*. exponunt, id est, opera tua, quæ ex te proficiscuntur. 3. *Et erunt ex te, qui aedificabunt deserta longinqui-temporis*. 4. *Et aedificabuntur à te siccitates aternitatis*. id est, ciuitates diruta, seu nudata, quasi exsiccatae habitatoribus, qui vrbibus sunt veluti sanguis & vita. aternitatis. id est, quæ à multo tempore exsiccatae & vacatae sunt. 5. *Aedificabuntque ex te genti desolationes saeculi, seu antiquas, &c.* id est, omnia per te, & tuos quasi recreabuntur, vt cunquæ fuerint conturbata.

FVNDAMENTA GENERATIONIS ET GENERATIONIS SVSCITABIS.] Alij: 1. *fundamenta saeculorum excitabis*. id est, interrupta & imperfecta à multis saeculis. 2. *fundamenta per multas generationes iacencia eriges*.

ET VOCABERIS AEDIFICATOR SEPIVM.] Alij ex Hebr. 1. *vocaberis quoque rupturæ reparator*. 2. *& vocabitur tibi, Sepiens ruinam*. 3. *indeturque tibi nomen Instauratoris ruina*. 4. *denique vocaberis, Instaurator ruina*. vel *septor rupturarum*.

AVERTENS SEMITAS IN QUIETEM.] Alij ex Hebr. 1. *seductor, reductor semitarum ad secure habitandum*. id est, director viarum, quæ ducunt ad loca antea desolata, vt in illis rursum habitent homines. 2. *restituens semitas ad quiescendum, vel ad habitandum*. לשבת *laschabeb*, à שבת *schabath*, ad cessandum, vel quiescendum: à ישב *iaschab*, ad manendum, sedendum, habitandum. 3. *restitutor semitarum in habitationem*. Hispanicus Interpres: *restituidor de calçadas para habitar*. 4. *conuertens semitas vt ambulari possit in eis*.

SI AVERTERIS A SABBATO PEDEM TVVM, &c.] Hunc verum diuersimodè ex Hebr. traducunt: 1. *Si reuertifeceris, vel si reduxeris, aut retraxeris, à sabbato pedem tuum*. id est, ne ambulet in sabbato. Si, inquit, itinera sabbato non conseceris, ex lege: synecdoche, quasi dicat, Si legem obseruaueris. vel *si retraxeris in sabbato pedem tuum, vt non facias voluntatem tuam*. id est, Si sabbato abstineris à faciendo pro libidine tua: *in die sancto meo, & vocaueris sabbatum, Delicias, sanctum Iehoua gloriosum, & honore affecteris illud, vt non facias vias tuas, neque inuenias voluntatem tuam, neve loquaris verbum*. 2. *Si reduxeris à sabbato pedem tuum, facere beneplacitum tuum in die sanctitatis mee, & vocaueris sabbatum, Delicium sancto Iehoua honoratum, & honoraueris eum non faciendo vias tuas, non inueniendo beneplacitum tuum, neque loquendo sermonem*: id est, abstinendo à verbis leuibus, & ad mundanam sapientiam, vel voluntatem compositis. 3. *Si auerteris pedem tuum sabbato, quo minus facias tuam voluntatem, id est, tua negotia in die sancto meo: tum vocabis ad sabbatum delicatum, vt sanctificetur*.

VERS. 13.

Et honoretur Iehoua: si, inquam, honoraueris ipsum ita ut neque vias tuas feceris, neque voluntatem tuam inueneris, neque verbum tuum loquaris. 4. Si auerteris à sabbato pedem tuum, ne facias id, quo delectaris, die sancto meo, & vocaueris sabbatum, Delicias, sanctumque Iehoua honoratum, honorauerisque ipsum non exercendo vias tuas, non praestando id, quo delectaris, aut loquendo verbum. de eo:

Sabbatum delicatum. Försterus reddit: [Sabbatum delicis, seu deliciarum. ita quoque Aenariius. Sed Mercerus: vel potius sabbatum, delicias, vel delictum: nam nomen procedens non est in regimine.] Imò potius Seghol in his formis indicat regimen.

ET SVSTOLLAM TE SVPER-ALTI-
TVDINES TERRÆ.] Alij ex Hebr. 1. & equitare-faciam te super excelsa terra. id est, imponam te excelsa terræ. hoc est, reducam te in terram sanctam, vt habitas in ea. 2. & vobi faciam te super excelsa terra. Allusio est ad locum Deuteronom. 32. vers. 13. Sed hic de caelesti & spiritali terra est sermo. 3. & vebam te supra excelsa terra. alludit ad situm Iehudææ, quæ montosa & excelsior alijs perhibetur.

VERS. 14.

OS ENIM DOMINI LOQVVTVM EST.] Alij: quia os Iehoua loquitur. Aetiologia promissionum omnium à persona Dei, transitionem comparans ad confutationem sequentem.

CAPVT LIX.

Potens ac benignus est Deus ad saluandum Iudeos: sed iniquitates eorum, quas propheta persequitur, impediunt ne exaudiantur ac saluentur: propter quas & consitentur se iuste à Deo desertos, & excæcatos, affligi varijs malis: de furore Domini in malos, & benignitate erga penitentes.

Vulg.

Malu.

Nam. 11.
c. 23.

1



Ece non est abbreviata manus Domini ut saluare nequeat, neque aggravata est auris eius ut non

Sup. 50. a. 2.

exaudiat:

2 Sed iniquitates vestra diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret.

Sup. 1. d. 15.

3 Manus enim vestra pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate: labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem fatur.

Iob. 15.
d. 35.

4 Non est qui inuocet iustitiam, neque est qui iudicet verè: sed confidunt in nihilo, & loquuntur vanitates: conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem.

5 Oua aspidum ruperunt, & telas aranea texuerunt: qui comederit de ouis eorum, morietur: & quod confotum est, erumpet in regulum.

6 Tela eorum non erunt in vestimento, neque operientur operibus suis: opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum.

Pro. 1. b. 16.
Rom. 3.
c. 15.

7 Pedes eorum ad malum currunt, & festinant ut effundant sanguinem innocentem: cogitationes eorum cogitationes inutiles: vastitas & contritio in viis eorum.

Maluenda, In libr. Isaia.

1



T non decurtata fuit manus IHVH de saluare: & non aggravata fuit auris eius de audire.

2 Quia si prauitates vestra fuerunt separantes inter vos ad inter ELOHIM vestrum: & errata vestra absconderunt facies de vobis de audire.

3 Quia volæ vestra volutione contaminata fuerunt in sanguine, & digiti vestri in prauitate: labia vestra loquuta fuerunt falsitatem, lingua vestra iniustitiam meditabitur.

4 Non vocans in iustitia, & non iudicatus in fide: confidere super inordinatione, & loqui præcipitantiam, concipere laborem, & parere concupiscentiam.

5 Oua basilici disciderunt, & foramina aranei textent: comedens de ouis eorum morietur; & compressum discindetur vipera.

6 Foramina eorum non erunt vestimento, & non cooperiri sese facient in factura concupiscentia, & opus violentia in volis eorum.

7 Pedes eorum malo current, & festinauerunt ad fundere sanguinem vacuum: excogitationes concupiscentia; deuastatio & contractio in stratis uis eorum.

a ON 15
chi im
quinimo
b curuitates, distor-
tiones, per-
uerfitates
c curuitates,
palme
d vi v. 2.

e grauidant
labore

f telas,
sic v. 6.

g vs v. 31

h inuocum,
infontem,
innocentem

AAa 2 8 Viam

8 Viam pacis nescierunt, & non est iudicium in gressibus eorum. semita eorum incuruat & sunt eis: omnis qui calcet in eis, ignorat pacem.

9 Propter hoc elongatum est iudicium à nobis, & non apprehendet nos iustitia: expectauimus lucem, & ecce tenebrae; splendorem, & in tenebris ambulauimus.

10 Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus: impigimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui.

11 Rugiemus quasi vrsi omnes, & quasi columbae meditantes gememus: expectauimus iudicium, & non est; salutem, & elongata est à nobis.

12 Multiplicatae sunt enim iniquitates nostra coram te, & peccata nostra responderunt nobis: quia scelera nostra nobiscum, & iniquitates nostras cognouimus.

13 peccare & mentiri contra Dominum: & auersi sumus ne iremur post tergum Dei nostri, ut loqueremur calumniam & transgressionem: concepimus, & locuti sumus de corde verba mendacij.

14 Et conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longè stetit: quia corruit in platea veritas, & aequitas non potuit ingredi.

15 Et facta est veritas in obliuionem: & qui recessit à malo, prada patuit: & vidit Dominus, & malum apparuit in oculis eius, quia non est iudicium.

16 & vidit quia non est vir: & aporiatus est, quia non est qui occurrat: & saluauit sibi brachium suum, & iustitia eius ipsa confirmauit eum.

17 Indutus est iustitia ut lorica, & galea salutis in capite eius: indutus est vestimentis ultionis, & opertus est quasi pallio zeli.

18 Sicut ad vindictam quasi retributionem indignationis hostibus suis, & vicissitudinem inimicis suis: insulis vicem reddet.

19 Et timebunt qui ab Occidente, nomen Domini: & qui ab ortu solis, gloriam eius: cum venerit quasi fluius violentus, quem spiritus Domini cogit:

20 & venerit Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus.

21 Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus: Spiritus meus, qui est in te, & ver-

8 Viam pacis non cognouerunt, & non iudicium in magalibus eorum: semitas suas hypocritauerunt sibi: omnis vians in ea, non cognouit pacem, Super sic longinquauit iudicium de à nobis, & non attinget nos iustitia: expectauimus lucem, & ecce tenebrositas; splendoribus, in caliginibus ambulabimus.

10 Palpabimus sicut cæci parietem, & sicut non oculi palpabimus: impigimus in duobus-meridiebus sicut crepusculo; in afflationibus sicut mortui.

11 Frememus sicut vrsi omne nostrum, & sicut columbi meditari meditabimur: expectabimus iudicio, & non; saluti, longinquauit de à nobis.

12 Quia multiplicatae fuerunt transgressiones nostrae praesentia tua; & errata nostra respondit in nobis: quia transgressiones nostrae ad nos, & prauitates nostrae, cognouimus ea.

13 Transgredi, & denegare in IHVH, & retrocedere de post ELOHIM nostrum: loqui fraudulentiam, & discessionem; concipere, & meditari de corde verba falsitatis.

14 Et retro-agi-fiet post iudicium, & iustitia de longinquo stabit: quia impexit in platea fides, & rectitudo non poterit ad venire.

15 Et fuit fides decongregata, & discedens de malo, despoliare-fefaciens: & vidit IHVH, malum fuit in oculis eius, quia non iudicium.

16 Et vidit quia non vir; & afflare se ipsum-fecit quia non occurrere-faciens: & saluabit sibi brachium eius, & iustitia eius ipsa sustinuit eum.

17 Et vestiuit iustitiam, sicut thoraca & galea salutis in capite eius: & vestiuit vestimenta vindictae, indumentum, & obtexit sicut pallio, zelo.

18 Sicut super retributiones, sicut super pacificabit; ardorem coangustantibus suis, retributionem malevolentibus suis; insulis retributionem pacificabit.

19 Et timuerunt de vespera ad nomen IHVH, & de exortu Solis ad grauitatem eius: quia veniet sicut flumen coangustans; Spiritus IHVH fugans in eo.

20 Et veniet Tziioni redimens, & reuertentibus transgressionis in Iaghakobo; Fidelis sermo IHVH.

21 Et ego istud fœdus meum ad eos, dixit IHVH; spiritus meus qui super te, &

i peruerterunt
x vna quaque carum

l Rugiemus
gememus
m omnis
vel omnia
nos

m erratorum
nostrorum
vnum
quodque
o apud, pe-
nes nos v
nobiscum
p nostras
q ca

r posterius,
retrorsum
fidelitas,
constantia,
veritas
r rectum

u vt v. 14.
x vel ei
y induit se
iustitiã
x lorica:
vide 1. Sa-

muel 1 17. 5.
aperuit se,
obruit se,
amicuit se
b pallium,
zelum

e reddet, re-
tribuet, re-
pender, per-
soluet, per-
ficiet, inte-
grabit.

sic post.
d æstus-irã,
æstuantem-
iram)

e coarctato-
ribus, op-
pressoribus
fab occi-
dente
g gloriam,
splendorem,
maiestatem
dignitatem
h quum

i vt v. 18.
k redemptor,
vindex
l vide in
Genes. 22. 16.


Ephes. 6.
c. 17.
1. Theff. 5.
b, 8.

Rom. 11.
d. 26.

ba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dicit Dominus, a modo & usque in sempiternum.

verba mea, quæ posui in ore tuo; non amovebuntur de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dixit IHVH, de nunc & usque ad æternum.

m ex hoc tempore n in seculū



COMMENTARIA.

VERS. I.



ECCE NON EST ABBREVIATA MANUS DOMINI, &c.] Tertia pars concionis, ut dictum est cap. 58. v. 1. Nimirum confirmatio redargutionis, promissionumque præcedentium; qua propheta primum potentiam Dei, & voluntatem asserens vers. 1. peccata & calamitatum causas populo exprobrat, usque ad versum 9. deinde cum suo ipsius, tum populi totius nomine confitetur illa coram Deo, usque ad versum 16: postremo confirmat, Deum potentia sua propter se promissiones suas nihilominus effecturum in Christo, usque ad versum 21; denique conclusio concionis, vers. 21. Hunc versum dilucidius alij ex Hebræa transfundunt.

1. Ecce manus lehoua non est mutila, quo minus seruare possit; neque aggravata auris eius ut non exaudiat. 2. Et non est breuior manus lehoua quam ut seruet, neque grauior auris eius quam ut audiat.

VERS. 2.

SED INIQUITATES VESTRÆ DIVISERVNT, &c.] Alij hunc versum ex Heb. 1. Sed iniquitates vestra diuellunt inter vos, & inter Deum vestrum: & peccata vestra abscondunt vultum eius a vobis, ne exaudiat. 2. Sed iniquitates vestra determinant, velut interiectus paries, ut Exechiel. 43. v. 8. inter vos & inter Deum vestrum; & peccata vestra faciunt ut occultet faciem a vobis ne exaudiat.

VERS. 3.

POLLUTÆ SVNT.] נגאלו negoalu. Est tamen, inquit Forsterus, hoc verbum irregulare, & compositum ex præterito passivæ vocis primæ coniugationis ierregulari, nempe ex Niphal, & ex præterito passivæ secundæ coniugationis scilicet ex Puhial, vel Pohal; & communicat significatione cum verbo geminato גלל ghalal, deuoluit. Et quia res, quæ voluntantur vel in sanguine, vel in stercore, aut re alia immunda, contaminantur; quare volutationem cum contaminatione, & è diverso contaminationem ex volutatione simul importat, atque hanc vicissitudinem seu consequentiam prophetas voluisse significare hac compositione arbitror: ut hîc. Quoniam manus vestra volutatione contaminata sunt in sanguine. Et Lamentation. 4. vers. 14. Marinus existimat, hanc compositionem ad augendam significationem adhibitam, q. d. Vehementer, mirum in modum volutatione-pollutæ sunt sanguine.

Lingua vestra iniquitatem fatur. Alij: 1. & lingua vestra iniquitatem concinnat. 2. & lingua vestra iniuriam sonat. 3. & lingua vestra perversitatem meditatam effert.

VERS. 4.

NON EST QUI INVOCET IUSTITIAM.]

Alij: 1. Non est, qui clamet pro iustitia, vel ad iustitiam, id est, iuste increpet proximum suum errantem. 2. Nemo est, qui clamet pro iustitia, id est, causam iustam agendam suscipiat.

NEQUE EST QUI IUDICET VERE.] Heb. & non iudicatus in fide, seu fideliter. ודווא נישפחא, participium Niphal, exponunt: nemo in ius vocatur, seu iudicio contendit cum fidelitate. Alij: 1. neque est, qui iudicet pro veritate. 2. nemo iudicatur ex fide & veritate. à iudicibus. 3. & nemo, qui disceptet pro fide, id est, qui pro pugnet fidem & integritatem.

SED CONFIDVNT IN NIHILLO, &c.] Alij ex Heb. 1. confidere super inordinatione, & loqui mendacium, concipere laborem, & parere vim. 2. confidere rebus vanis, & loqui vana, concipere laborem, & parturire vanitatem. 3. confidere super inanitate & loqui vanum, concipere laborem & parere mendacium. Infinitivus pro finitis modis: vnde quidam reddunt: quisque confidit rei inani, & loquitur vanum, concipit laborem, & parit mendacium, ut Psal. 7. vers. 15.

In nihilo. Heb. super inordinationem, seu indigestionem, vel incompositionem, vbi nihil ex ordine aut ex dispositione fit: sic se res habet vbi nulla est iustitia aut veritas. Forsterus reddit: confidunt super inordinatione. Quo nomine putat intelligi idola ipsa & falsam, atque impiam, idololatricamque doctrinam: ut supra cap. 29. v. 21.

VANITATES.] Heb. precipitantiam: temeritatem. Alij: vanitatem: vanum: falsitatem: falsum: mendacium, vel adverbialiter: frustra: in vanum.

LABOREM.] Heb. molestiam: ærumnam: perversitatem: miseriam. nec absurde hîc quidam sumunt pro prava doctrina, & impio cultu.

INIQUITATEM.] Heb. concupiscentiam: pravam cupiditatem: vim: iniuriam. Et possit hîc accipi pro falso cultu & idololatria, ut alibi sapius, sic infra vers. 6. & 7.

OVA ASPIDVM RUPERVNT.] De voce וזאז רזיפגבני, quam hîc aspidem plerique sequuti LXX. & Nostrum exponunt, vide supra cap. 11. v. 8. & Prouerbior. 23. v. 32. Quidam hîc reddunt: Oua aspidis rumpunt. Qui ova aspidum frangunt, noxium sibi opus faciunt: nam rupto ovo erumpit aspis, quæ venenum infligit effractori oui. 2. Oua hamorrhoi excludunt, &c. Allegoriæ vehementissimæ ad figurandam malitiam animorum, & vanitatem operum, atque perniciem, quibus nedum aliis, sed etiam sibi ipse exitium accersunt.

VERS. 5.

ET TELAS ARANEÆ TEXTUNT.] Heb. *foramina aranei textent*, id est, telas ipsas, quibus araneæ ora foraminum suorum per-textunt : vt Iob 8. v. 14. quæ similitudo in vers. 6. exponitur.

QUI COMEDERIT DE OVIS EORVM MORIETVR, ET QVOD CONFOTVM EST, ERVMPET IN REGVLM.] Alij ex Heb. 1. *qui de ovis eorum ederit, morietur: si vero quis conculcauerit, egredietur vipera*. 2. *& compressum frangetur, & egredietur aspis*. 3. *etiam qui aspergitur, quasi irrumpat vipera*. Gradatio elegantissima. q. d. Etiam qui asperguntur guttæ istorum venenatorum ouorum seu operum, is per inde afficitur, ac si parente in ipsum vipera irrueret : tanta in est vis malo.

QVOD CONFOTVM EST.] *הזורב hazzoreb*, à *זר* zur, *compressum*. à *זרזר* zarab, *sparsum*. Est enim Pahul. Forsterus reddit : *& si unumquodque compressum fuerit, ex eo erumpet regulus*. vel *& si comprimantur, erumpet vipera*. *אפעה ephēh*, *vipera*, vt Iob 20. v. 16. vide supra cap. 42. v. 14.

VERS. 6

TELÆ EORVM NON ERVNT IN VESTIMENTVM, &c.] Alij hunc versum ex Heb. efferunt : 1. *Ex telis eorum non confit vestis, vt otcribus suis sese tegant : opera enim eorum opera sunt vana, & opus violentiæ in manibus eorum*. 2. *Tela eorum non erunt pro panno, neque operient se factis suis* : id est, vtcunque aliis sint damnosi, nihil tamen utilitatis ad ipsos peruenturum est : *facta illorum sunt facta iniqua, & opus violentiæ in manibus eorum*.

VERS. 7.

PEDES EORVM AD MALVM CVRRVNT, &c.] Hæc verba, inquit, non tantum ad Iudæos istius temporis pertinuisse ostendit Apostolus Romanor. 3. v. 15. & sequentibus : sed etiam ad omnes homines, quatenus deficiuntur gloria Dei, & considerantur extra Christum. Quapropter etiam propheta ipse cum populo suo communiter peccata sua confitetur vers. 9. & sequentibus.

VASTITAS ET CONTRITIO IN VIIS EORVM.] Exponunt, id est, studia eorum sunt in eo composita, vt diripiant & conterant. Alij : *vastitas & contritio in aggeribus illorum est*, id est, in viis aggestis ipsorum studio.

VERS. 8.

VIAM PACIS NESCIERVNT, &c.] Hunc versum quidam ex Heb. reddunt : *Viam pacis ignorant, & nullum est ius in orbitis illorum* : id est, neque apud se, neque cum aliis sciunt pacem colere, vt supra cap. 57. v. 20. & 21. *semitas suas depravant sibi, quisquis incedit per eam siue per aliquam earum, expers est pacis*, id est, per illorum importunitatem nemo degit in pace & prosperitate, vt sequens confessio peccatorum ostendit. de voce *מגאל maghal* quam nos *magale* exponimus, vide supra cap. 26. v. 7.

VERS. 9.

PROPTER HOC ELONGATVM EST IVDICIVM, &c.] variè hunc versum ex Heb. efferunt : 1. *Idcirco longe exulat à nobis iudicium* id est, sinit nos Dominus iniuste affligi : vt *iustitia ad nos non possit pertingere*, vel *neque apprehendet nos iustitia*, id est, neque secundum iustitiam vlciscetur Dominus iniuriam nobis illatam : *expectabamus lucem, & ecce tenebra* ; *splendorem, in caligine versamur*,

id est, pro felicitate, quam expectabamus ; calamitatem fumus consequuti. 2. *Idcirco procul existente iure à nobis* : secunda pars confirmationis, qua propheta & populus confirmantur iustitiam castigantis Dei, & peccata sua, vt dictum est in vers. 1. *& non assequente nos iustitia*, nimirum quamuis nos ea persequutus sit misericors Dominus ; *dum expectamus lucem, ecce tenebra*, id est, omnis aduersitas, vt contra lucis nomine prosperitatem significari diximus supra cap. 58. v. 8. *splendores, in caliginibus ambulamus, aut summum splendorem expectantes, in caliginibus ambulamus*.

VERS. 10.

PALPAVIMVS SICVT CÆCI PARIETEM, &c.] Alij : *Palpamus, atrectamus, velut cæci parietem, velut defecti oculis palpamus, inquam : offendimus ipso meridie tanquam intempesta nocte in rebus pinguisissimis similes mortuis sumus*, id est, ita conturbati sumus iusto Dei iudicio, vt ne presentibus quidem commodis iisque amplissimis sciamus vti.

Palpauimus, verbum *פגש* *gaschasch*, cuius hic Futurum plurale bis ponitur, non alibi in Scriptura inuenitur, aiunt esse, ad-mouere manum tentandi seu experiendi causâ, atrectare, quod Latini dicunt *palpare*. neque dubitant ad hunc locum Isaia respexisse Petrum Epistola 2. cap. 1. v. 9. illis verbis : [*Nam cui non sunt hæc, is cæcus est, & manu viam tentans*.] Sed istud, *manu viam tentans*, Interpretis Latini est, nam Græca Petri illic expendemus.

QVASI IN TENEBRIS,] Heb. *sicut crepusculo nocturno* Alij : *tanquam intempesta nocte*, sed nimium differt à crepusculo intempesta nox. Seruius in 3. *Æneidos*, ad versum.

Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat, has noctis partes ponit : *crepusculum*, quod & *vesper* ; *sax*, qua lumina inconduntur : *con-cubium*, quo nos quieti damus : *Intempesta*, id est, media : *gallicinium*, quo galli cantant : *conticinium*, post cantum gallorum : *silentium aurora* vel *crepusculum* : *matutinum*, tempus, quod ante solem est, vide eundem in 2. *Æneidos*, ad versum,

Tempus erat quo prima quies &c.

& Varronem lib. 5. de Lingua §. 2. Idem Seruius, noctem interpeptam exponit, altam, densam, crassam, inactuofam, mediam, nimium obscuram, carentem tempore ad agendum.

IN CALIGINOSIS.] *באשמנים baaschmannim*, in *asmannim*, quidam faciunt *Aleph* addititium, & *Nun* radicale, exponuntque : *in pinguedinibus, oleis, ungentis, vel in rebus pinguisissimis*, hoc est, rerum omnium affluentia. Alij ab *אשם ascham* vt *Aleph* sit radicale, & *Nun* aduentitium, varie que reddunt : *in desolationibus, desertis* : *in locis desertis ac sordidis spurcisque* : *in locis desolatis, solitariis* : *in sepulcris*. Forsterus :] *Plurale aschmannin, sepulcra, loca super quibus afflatur, damnata & rea mortuorum, Iesaiæ 59. in afflandis sicut mortui, id est, in locis damnatis, qua propter immunditiam nefas erat attingere*. Existimo autem non leui coniectura illam esse vocem, quæ Christus lingua sua est vsus Matth. 23. v. 27.

[V2,

[Væ, inquit, vobis Scribis & Phariseis, hypocritæ, quia similes estis sepulcris dealbatis, quæ foris quidem apparent speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & πᾶσις ἀκαθαρτίας, omnique impunitate, spurcitia, immundicia. Vbi interpret hoc nomen pluralis numeri *aschmannim*, voce vniuersali, *Omni*, deinde ipsum nomen, nomine ἀκαθαρτία, quo non potuit inuenire significatione magis propriam reddere studuit.] Hæc Forsterus, à cuius coniectura non absunt Forerius & Mercerus. Qui ait *aschmannim* esse loca damnata à quibus abhorretur, quæ flecti abominamur. Auenarius *desolationes, turpitudines, loca turpia, & omnibus spurcitiis plena interpretatur*, Reuchlinus, *loca immunda & desolata*. sensumque huius loci ita concipiunt: Quemadmodum mortui locis illis tetricis, & abominandis alligati non inde exeunt, ita nos nostris flagitiis & immunditiis dediti, vel squalore & situ calumitatum adobroti, in eis hæremus, volutamur, impingimus, ruimus, labimur, vt nunquam nobis illucescat, sicut neque mortuis.

VERS. 11. RVGIEMVS QVASI VRSI OMNES.] Alij: 1. Vociferati sumus veluti vrsi omnes nos. 2. Freminus sicut vrsi quotquot sumus. 3. Fremebamur omnes vt vrsi.

ET QVASI COLUMBÆ MEDITANTES GEMEBAMVS.] Alij: 1. gemendo gememus. 2. susurrando susurrabimus. 3. garriendo garrimus. 4. & velut columbæ indefinenter gemimus. 5. & sicut columbæ incessanter gemebamus.

EXPECTAVIMVS IVDICIUM, &c.] Alij: 1. expectabamus iudicium; ac nusquam erat, salutem, & longe abstitit à nobis. 2. expectamus ius, nimirum à Domino, qui populi sui salutem curæ sibi futuram pròmittit, sed nullum adest; salutem, sed procul abest à nobis.

VERS. 12. MULTIPLICATÆ SVNT ENIM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. Quia multiplicatæ sunt prauaricationes nostra coram te, & peccata nostra respondent nobis, vel testimonia dicunt contra nos. accusant nos: nam prauaricationes nostra super nos sunt, & iniquitates nostras agnoscimus. 2. Nam multiplicatæ sunt defectiones nostra coram te, & peccatorum nostrorum quodque testatur contra nos: defectiones enim nostra sunt penes nos, & iniquitates nostra; agnoscimus ista.

VERS. 13. PECCARE ET MENTIRI CONTRA DOMINVM, &c.] Alij ex Hebr. hunc versum elucidant: 1. videlicet prauaricari & mentiri aduersus Iehouam, deficere post tergum à Deo nostro, loqui calumniam & defectiorem, eiaculari & concinnare ex corde falso sermones. 2. nempe nos deficere, & mentiri in Iehouam, & auertere nos à sequendo Deo nostro: loqui oppressionem & apostasiam; concipere & mentiri ex animo verba falsa. 3. transgredi & abnegando contradicere in Iehoua; & retrocedere post Deum nostrum, loqui fraudem & defectiorem; concipere & sanare ex corde verba fallacia.

CALVMNIAM.] פשוט *ghoschek*, hypocritiam, fraudem, fraudulentiam, oppressionem, imposturam.

ET TRANSGRESSIONEM.] ירָוֹ sarab, discessionem, recessiorem, dimotionem, auersionem, apostasiam, rebellionem, contumaciam, inobedientiam, defectiorem. vide supra cap. I. v. 5.

CONCEPIMVS.] ירָוֹ horo infinitum quidam à ירָוֹ irab deducunt, iacere, eiaculari, profundere. Alij, à ירָוֹ barab, concipere.

VERS. 14. ET CONVERSVM EST RERORSVM IVDICIUM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. transferunt: 1. Et retroactum est iudicium, & iustitia à longe stat; quia concidit in platea veritas, & æquitas nequit prodire, vel ingredi, subaudi, cœtum nostrum. quasi dicat, Idcirco Deus suo iudicio nobis non subuenit, neque iustitiam seu salutem nobis impendit: quia nullum locum apud nos habet iustitia, veritas, æquitas, rectitudo: labor in medio ciuitatis & iniustitia: non deficit de plateis eius iniquitas & dolus, & cætera. 2. Sic auersum est retrorsum ius, & iustitia è longinquo consistit: quia corrui in platea veritas, & æquitas non potest incedere. nimirum per plateam, id est, quia ne in publico quidem veritatem & æquitatem colimus, vt sequente versu confirmat.

VERS. 15. ET FACTA EST VERITAS IN OBLIVIONEM.] Participium נֶגְדַרְתָּ neghdereth, ita exponit Forsterus: Et fuit veritas redacta, scilicet in angustum: vt grex aliquis in caulam coarctatur, ita veritas introclusa est, ne passim in publico doceatur Forerius: Et est veritas collecta. verbum, inquit, notat veritatem in angustum redactam, & veluti domi reclusam, vel euanuisse, & de medio sublatam. Sanctes & alij: Et fuit veritas deficiens. Tremellius, Iunius, Buxtorfius: Imo est ipsa veritas de-esse-facta, sublata, detracta, desiderata. Nam hunc vsus esse verbi נֶגְדַרְתָּ ghadar in Niphal & Pihel exempla passim obuia confirmant: Vide Lexicon Forsteri Pag. 571. Nos diximus, decongregata, quasi disiecta, & à cœtibus & congregationibus hominum eiecta. Quidam reddunt: Factum est vt veritate exulante.

PRÆDÆ PATVIT.] Participium Hithpahal מִשְׁחַוֵּל mischiholel significatum auget: despoliare-se-faciens. vel despoliat se, id est, præbet se aliis despoliandum: spoliat seipsum, certissime & quam-maximè. Alij reddunt: præda-fuit expositus, vel præda exponit seipsum. R. Scelomoh, Tremellius, & Iunius: facit vt aberrans stultus, fatuus, & insanus, habeatur, à שָׁלַח schalah, vel שָׁחַל schal. id est, propinat se deridendum omnibus cum suo iustitiæ & æquitatis studio, adeò corrupta sunt tempora: vt 2. Reg. 9. vers. 11. & Sapient. 5. vers. 4.

ET VIDIT DOMINVS, ET MALVM, &c.] Alij ex Hebr. 1. hæc cum videret Iehoua, displicuit in oculis eius quod non esset iudicium. 2. quod videt Iehoua, & malum videtur in oculis eius, nullum esse ius. Conclusio confessionis anantapodotos. q. d. ac proinde nos ita seuerè castigat Deus.

VERS. 16. ET VIDIT QVIA NON EST VIR, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. explanant: 1. vidit quoque (idque obstupescens & admirans) quod

quod nemo esset, subaudi vir iustus, nemo, inquam, esset qui se apponeret, id est, qui Deum deprecaretur: tunc salutem praestitit ei brachium eius, & iustitia eius fulciuit eum. id est, Tunc, quia mundus iustificari non poterat sua iustitia, Deus sua potentia & bonitate motus & adductus, statuit mittere seruatores. In-nixus est sua bonitate. id est mouit eum, & produxit ad opus bonitas eius: ducta signifi-catione ab iis, qui dum iter faciunt, humeris aliorum innituntur & fulciuntur. 2. quum itaque vidit nullum esse virum. Tertium confir-mationis membrum, quo Deus misero po-pulo & peccata sua confitenti (vt ante vidi-mus) asserit se nihilominus praestitutum pro-missiones suas, vt dictum est in vers. 1. Itaque primum Dei potentiam velut armatam, fi-gurat, humanitas, duobus versibus; deinde effecta, nimirum publica ipsius iudicia in aduersarios, conseruationem Ecclesiae tri-bus alijs sequentibus. & obstupuit nullum esse interueniorem, seu intercessorem, id est, hominem vllum piuum, qui posset intercedere ad seruan-dam Ecclesiam, nisi idem fuisset Deus. salutem attulit ei, nimirum virum, qui neque seipsum poterat sistere coram Deo, neque pro altero intercedere; sed iam erat in peccatis mor-tuus, Ephesior. 2. vers. 1. brachium ipsius, id est, Christus, potentia Dei, & sapientia Dei 1. Corinthior. 1. vers. 24. & iustitia ipsius, id est, idem Christus, qui factus est nobis sapientia à Deo, iustitiaque & sanctifica-tio & redemptio 1. Corinth. 1. vers. 30. hac fulciuit eum, nempe virum, de quo pau-lo ante.

ET APORIATVS EST.] De verbo Απορίω vide Interpretes hinc & in 2. Corinth. 4. vers. 8. & seorsim Henricianum Thesaurum Tomo 3. Colum. 167. & sequentibus. Hebraicum fu-turum וַיִּשְׁתַּחֲוֶהוּ *ijschthomeh* ex formula Hich-pahel, variè exponunt, Sanctes: & admi-ratus est. Leo Iudas: idque obstupescens & admirans. Marinus, Auenarius, Schindle-rus, Tremellius, Iunius, Buxtorfius, ac pas-sim alij: & obstupuit. Mercerus: & obstu-puit, attonitus fuit, & veluti desolatus. quod vernacule, inquit, dicimus *esperdu*, vel *estourdy*. nempe Gallice: nam Hispanicè di-ceremus: *quedo aturdido*. Possis reddere: & stupende desolatus fuit. Forsterus: & afflauit se. id est, velut flatu quodam exhorruit. In-terpres Hispanicus: & abominatus est. Fore-rius: & deuouit seipsum. Hebraicum verbum inquit, hoc in loco est seipsum tanquam culpabilem damnare, veluti qui negligenti-am suam incusant; & sibi maledicunt ob malum rei successum, quasi dicat, seipsum afflauit. humanitas dictum, quo significat Deum sortem nostram vehementer doluisse. Sed vnde hinc deuouendi significatio? quæ si vera fuisset, erat sanè instituto aptissima, vt se Deus, suumque caput pro salute humani ge-neris deuoueret: de prisco Romanorum ritu deuotionis satis constat ac multa de eo Iaco-bus Gutherius lib. 4. De Veteri iure pontificio, cap. 15. Sed Hebræi in deuotionibus potius vsurpant verbum הֶחֱרִיחַ *hecherim*, quam וַיִּשְׁתַּחֲוֶהוּ *ijschthomeh*.

ET IUSTITIA EIVS CONFIRMAUIT EVM.] Hebr. ista omnia complectuntur: & iustitia eius ipsa sustinuit, sustentauit, fulciuit eum, ne caderet. vel iustitiâ eius ipsâ innixus fuit, incubuit.

INDVTVS EST IUSTITIA VT LORICA, &c.] Ex Hebr. ita alij hunc versum ex-planant: Nam induit iustitiam, videlicet Christus interuentor noster, regnum sata-næ, potestatemque tenebrarum debellaturus: quasi lorica, vt Ephesior. 6. v. 14. & galeam salutis capiti suo imposuit, vt Ephes. 6. vers. 17. & 1. Thesalon. 5. vers. 8. induit, inquam, vestium vltionis indumentum, & amicit se zelo quasi pallio.

Galea salutis. galea וַיִּשְׁחָב *ieschughab*. quo sane alluditur ad nomen seruatoris nostri *Iesuah*.

ET OPERTVS EST QVASI PALLIO ZELI.] Alij: 1. & indignatione, vel studio vltionis, amictus est vice pallij. 2. & induit sese emula-tione tanquam pallio.

QVASI AD VINDICTAM, &c.] Alij ex Heb. versum reddunt: 1. Quasi propter retribu-tiones, quasi ad reddendam vindictam hostibus suis, retributionem inimicis suis, insulis, seu in-sularibus retributionem reddet. 2. Vt propter retributiones & sicut olim fecit, vt sic retribuere-t iram hostibus suis; sic reddet retributionem ini-micis suis, in sularibus retributionem reddet. id est, Quemadmodum olim Dominus vltus est iniuriam filiorum Israel, quam acceperant ab Ægyptiis, ita perdet inimicos Christi sui, etiam insulares, hoc est, remotissimos. 3. Vt propter retributiones, & vt vicem rependeret, sic retribuere hostibus suis retributionem, & inimicis suis in sularibus retributionem reddet. q. d. Vt olim perdidit Ægyptios, qui iniuria affecerant Israelitas vt illis rependeret tam iniu-riam; ita funditus perditurus est ho-stes Christi quoscunque, etiam pro-cul habitantes à terra Sancta. 4. Sicut vir zelat retributiones, sicut zelat vt reddat iram hostibus suis, retributionem inimicis suis: insularibus retributionem reddet. 5. Ac omnino talis erit furor, qualis esse solet quum reddatur & rependitur hostibus suis & inimicis suis, vt vi-cissitudinem reddat insulis. 6. Iuxta retribu-tiones, sic reddet ardorem hostibus suis, retribu-tionem inimicis suis. id est, iuxta ea, quæ in hostes fieri solent, sic reddet hostibus suis; vel iuxta ea, quæ hostes ipsi intulerunt, rependet eis: spoliauerant, spoliabuntur; captiuos abduxerant, captiuos abducentur; seruitute presserant, illam experientur; occiderant, occiden-tur. reddet ardorem, seu furorem. & ea, quæ furor ministrare solet, damna, mortem. hosti-bus, inimicis suis. & hominis; mortem, diabo-lum, peccatum intelligit: nam mortem de-struxit, peccatum eneruauit, diabolum de-lumbauit. insulis retributionem reddet. nempe aliud genus retributionis, id est, pro falso deorum cultu, verum Dei; pro turpibus & deprauatis moribus, sanctos, & puros, &c. 7. Plane secundum facta, plane secundum ea re-pendet, excandescens hostibus suis, retribu-tionem inimicis suis; insulis ipsis retribu-tionem rependet: id est, omnibus ad vnum re-pendet,

VERS. 17.

VERS. 18.

pendet, etiam longinquissimis. 8. Hispanicus Interpres: *Como para dar pagos, como para pagar, seu tomar vengança de seus enemigos, dar el pago a sus aduersarios: a los Iffas dara el pago. q. d. omnes æque aduersarios in hostium numero habebit.*

VERS. 19. ET TIMEBUNT QUI AB OCCIDENTE, &c.] Hunc versum alij alij ita reddunt: *Et reuertentur inde ab occasu nomen Iehoua, & inde ab ortu solis gloriam eius: quum innuadente tanquam fluuio hoste, spiritus Iehoua contra eum incurrit. id est, Quum exundantem summo impetu contra Ecclesiam ipsius, non tantum stiterit suo spiritu, vt vento vehementissimo, sed etiam perdomuerit atque expulerit hostem. Comparatio aquarum exundantium cum hostibus Ecclesiae, vt Psalm. 123.*

QUUM VENERIT QUASI FLUVIUS VIOLENTVS, QVEM SPIRITVS DOMINI COGIT.] Alij ex Heb. 1. *quum venerit sicut fluuus, hostis, spiritus Iehoua fugabit eum. 2. quando veniet velut flumen arctum, seu arctatum, in quod ventus Iehoua fugat illud. id est, impellit. 3. quoniam veniet sicut fluuus, hostis, quem ventus Iehoua impellit. 4. quum venerit velut fluuus, hostis. Spiritus Iehoua erigens vexillum in eum. Vel exaltabit vexillum contra eum. q. d. instruet aciem, & exercitum sub signis habebit contra hostes Ecclesiae. נוספאב, potest esse præteritum aut participium quadratum à נוס, fugauit vel fugans. Vel à נסאס, vel נסאס, quasi dicas, vexillauit, erexit vexillum. Vel erigens vexillum. Foretius non tam recte exponit: *quum ventiet quasi fluuus arctatus, spiritus Iehoua fugit cum eo.* Nam hoc experimento didicimus, si cum fluuus præceps decurrit, ventus quoque validus ab eadem parte emissus, quasi cum aquis ipse fugiat, multo vehementiorem esse aquarum impetum, quam si ex opposito, aut nullus flaret: Sic aduentus Iehouæ rapidissimo flumini comparatur, cuius impetus vento adiutus omnia quæque rapit ac prosternit. Impetum & cursum Euangelij intelligit, qui*

omnem mundi gloriam strauerit, per Spiritum Sanctum.

SPIRITVS DOMINI.] Seu Iehoua. vel ipse Deus, seu Spiritus sanctus. Vel ventus vehemens immissus à Deo.

ET VENERIT SION REDEMPTOR, &c.] VERS. 20. Hunc versum alij ex Heb. reddunt. *porro ipse Tzizoni, & eis, qui de Iahakob à perfidia transgressionis respuerint, veniet redemptor, dictum Iehoua. 2. & aduenerit Tzizoni. id est, Ecclesiae, vt sequentia sonant: vindex, & conuersis à defectione in Iahakobo; dictum Iehoua. Citat hunc locum Paulus Romanor. 11. v. 26. Foretius reddit; & captiuitatis transgressionis in Iahakobo; manifesta hallucinatione pro נשחאב sc habe cum Cametz & Tzeri, legens נשחאב sc hebi cum scena, & Chirik, ex verbo. Et reuertentibus transgressionis, pro, conuersis à transgressione, defectione, iniquitate, &c.*


HOC FOEDVS MEVM CVM BIS.] Heb. VERS. 21. Et ego, istud fœdus meum ad eos. Illud, Et ego, putant vel esse iurantis per reticentiam, vel quasi dicat, Et ego seruo istud fœdus meum cum eis. aut ego sum, qui loquor. Alij volunt esse expletiuam particulam, & augere significatum, q. d. Et hoc est fœdus meum, fœdus, inquam, meum. Vide in Genes. 27. v. 34. Quidam reddunt: *De me autem, subaudi, dico, vel affirmo, seu ait Iehoua, quod mox additur. vel quod ad me attinet, hoc erit fœdus meum cum istis. ait Iehoua; Spiritus meus, qui est in te, subaudi, ô Christi Ecclesia, &c. Conclusio ab elegantissima promissione Spiritus Dei & Christi mansuri in æternum cum Ecclesia eius, & docturi omnia, quæ dixit Christus, Ioann. 14. v. 16. 17. & 26. & capitibus sequentibus. Illud autem, de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui ait Iehouab; de hoc tempore usque in æternum. perspicue docet perpetuam fore in Ecclesia Christi successionem episcoporum ac singulariter Romanor. pontificum, in quibus iugiter maneat Spiritus Dei, & certa ac infalibilis diuinorum dogmatum doctrina.*

CAPVT LX.

Ecclesia ad exultationem excitatur, quod in ea Domini gloria reluceat, ad quam accessura sunt plurimæ nationes, & quæ ad eam non venerint peribunt: in qua pax, iustitia & laus Dei inuenientur, ablata iniquitate: eritque Dominus ei in lucem sempiternam & gloriam.

Vulg.

Malu.

1  Vrge, illuminare Ierusalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est.

2 Quia ecce tenebra operient terram, & caligo populos: super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur.

1  Vrge, ^a luceſce, quia venit lux tua; & grauitas IHVH super te exorta fuit.

2 Quia ecce tenebrositas cooperiet terram, & caligo populos: & super te exorietur IHVH, & grauitas eius super te videbitur.

^a has lucida, iustum nara
b gloria, honor, splendor, maiestas, &c. sic v. 2.

3 Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in splendore onus tui.

Suprà 49.
n. 18.

4 Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: filij tui de longè venient, & filia tua de latere surgent.

5 Tunc videbis, & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi,

6 Inundatio camelorum operiet te dromedarij Madian & Epha: omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes.

7 Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth ministrabunt tibi: offerentur super placabili altari meo, & domum maiestatis mea glorificabo.

8 Qui sunt isti, qui ut nubes volant, & quasi columba ad fenestras suas?

9 Me enim insulae expectant, & naues maris in principio, ut adducam filios tuos de longè, argentum eorum, & aurum eorum cum eis, nomini Dei tui, & sancto Israel, quia glorificauit te.

10 Et aedificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi: in indignatione enim mea percussisti te: & in reconciliatione mea misertus sum tui.

Apoc. 21.
8. 25.

11 Et aperientur portae tuae iugiter: die ac nocte non claudentur, ut afferatur ad te fortitudo Gentium, & reges earum adducantur.

12 Gens enim, & regnum quod non seruiert tibi, peribit: & Gentes solitudine vastabuntur.

13 Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus, & pinus simul, ad ornandum locum sanctificationis meae: & locum pedum meorum glorificabo.

14 Et venient ad te curui filij eorum qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuarum omnes qui detrahebant tibi, & vocabunt te Civitatem Domini, Sion sancti Israel.

15 Pro eo quod fuisti derelicta, & odio habita. & non erat qui per te transfiret, ponam te in superbiam saeculorum gaudium in generationem & generationem:

16 & suges lac Gentium, & mamilla regum lactaberis, & scies quia ego Do-

3 Et ambulabunt gentes luci tuae, & reges splendori exortus tui.

4 Leua circuitu oculos tuos, & vide: omne eorum congregati fuerunt, venerunt tibi: filij tui de longinquo venient, & filiae tuae super latus credentur.

5 Tunc videbis, & conflues; & ex-pauescet, & dilatabitur cor tuum: quia vertetur super te multitudo maris, strenuitas gentium veniet tibi.

6 Copia camelorum cooperiet te, dromades Midjan & Ghephah, omne eorum de Sceba venient: aurum & thus leuabunt, & extollentias IHVH euangelizabunt.

7 Omnis ovis Kedar congregabitur tibi; arietes Nebajoth ministrabunt tibi: ascendent super beneplacitum altaris meum; & domum decoris mei decorabo.

8 Qui isti sicut densa-nubes volabunt, & sicut columba ad foramina eorum?

9 Quia mihi insulae expectabunt, & naues Tharsis in prima, ad venire-facere filios tuos de longinquo; argentum eorum & aurum eorum ad eos: nomini IHVH ELOHIM tui, & sancto Israelis quia decorauit te.

10 Et aedificabunt filij nothi muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi: quia in efferuescentia mea percussisti te, & in beneplacito meo inuisceraui te.

11 Et aperient portas tuas iugiter, die & nocte non claudentur: ad venire-facere ad te strenuitatem gentium, & reges eorum abducti.

12 Quia gens & regnum, quae non seruiert te, auferentur: & gentes exficari exsiccabuntur.

13 Grauitas Libani ad te veniet; b fraxinus, tæda, & taxus vnite: ad decorare locum sanctuarij mei; & locum pedum meorum aggrauabo.

14 Et ambulabunt ad te procumbere filiis affligentium tuorum; & procumbere-sefe-facient super volas pedum tuorum omnes incessentes tui: & vocabunt tibi, urbem IHVH, Tziionem sancti Israelis.

15 Sub esse te derelictam & exosam, & non transfrens: & ponam te in superbiam aeterni, gaudium generationis & generationis.

16 Et suges lac gentium, & mammam regum suges: & cognosces quia ego

e Abundantia, affluentia, redūdantia
d omnis eorum, vel omnes ij
e grex, pecus
f adminiftrabunt,
g tibi
h ornatus, gloriae
i ornabo
v. 9. 13.
k fenestras suas?
l adducendum
m penes, apud eos
vel cum eis
n ad nomen
o ad Sanctū
p genitium singularis,
extranei,
alienigenae
q ut v. 7.
r feruente, bulliente.
s pumante
ira, excaudentia
t intra viscera mea
recondi
u tota die
v ut v. 9.
x ab ductos
y colent
z tollentur
ē medio,
disperibunt
a ut v. 1.
b de his tribus vocibus
vide c 41.
19.
c vnā, simul;
pariter
d sacrarij
e honorificabo, gloria
rificabo
f incuruando se, proferendo se, demississime
g odiatam,
odio habitam
h datius in superbiam, elationem
i saeculi, aeternitatis

minus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob.

17 Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum; & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum: & ponam visitationem tuam pacem, & prepositos tuos iustitiam.

18 Non audietur ultra iniquitas in terra tua, vastitas & contritio in terminis tuis, & occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio.

19 Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor luna illuminabit te sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.

20 Non occidet ultra sol tuus, & luna tua non minuetur: quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus tui.

21 Populus autem tuus omnes iusti, in perpetuum hereditabunt terram. germen plantationis mea, opus manus mea ad glorificandum.

22 Minimus erit in mille. & paruulus in gentem fortissimam: ego Dominus in tempore eius subito faciam istud.

ego IHVH saluans tuus, & redimens tuus. ABIR Iaghakobi.

17 Sub ære venire- faciam aurum, & sub ferro venire- faciam argentum, & sub lignis æs, & sub lapidibus ferrum: & ponam visitationem tuam pacem, & angariantes tuos iustitiam.

18 Non audietur adhuc violentia in terra tua; deuastatio & confractio in terminis tuis: & vocabis salutem muros tuos, & portas tuas extollentiam.

19 Non erit tibi adhuc sol luci per diem, & splendor luna non lucere- faciet tibi: & erit tibi IHVH luci æterni, & ELOHIM tuus decor tuo.

20 Non veniet adhuc sol tuus, & luna tua non colligetur: quia IHVH erit tibi luci æterni; & pacificabuntur dies luctus tui.


21 Et populus tuus omne eorum iusti æterno hereditabunt terram: surculus plantationum eius, factura manuum mearum ad decorare- se- facere.

22 Paruus erit mille, & minor genti offerat: ego IHVH in tempore eius festinare- faciam eam.

κ vindex
I Pro ære,
loco aris.
sic deinceps.

in arboribus
n ultra, am-
plius, deina-
ceps. sic
v. 19 201
o vide in
Genes. 6.
v. 11.
p vs v. 11.
q vs v. 15.
sic v. 20.
r occumbet
s omnis
corum, vel
omnes ij
t datus. in
æternum, in
sæculum
u mearum
x datus. in
mille
y cōpactæ,
cōsolidatæ
z suo
a id

Apoc. 21.
g. 21. & 22.
4. 5.



COMMENTARIA.

VRES. I.



VRGE, ILLUMINARE IERUSALEM, &c.] S. Hieronymus: [Porro nomen Ierusalem, quod hic à LXX. ponitur, in Hebraico non habetur, & obelo prænотandum est,] Verum Ecclesia ex LXX. in Latina Editione, quam authenticam decreuit, hæcenus retinuit, eamque in officio diuino publicè decantat. Postquam Deus, inquit, se vnum auctorem salutis Ecclesie fore confirmavit propter gloriam suam præcedente capite nunc demum Ecclesiam comparata hac salute excitat, vt Dei beneficia erga se agnoscat, & iis in sempiternum perfruatur. Sunt itaque huius capituli tres partes in vniuersum: prima, qua Deus Ecclesiam ad lucem Euangelij perfundendam excitat, tribus versibus: secunda, qua narrat vocationem efficacem, ministerium, & officia gentium ad Ecclesiam confluentium, à vers. 4. ad 15. tertia, qua narrantur beneficia, quæ Deus ipse in Ecclesiam ex Iudæis & gentibus adhatam collaturus est; inde ad finem vsque capituli. Quidam reddunt: Surge, luce, splendescet, lucida esto. id est, o Ecclesia, da operam vt vera luce Euangelij perfundaris. 2. Surge, illuminare, id est, edificare. nam edificatio & propagatio Ecclesie, est lux & gloria, quæ eam illustrat. 3. Surge, luce, id est, Maluenda, In libr. Isaia.

lucernam siue facem Euangelij, qua tu illustrata es, gentibus præfer. Illud, surge, vel est adhortantis, pro Eja, agendum, &c. more Hebraico, vel surge à somno peccati & infidelitatis, aut à tenebris calamitatum, & afflictionum ad lucem fidei, gratiæ & gloriose felicitatis.

QVIA VENIT LVMEN TVVM.] Alij: quandoquidem aduenit lux tua. Christus, qui idem lux vera est, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum. Ioann. 1. vers. 9.

ET GLORIA DOMINI, seu IEHOVÆ, SVPER TE ORTA EST.] id est, gloriosum ministerium Euangelij per Christum, vt ostendit Apostolus 2. Corinth. 3. vers. 7. & sequentibus, & cap. 4. vers. 4. Alij gloriam Iehouæ hinc Christum accipiunt, qui est gloria patris.

QVIA ECCE TENEBRÆ OPERIENT TERRAM ET CALIGO POPVLOS.] Quidam hæc parenthesi includunt: (Nam ecce tenebræ operiunt terram, & caligo nationes) & super te oriatur Iehoua, &c. id est, ad hæc gentes sedent in tenebris ignorationis Dei.

SVPER TE AVTEM ORIETVR DOMINVS, &c.] Alij: & super te oriatur Iehoua, & gloria eius super te conspicua erit. id est, est,

VERS. 2.

est, hic exortus perlustrabit gentes alias illustratione Evangelij Christi, vt supra cap. 2. vers. 2. & sequentibus: quod sequente versu explicatur. *Gloriam Iehoua.* gloriam miraculorum Christi intelligunt.

VERS. 3. ET AMBVLABVNT GENTES IN LVMINE TVO, &c.] Alij hunc versum reddunt: 1. *venientque gentes ad lucem tuam, & reges ad splendorem tibi exorientem.* id est, ad lucem & splendorem Evangelij. 2. *vt accedant gentes ad lucem tuam, & reges ad splendorem exortum tibi.*

VERS. 4. LEVA IN CIRCVITV OCVLOS TVOS.] Alij: *Attolle circumquaque oculos tuos, & aspice.* Secunda pars, vt diximus in vers. 1. qua Deus per hypotyposin demonstrat quantus repente futurus sit fructus prædicationis Evangelij, nimirum. quod concursuræ sunt gentes infinito numero, hoc versu & sequente; Deumque in Ecclesia cultura, & ei ministraturæ, à v. 6. ad 15.

OMNES ISTI CONGREGATI SVNT, VENERVNT TIBI.] 1. *omnes isti congregantur venient tibi.* 2. *omnes isti congregantes se accedunt tibi.* vide hoc hemistichium supra cap. 49. vers. 18.

ET FILIÆ TVÆ DE LATERE SVRGENT.] S. Hieronymus: *& filia tua lac surgent.* vnde non dubitant quidam in Nostro legere, *sugent.* & ita ab ipso scriptum putant. Ex Hebr. ad verbum; *& filia tua super latus credentur.* תאמנא *theamanah*, quidam plurale, alij singulare faciunt, *credetur*, id est, vnaquæque filiarum tuarum credetur. Alij reddunt: *& filia tua ad latus. vel iuxta latus, nutrietur, muricabuntur. educabuntur.* vel *ad latus confirmabuntur, stabilientur.* seu *ad latus reginarum fouebuntur.* Tremellius & Iunius: *ad latus nutricantur, vel ad latus tanquam à nutritiis apportantur;* vt supra cap. 49. vers. 22. *illis reddere: & filia tua ad latus fideliter nutrientur.*

VERS. 5. TVNC VIDEBIS.] תארי *thiri*, si à תרא *raah*, videbis: si à יארא *iara*, timebis. Quidam exponunt: *Tunc timebis, &c.* Amplificatio elegantissima ad figurandum maximam concursionem gentium, ab eo, quod fere euenit humanitus: quemadmodum, inquit, si repente maximas turbas concursantes videris, primum commouetur animus illius, deinde magis illis confirmatur; ita futurum est vt commouearis præ multitudine hominum se adunantium tibi, & obstupescat animus tuus admiratione, vt Actor. 10. v. 45. Alij: *Tunc videbis.* scilicet multitudinem filiorum.

ET AFFLVS] Alij: *deinde conflues*, id est, deposito tandem timore, vicissim populis concursantibus, officiosè gratulatura, atque exceptura, vt Actor. 10. v. 45. & 11. v. 1. & sequentibus. 2. *& disflues*, seu *afflues.* omni copia bonorum. Vel instar fluminis, qui ripas suas transgreditur, & effluit, late amplificaberis. 3. *& illuminaberis, splendebis*, id est, vultu splendido & hilari eris: nam tristes & incæsti dicuntur Hebræis obscuro, vel magno splendore & gloria eris.

ET MIRABILIVR, ET DILATABITVR COR TVVM.] Alij: 1. *obstupescet, & latum*

erit cor tuum. 2. *expauescet quidem, sed dilatabitur cor tuum.* id est, lætitia & charitate erga illos, vt 2. Corinth. 6. vers. 11. & 7. vers. 13.

QUANDO CONVERSA FVERIT AD TE MULTITVDO MARIS.] Alij ex Heb. 1. *quod copia maris ad te conuersa fuerit.* 2. *quando mutabitur erga te fremitus maris,* id est, quando gentes, quæ prius tanquam furens mare perniciem tibi minari videbantur, mutatis animis accedent tibi: vt sequentia verba explicant. Quidam, *multitudinem maris*, exponunt, *multitudinem insularum, & transmarinarum gentium, quæ ad Ecclesiam confluræ erant, vt Afros, Græcos, Italos, Hispanos, Gallos, Germanos &c.* Nec defunt, qui copiam, diuitias maris interpretentur: sic enim vox חמון *hamon* sumi videtur Psal. 36. 16. & Ecclesiast. 5. v. 9. quasi dicat, *transmarinas diuitias inuehendas in Ecclesiam.*

FORTITVDO GENTIUM VENERIT TIBI.] Heb. *strenuitas gentium venient tibi;* vox חיל *chajil* omnia ista præfert: *vis, vires, robur, exercitius, copia, acies, opes, facultates, opulentia gentium accedent tibi.* Quidam exponunt, *præclarissimi & præstantissimi quique gentium, ad te venient.* sic vers. 11.

INVNDATIO CAMELORVM OPERIET TE.] **VERS. 6.** Alij: *Abundantia camelorum obruet te.* 2. *Agmen camelorum operiet te.* id est, terram tuam: sunt autem omnia hæc allegorice dicta ratione Iudææ, vbi tunc stabat Ecclesia, & ex vicinis regionibus ad eam confluebant.

DROMEDARII.] בכרה *bichrah* fæmineum, cuius hoc loco ponitur plurale masculinum syntacticum, BICRE. [*Nomen animalis inquit Forsterus, sic appellati à velocitate, qua alia omnia anteuertit, Græci Dromedarium vocant.* Chaldaus paraphrastes vertit, ינקה *ianeka*, lactentem, id est, camelum, alij volunt esse nabin, alij camelopardalim, alij iuuenem camelum, qui postquam ab lactatus est, dicatur גמל *ghamal.*] De nabi & camelopardale, vide Plinium lib. 8. cap. 18. Quidam reddunt: *dromades.* Linius lib. 37. cap. 40. [*Et camelis quos appellant dromades.*] id est cursorios. Aristoteles lib. 9. de Historia animalium, cap. 50. vel 79. [*Cameli currunt celerius quàm Nisei equi.*] Suidas: [*Nisæum locus est Persidis, ubi nascuntur equi celerrimi, qui vocantur Nisæi.*] Alij vero dicunt esse *magnum Media campum, cui nomen est Nisæum.* Hic igitur campus equos magnos producit:] Horum equorum meminit Lucianus de conscribenda Historia. Diodorus Siculus lib. 3. Numero 125. [*Camelorum armentis Arabes pascendis vacant, quorum usus ad maxima vitæ negotia illis paratus est.* Ex his contra hostem pugnant: horum tergis onera vectant, & expedite cuncta peragunt: horum lac bibunt, ij nutrimenta eis præstant. Dromedaris quoque camelis totam regionem percurant.] Philostratus lib. 2. de vita Apollonij cap. 3. [*Camelis ad cursum vtuntur Indi, iisque vno die mille stadiorum iter conficiunt.*] Scaliger Exercitatione 209. ad Cardanum, §. 2. [*Camelorum species tres: prima dicitur ab Arabibus, hugin: proceri sunt ij ac bene surrecti, beneque habiti: ante quadrinatum inuiles: tum mille*

mille pondo Italica gerit, qui probatissimus: septingentorum iusta sarcina est. Altera species vocatur bechet; ij sunt, quos Aristoteles ait, geminos habere gibbos, Bactrianos agnoscit ille. Non nisi in Asia inueniri, docent historia Africana: Tertia species, raguahit; parui sunt, atque ad sarcinas inepti, quare pro equis utuntur, ianta velocitate ac potentia, ut amplius centum miliaria vno die conficere dicantur: idque paucissimo cibo, nullo potu contenti. Dromedarios vocant nostri mercatores.] Ergo hic BICRI, camelos paruos, pullos camelorum, dromadas, dromedarios, exponunt, a cursus velocitate. q. d. è variis regionibus Asiaticis, camelis adultis & minoribus ad te munera deferentur. MADIAN.] Heb. Midian. de quo vide in Genes. 25. v. 2.

ET EPHA.] Heb. Ghephah populi inter Madianitas à primo Madianis filio dicti, de quo Genes. 25. v. 4.

DE SABA. Heb. Scheba, cum Schin dextro: vide in Genes. 10. v. 7.

VERS. 7.

OMNE PECVS CEDAR CONGREGABITUR TIBI.] vel omnes greges Kedaris, congregabuntur ad te. de Kedare. vide in Psalm. 119. vers. 5.

AREEVES NABAIOTH.] vel Nebaiothi, qui Nabathais in Arabia Petraea nomē dedit, primogenitus Iischahele, Genes. 25. v. 13.

OFFERENTUR SVPER PLACABILI ALTARI MEO, ET DOMVM MAIESTATIS MEAE GLORIFICABO.] Alij ex Hebr. 1. & ascendent super, in beneplacito, altare meum. id est, sacrificabuntur mihi oves illæ, & erunt mihi grata illa sacrificia. vel & sacrificabunt super ara, qua mihi placet, & domum magnificentia mea decorabo. 2. ascendent in benevolentia altare meum, accepti erunt, quoniam domum ornatus mei ornabo. 3. Forerius: ascendent iuxta acceptionem altaris mei, &c. id est, quantum quantum altari meo placuerit, vel quantum cupierit, ut voluntas figuratè rei inanimatæ tribuatur, vel super acceptionem altaris mei: id est, super altare mihi acceptissimum & gratissimum: hypallage: sed רצון ratio non est in regimine. Aliqui RATZON hinc adiectiuum faciunt: ascendent ad beneplacitum vel ad bene gratum, altare meum id est ad altare meum mihi beneplacitum & gratum, vel substantiue: ad beneplacitum, pro suo beneplacito & bona voluntate. ut exponitur hæc vox Lucæ 2. vers. 14.

VERS. 8.

QUI SVNT ISTI QUI VT NAVES VOLANT &c.] Alij ex Hebr. Cuius sunt, inquit, isti: verba sunt mimetica velut mirantis Ecclesiæ & obstupescens ad aspectum tantæ propagationis, ut supra cap. 49. v. 21. qui ut densa nubes conuolant. id est, confertis agminibus, atque leuissimè: nam leuitas nubium est propria, ut supra cap. 19. v. 1. & velut columna ad fenestras suas: id est, columbarij sui. nam columbæ quæ naturâ sociales sunt, cum pijs, & columbarium cum Ecclesia comparatur.

VERS. 9.

ME ENIM INSVLÆ EXPECTANT, ET NAVES MÆRIS IN PRINCIPIO.] Alij ex Hebr. 1. Quia insula me expectant, vel in me spem collocabunt, & naues maris ut ab initio.

id est, ut primum tempore Salomonis deseruabant aurum ex Ophir. 2. Nam me insula expectabunt, & classis Oceani in primis. Exortatio præcedentis promissionis vers. 7. qua allegorice demonstrat Deus, primum, pios omnes operam consumptos in ornanda Ecclesia, duobus versibus: deinde Ecclesiam vicissim omnibus apertam fore, vers. 11. postremo hostium alios iudicio Dei perituros, vers. 12. alios verò Deo se tandem, & Ecclesiæ ipsius submissuros, ut canque fuerint magnifici, v. 13. & 14. & classes Oceani in primis. id est primum quidem in me habebunt fidem, deinde vero propter me in ornanda Ecclesia mea laborabunt; & quidem ornanda perennis ac rebus suis omnibus pro facultate sua, ut sequentibus verbis explicatur. 3. Quoniam mihi insula spe intentæ erunt, & naues Tharsis hoc est magnæ & onerariæ, cum prima, seu primaria, seu prætoria naui, quæ solet alias præcedere, & maior esse, ac ducem totius classis portare. q. d. non vna aut altera naui, sed multæ & integra classis cum sua prætoria, mihi erunt intentæ, & parebunt, ad adducendum, &c.

naues maris. Heb. naues Tharsis. vide supra cap. 2. v. 16.

in principio. Exponunt, à multo iam tempore.

QUIA GLORIFICAVIT TE.] Quidam: quando ornabis te, præsentia sua & sanctificatione spiritus per verbum.

VERS. 10.

IN INDIGNATIONE ENIM MEA PERCVSSI TE, ET IN RECONCILIATIONE MEA MISERTVS SVM TVI.] Alij: quem ferore meo percussero te, & benevolentia mea miserebor tui. ut supra cap. 54. vers. 8. & 57. vers. 16.

ET APERTENTVR PORTÆ TVÆ IUGITER &c.] Alij: Nam apertas tenebunt portas tuas iugiter &c. nimirum ministri Ecclesiæ, quorum opera Deus vitur, ut singulis horis animæ lucrifiant Christo, & intromittantur in Ecclesiam.

VERS. 11.

VT APPERATUR AD TE FORTISSIMO GENTIUM, ET REGES EORVM ADDVCANTVR.] Alij: ut adducant ad te opes gentium: id est, bellicosissimas gentes. Hoc impletum est quum Romani adiuncti sunt Ecclesiæ. 2. ut introducant ad te copias gentium, etiam regibus earum adductis. vide supra vers. 5.

ET REGES EORVM ADDVCANTVR.] Hebr. & reges eorum abducti, abacti, subaudi erunt, ut more gregum in caulam Domini abigantur, & sancta, liberaque vis vocacionis insinuetur, iuxta illud Euangelij, Compelle eos intrare.

VERS. 12.

GENS ENIM ET REGNVM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. exponunt: Nam gens ipsa & regnum; qua non seruient tibi, peribunt, & hæc gentes penitus desolabuntur. Anticipatio obiectionis; quæ oritur ex præcedente versu: At periculum est, dixerit quispiam, ne si portæ iugiter pateant, hostes Ecclesiæ eo facilius in ipsam inuolent. Minime verò, inquit propheta, nam aut peribunt illi diuinitus, hoc versu: aut sub iugum missi ministrabunt tibi, vers. 13. & 14.

VERS. 13. GLORIA LIBANI AD TE VENIET seu Perveniet, &c.] Exponunt, id est, per istos tanquam mancipia & serviles operas, præstabitur tibi ministeria omnia, quæ opus erunt ad excolendum te. allegoria sumpta à Nethinæis servis Schelomonis, & aliis, quorum fit mentio I. Paralipom. 9. vers. 2. & Ezræ 2. v. 43. & 8. v. 20. & Nechem. 3. vers. 26. Alij allegoriam esse volunt à pulcherrimis arboribus, quæ adhibentur ad ornandum ædificium. q. d. extruetur Ecclesia ex præstantissimis gentibus.

AD ORNANDVM LOCVM SANCTIFICATIONIS, &c.] Alij: ad ornandum, seu decorandum locum sanctuarij mei. id est, templum meum, quod est Ecclesia, vt locum pedum meorum cohonestem. vel vt gloriose prædicem locum pedum meorum. id est, Ecclesiam, in qua habito, & ambulo, quæ est scabellum pedum meorum.

VERS. 14. ET VENIENT AD TE CURVE FILIJ EORVM QVI MVMILIAVERVNT TE.] Alij: 1. Venient autem ad te incurui. id est, demisso in terram vultu, filij eorum, qui te afflixerunt. 2. Et adibunt te demittendo, seu demisse filij affligentium te.

ET ADORABVNT VESTIGIA PEDVM IVORVM OMNES QVI DETRAHEBANT TIBI.] Alij ex Hebr. 1. & procident ad plantas pedum tuorum, quicumque te blasphemauerunt. vel qui ante te spernebant. 2. & incuruabunt se ad plantas pedum tuorum quicumque spernebant te. 3. & prosternentur ad plantas pedes tuorum omnes incessentes, insectantes te. vel insectatores tui. 4. & supplicabunt super vestigia pedum tuorum omnes, qui te insectabantur.

VERS. 15. PRO EO QVOD FVISTI DERELICTA ET ODIO HABITA.] siue exosa, &c. Tertia pars, exponens beneficia, quibus Deus ipse Catholicam Ecclesiam suam prosequitur est, vt diximus in vers. 1. quæ beneficia generationi promissa hoc versu, sequentibus exornantur.

ET NON ERAT QVI PER TE TRANSIRET.] Alij: adeo vt nullus per transiret. per te, quod penitus de vastata & deserta esses.

PONAM TE IN SVPERBIAM SÆCVLORVM, GAVDIVM IN, &c.] Alij: ponam te excellentie sæculi: hypallage, pro, contra disponam tibi excellentiam perpetuam, gaudium cuiusque generationis. 2. claram te reddam in perpetuum, & letam in omnem posteritatem.

VERS. 16. ET SVGES LAC GENTIVM.] id est, quidquid pingue, opimum, dulce, suave, optimum fuit in gentibus, obtinebis, eo frueris, &c.

ET MAMILLA REGVM LACTABERIS.] Heb. & mammas regum suges. Vide supra c. 49. vers. 23. contra nunc reges, ô dedecus! Ecclesiam emungunt & exugunt.

FORTIS IACOB.] ABIR Iabakobi. Robustissimus, Potentissimus, hic proprium epithetum Dei: vide in Genes. 49. v. 24.

VERS. 17. ET PONAM VISITATIONEM TVAM PACEM.] Varie ex Hebr. transferunt. 1. & ponam pro præfectura tua, pacem. id est, pro illis, qui præficiuntur tibi, pro præfectis tuis,

dabo tibi homines amantissimos pacis. q. d. præficiam tibi homines pacificos. 2. & ponam oppressionem tuam pacem. id est, veram in prosperitatem. 3. & ponam requisitionem tuam pacem. vel inquisitionem, officium inquisitionis, quo præfecti tui & rebus, & actionibus tuis inquirent, cum primis pacificum, rectum, integrum. Quid si recte ad officium sanctæ inquisitionis salubriter in Ecclesia institutum respiciat? 4. & ponam tributum tuum pacem. id est, non solves ultra tributum. 5. & imponam præfecturam tuam pacis. seu tibi præfectos pacis. 6. & ponam præfecturam tuam, vel episcopatum tuum, sic enim hæc vox redditur Psal. 108. vers. 8. & id proprie significat, pacem. id est, munus & officium pastorum, episcoporum, magistratum tuorum, pacificum, tranquillum, pacatum, salutare. Quantum sane fuit hæc hactenus numerus sanctissimorum episcoporum Ecclesiæ, qui rem ecclesiasticam diuinitus administrarunt. Et si hæc de magistratibus Ecclesiasticis, & politicis vniuersè accipi queant: singulariter tamen in pontificatum seu episcopatum Romanum mirificè competunt, quem posuit Deus in Ecclesia pacem, id est, vt pacem inter dissidentes principes, & fideles Ecclesiæ componat, vt omnia in pace & tranquillitate contineat, tueatur, conseruet. quæ dicat. Supremum Iudicem controuersiarum religionis. vel pacem, id est, opulentissimum, prosperrimum, fortunatissimum, felicissimum, hæc enim nomine pacis in Scriptura solent designari, aduersus quem portæ inferi nunquam sunt præualitura.

ET PRÆPOSITOS TVOS IUSTITIAM.] Hebr. & exactores, exactores, angariatores tuos iustitiam. id est, iustissimos & æquissimos. Alij: exactoresque iustitiae tibi. subaudi, imponam. Prælati Ecclesiæ non debent esse exactores tributorum, sed iustitiæ à suis subditis, vt ab iis exigant opera iustitiæ & vt vitam in sanctitate & iustitia agant.

ET OCCVPABIT SALVS MVROS TVOS, &c.] מַשְׁלַחַת Iesughah, salus alludit ad nomen Iesah. Alij reddunt: 1. & vocabis salutem muros tuos, & portas tuas laudem. q. d. in muris tuis erit summa pax, in portis vero canentur laudes Deo, non enim audientur clamores hostium. 2. sed prædicabis salutem in muris tuis, & in portis tuis laudem.

NON ERIT TIBI AMPLIVS SOL, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: Non erit tibi amplius sol in lucem diurnam, & quod ad splendorem noctis, luna non illustrabit te: sed erit tibi Iehona luci perpetuæ, & Deus tuus ornameto tibi.

NON OCCIDET VLTRA SOL TVVS, &c.] id est, prosperitas tua illustrior futura est luce ipsa solis & lunæ, quam allatura est tibi perpetua præsentia Domini, vt altera pars versus indicat.

ET LVNA TVA NON MINVTVR.] Heb. non colligetur, abscondetur, deficiet, recipies se, auferetur.

QVIA ERIT TIBI DOMINVS IN LVCEM SEMPITERNAM, &c.] Vide Apocalyp. 21. v. 23.

COMPLEBUNTUR DIES LUCTUS TUI.] Heb. & pacificabuntur. vel finientur, absoluentur, perficientur dies luctus tui. Non male alij: re-
pendentur. nam pro diebus luctus rependeretur tibi æternum gaudium.

VERS. 21. POPVLVS AVTEM TVVS OMNES IVSTI, IN PERPETVVM HEREDITABVNT TERRAM.] Alij ex Heb. Et populares tui, quotquot erunt iusti, in saculum hereditario iure possidebunt terram. viuentium.

GERMEN PLANTATIONIS MEÆ.] Variè alij: 1. Virgultum plantationum mearum. id est, filij tui, seu populares tui edent opera bona, producent fructus bonos, vnde homines cognoscent illos esse à me plantatos. 2. ut surculus plantarum eius. Exponunt, ut surculus, id est, Christus, cui tanquam surculo à stirpe Daudis, supra cap. 11. v. 1. insita sunt Ecclesie membra à Domino. plantarum, id est, piorum Ecclesie membrorum, qui tanquam malleoli aur taleæ inoculantur aut emplastrantur in Christo per Spiritum, vt sit Ecclesia vna gloriosa in ipso: sic infra cap. 61. v. 3. eius. nimirum populi, qui nominatus est principio vers. Hebraice est duplex lectio, in textu legitur cum vau, מַטְּאֵי מַטְּאֵי מַטְּאֵי, plantationum eius: in margine vero מַטְּאֵי מַטְּאֵי

gbei, plantationum mearum.

OPVS MANVS MEÆ AD GLORIFICANDVM.] Alij: 1. opus manuum mearum, ad glorificandum me, siue vt glorificer. 2. opus manuum mearum ad ornandum me ipsum. 3. iungunt superioribus: vt surculus plantarum eius opere manuum mearum gloriatur, id est, vt Christus cui tanquam surculo insertæ sunt plantæ fidelium, benedictione mea gloriatur, sequente versu.

MINIMVS ERIT IN MILLE, &c.] Hunc versum alij ex Heb. 1. Parua familia credentium crescet, vel sobolescet in mille, & exigua domus in gentem robustam: ego Iehoua accelerabo istud tempore suo. 2. Paruus erit in millenos, & exiguus in gentem numerosam. Explicatio præcedentis allegoriæ, fore vt quemadmodum inoculata planta in ramos plurimos diffunditur admirabili Dei operatione: sic piorum etiam minimus in infinitum propagetur. ego Iehoua tempore suo accelerabo istud. id est, efficaciam vt quam celerrime Christiana Ecclesia propagetur. Hoc quam vere in vnoquoque apostolorum, & ministrorum verbi, & in sacrarum religionum fundatoribus completum fuerit, facile intelligitur, minimus enim quisque eorum infinitos Christo filios genuit.

VERS. 22.

CAPVT LXI.

Christi Saluatoris officium. & humani generis reparationem pulchrè explicat; prædicatione quoque ministrorum Christi Gentes ad fidem conuertendas: additur de consolatione credentium & gloria ministrorum: Ecclesia latibunda suam felicitatem mirè sibi gratulatur.

Vulg.

Luc. 4. c. 18. 1



Piritus Domini super me, eo quod vnxit Dominus me: ad annuntiandum mansuetis misit me, vt menderer contritus corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem.

Mat. 5. 2

2 vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem ultionis Deo nostro: vt consolarer omnes lugentes:

3 vt ponerem lugentibus Sion; & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu; pallium laudis pro spiritu mæroris: & vocabuntur in ea fortes iustitia, plantatio Domini ad glorificandum.

Sup. 58. d. 12. 4

4 Et ædificabunt deserta à saculo, & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt ciuitates desertas, dissipatas in generationem.

5 Et stabunt alieni, & pascent pecora

Malu.

1



Piritus ADONAI IHVH super me: correspondentia vnxit IHVH me, ad euangelizare afflictos, misit me ad superalligare confractis cordis; ad vocare captiuis abductis libertatem, & ligatis omnimodam apertionem.

2 Ad vocare annum beneplaciti IHVH, & diem vindictæ ELOHIM nostro, ad consolari omnes lugentes.

3 Ad ponere lugentibus Tziionis, ad dare eis decorem sub cinere, oleum gaudij sub luctu; obteclorium extolentia sub spiritu obscuro: & vocabitur eis, ilices iustitiæ; plantatio IHVH ad decorare sese facere.

4 Et ædificabunt siccitates æterni, afflandas primorum surgere facient: & innouabunt vrbes siccitatis, afflandas generationis & generationis.

5 Et stabunt extranei & pascent ouem

a euangelio

impartire

b pauperes

oppressos

mansuetos

modestos

c procla

mandam

sic v. 2.

d datius

ipsi Iehoua

ueth

e pro sic mox

f vnguentu

balsamum

g oportiu

tegumentu

amictum

operimentu

h saculi

olim

i pecus gra-

gem

vestra: & filij peregrinorum, agricola & vinitores vestri erunt.

6 vos autem Sacerdotes Domini vocabimini: Ministri Dei nostri, dicitur vobis: Fortitudinem Gentium comedetis, & in gloria earum superbiētis.

7 Pro confusione vestra duplici & rubore, laudabunt partem suam: propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis.

8 Quia ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocausto: & dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis.

9 Et scient in Gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum: omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus:

10 Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis: & indumento iustitiæ circumdedit me quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis.

11 Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat; sic Dominus Deus germinabit iustitiam & laudem coram uniuersis Gentibus.

ouem vestram; & filij notii, agricolæ vestri, & vinitores vestri.

6 Et vos sacerdotes IHVH vocabimini: ministrantes ELOHIM nostri dicitur vobis: strenuitatem gentium comedetis; & in grauitate eorum cleuare vos ipsos-facietis.

7 Sub pudore vestro secundario, & ignominia gratulatoriæ - acclamabunt partem eorum: ad sic in terra eorum secundarium hæreditabunt; lætitia æterni erit eis.


8 Quia ego IHVH amans iudicij, odiens rapinæ in ascensione: & dabo opus eorum in fide, & fœdus æterni excindam eis.

9 Et cognoscentur in gentibus semen eorum, & exitus eorum in medio populorum: omnes videntes eorum, agnoscent eos, quia isti semen benedictum IHVH.

10 Gaudere gaudebo in IHVH, exultabit anima mea in ELOHIM meo, quia vestire-fecit me vestimenta salutis pallio iustitiæ obteget me: sicut sponsum sacerdotabit decorem, & sicut sponsa adornabit vasa sua.

11 Quia sicut terra exire-faciet germen suum, & sicut hortus seminata sua germinare faciet; sic ADONAI IHVH germinare-faciet iustitiam, & extollentiam præsentia omnium gentium.

k genitius singularis, exteni, alienigenæ v. c. 60. 10: l aratores m gloria, honore, splendore, claritate, dignitate, maiestate n Pro o duplici, duplo, duplicato, iterato. sic statim p v. v. 4. q holocausto r v. v. 4. seos t Multum, impense u sponsum x decore, ornatu gloria y sponsam z que adornat a crescentiâ, succrescentiam b sata, satina, seminaria. Hispanice semen-terras: c succrescere, pullulare. sic statim



COMMENTARIA.

VERS. I.



PIRITVS DOMINI SVPER ME, EO QVOD VNXERIT DOMINVS ME, &c.] Quidam reddunt: Spiritus Domini Iehoui est super me; eo quod unxit Iehoua me ad euangelizandum mansuetis; &c. Hac concione, inquit, quæ duobus capitibus comprehenditur, quam Christus per prophetam habuit, exponuntur tria, primum est, quæ fuerint dona & vocatio Christi, versibus quatuor primis huius capituli: secundum, quæ operatio, reliquo hoc capite, siue vsque ad vers. 10. tertium, quæ functio siue administratio ad præstandum operationes suas, ex dono, & vocatione Dei, toto capite 62. siue à vers. 10. huius capituli, vsque ad finem capituli 62. Quæ tria ab vno & eodem Spiritu præstari docet Apostolus I. Corinth. 12. vers. 4. & sequentibus: in Christo quidem absolutissimè, vt qui Spiritum sine mensura accepit; in aliis vero pro demerso donationis Dei. Hac autem de Christi persona esse, non de alio propheta vilo, res ipsa commonstrat meridiè cla-

rius: nam his verbis, Spiritus Domini est super me; plenitudinem Spiritus sibi asserit, ex qua accipiunt omnes, Ioan. 1. vers. 16. illis vero, eo quod unxit me, &c. vocationem plenam similiter arrogat sibi, quæ singulares aliorum omnium vocationes nituntur, vt ipse Christus docuit Matth. 28. v. 18. Vide Lucæ 4. vers. 18. & sequentibus, vbi Christus hanc prophetiam de seipso diserte interpretatur. Quod vero hic nomen Iehoui quidam efferant, vide in Genes. 15. v. 0.

EO QVOD VNXERIT ME.] Hebr. eo quod unxit Iehouah me. Exponunt, quasi dicat, non me inermem, aut imparatum à rebus necessariis mittit Deus, sed vt mitteret, prius instruit spiritus plenitudine. Est enim vngendi verbum hic sumptum metonymicè, vt Psalm. 44. vers. 8. & alibi sæpè.

AD ANNUNTIANDVM MANSVETIS MISIT ME.] Illud, misit me. quidam superioribus neclunt; alij sequentibus. quod commodius videtur, misit me ad alligandum confractos, &c. Quidam hic vertunt: ad annuntian-

rum, seu euangelizandum mansuetis. vel ut euangelizem inopibus, seu ope & auxilio destitutis. Alij: misit me ut lata annuntiem mansuetis. Constructio Hebraica est cum accusatiuo: ad euangelizandum afflictos, vel mansuetos. id est, ad donandum, vel impertendum, seu ornandum afflictos Euangelio ipso: qui est augustior sensus. Quo respexisse videtur Interpres Græcus Matth.ii. vers.5. [Pauperes euangelizantur.] id est, donantur Euangelio.

VT MEDERER CONTRITIS CORDE.] variè alij ex Hebr. 1. ad obligandum contritos corde. 2. ut oblinirem. 3. ad superalligandum fractis corde. subaudi, vulnera, vel ulcera. 4. ut inducerem superalligationes confractis corde. 5. ad ligandum fascia fractos corde. 6. ut obligem vulnera corde contritorum. 7. ad obligandum fractos animos. id est, ad curandum mortales, liberandum, & reconciliandum Deo: quo spectant omnes illæ allegoricæ loquendi formæ, quæ mox sequuntur. Nam præsens allegoria sumpta est à chirurgis, qui fasciis fracta & contusa curationis causa alligant.

ET CLAVIS APERTIONEM.] Hebr. & ligatis, vinctis, apertionem. קוּחַ קוּחַ phekach-koach plerique vnam dictionem faciunt, geminatis duabus radicalibus Koph, & Cheth, qua duplicatione omnimoda, plena, & latissima apertio, seu liberatio significetur, qua omnia patent, quæ oculos verteris. Alij distinctam vocem faciunt קוּחַ koach, id est, carcer, captura, à קוּלַּח lakach; redduntque: & vinctis apertionem carceris. Quidam reddunt: & vinctis, siue constrictis apertionem ergastuli.

VERS. 2.

VT PRÆDICAREM ANNUM PLACABILEM DOMINO.] Hebr. ad proclamandum annum beneplaciti, benevolentia, bona voluntatis, acceptationis, gratia, fauoris ipsi Iehoueh. id est, annum Deo acceptissimum, gratissimum, iucundissimum, hoc est, tempus Euangelij, redemptionis, gratia per Christum. Lucas 4.v.18. reddidit, annum Domini acceptum. Sequutus nimirum LXX. Interpretes.

ET DIEM VLTIONIS DEO NOSTRO.] De qua cap.59. v.18. & 19.

VERS. 3.

VT PONEREM LVGENTIBVS SION.] Quidam subaudiunt: ad consolationem adhibendam lugentibus Tzionis.

ET DAREM EIS CORONAM PRO CINERE.] Hebr. ad dandum eis decorem, ornatum, gloriam, pro cinere, vel loco cineris: id est, luctus, metonymicè à signo, vt supra cap.58.v.5. Est autem paronomasia, פְּהָרִים pheers, ornatus, & פְּהָרִים epher, cinis. quibus solet vti Isaias.

PALLIVM LAVDIS.] vel amictum laudis. id est, splendidum, gloriosum, elegans, pretiosum, opertorium, seu indumentum.

PRO SPIRITV MÆRORIS.] Hebr. pro spiritu obscuro, caligante, caliginoso. id est, perturbato. vel pro spiritu constricto, restricto, rugoso, breuiato, debili. Quidam: loco spiritus contracti. id est, qui præ conscientia malorum suorum angustus atque abiectus est:

Maluenda, In libr. Isaiæ.

contra, quum liberatur ex angustiis animus, dicitur dilatari, vt Psalm.118.v.32.

ET VOCABVNTVR IN EA FORTES IVSTITIÆ.] Hebr. & vocabitur eis, vel vt vocentur illi, ilices, seu quercus iustitiæ. id est, Tanquam arbores, in Christo iusti firmè radicentur per fidem, & in iustitia ac sanctificatione Spiritus ambulantes per Christum, in Ecclesia pro plantis Dei habeantur, & ab exteris quoque prædicentur, fructuum, quos protulerint, nomine; vt 1.Timoth.3. vers.7. אֵילִים elim fortes, & quercus, ilices, seu alnos, aut vltimos possumus accipere: vide supra cap.57.v.5. quæ significatio sequentibus magis conuenit. Potes vertere: & indetur nomen eis, Dij iustitiæ. id est, dicentur dij & filij Dei, Ioan.1. vers.12. & 13.

PLANTATIO DOMINI AD GLORIFICANDVM.] Alij ex Hebr. 1. plantatio Iehouæ ad glorificandum me. vel vt glorificem me in illis. 2. vt planta Iehouæ gloriatur. quæ in Christum tanquam in truncum educatum ex surculo, fuerit insita à Deo; vt supra cap.60. vers.21.

ET ÆDIFICABVNT DESERTA A SÆCVLO, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. conuertunt. 1. Et ædificabunt desolationes perpetuas, vel longi temporis, priscas solitudines erigent, vrbesque vastatas rescipient, solitudines ætatis & ætatis, seu multorum seculorum. 2. Vt ædificent desolationes antiquas. id est, vt instaurent Ecclesiam Dei, allegoricè: quo etiam spectant allegoriæ sequentes: solitudines priscas restituant, renouentque ciuitates desolatas, solitudines multarum generationum.

VERS. 4.

ET STABVNT ALIENI ET PASCENT PECORA VESTRA, &c.] sensum huius versus ita quidem concipiunt: id est, Surgens qui prius alieni erant à fide, & venient ad fidem, eruntque vicarij vestri, ô Apostoli, in pascendo grege dominico, colendoque agro & vinea Dei. Alij: Nam astantes extranei pascunt greges vestros, & alienigenæ agricola erunt vestri, & vinitores vestri. Secunda pars capitis, vt dictum est in versu. de operatione Christi in Ecclesia, nimirum fore vt hostes ipsi ministrent Ecclesiæ, & Ecclesia ministret Deo, ac proinde omnia bonorum genera benedictione Dei consequatur: sic 1. Corinth.3. vers.22.

VERS. 5.

FORTITVDINEM GENTIVM COMEDETIS.] Hebr. Strenuitatem, virtutem, robur, copias, facultates, opes gentium comedetis. Quidam: Opibus gentium fruemini. primum benedictionis genus, nimirum ius & auctoritas Ecclesiæ vindicata per Christum in res omnes creatas, quæ per antithesim miseri & ignominiosi status præcedentis illustratur sequente versu.

VERS. 6.

ET IN GLORIA EARVM SUPERBIETIS.] Alij ex Hebr. & in gloria earum exaltabimini, vel gloriabimini. vel pradicabitur vos, seu oblectabitur vos ipsos. Nonnulli & gloria earum summe efferetis vos.

PRO CONFVSIONE VESTRA DVPLICI, &c.] Diuersimode hunc versum ex Heb. efferunt. 1. Pro pudore vestro duplici, & ignomi-

VERS. 7.

nia laudabunt partem eorum, vel gloria, inquam, è præcedente versu, ad pudorem vestrum duplicata, & loco ignominia extollens portionem eorum: ideo in terra eorum duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis. 2. Pro pudore vestro erit vobis duplex, vel duplicia, duplicem mercedem recipietis, & pro ignominia exultabunt de portione eorum. Enallage personæ, pro, exultabitis de portione vestra, vel vocem latam edetis in parte vestra, id est, in possessione vestra. 3. Pro confusione vestra, qua scilicet afficiemini ab hostibus, duplex erit præmium, vel duplicem honorem consequemini, & pro ignominia vestra iubilabunt de portione sua, vel in sorte sua, seu parte, id est, in episcopatu suo, seu diœcesi aut regione, quam formandam & instituendam susceperint: propterea in terra sua, cælesti Ierusalem, duplicia possidebunt, & sempiternum gaudium erit eis, Pro eo, quod pudorem vestrum duplum, id est, quo plus satis perfusi estis: sic blande parcit Deus Ecclesiæ suæ, & honorifice loquitur, vt supra cap. 4. v. 2. & ignominiam cantabant horum portionem esse, scilicet Iudzorum, qui tum erant Ecclesiæ Dei: apostrophe à secunda persona ad tertiam: id circo in terra illarum, gentium, duplum hereditario iure possidebunt, id est, abunde, plus satis: numerus finitus pro infinito: lætitia perpetua iis futura est. 5. Hispanicus Interpres: En lugar de vuestra verguença doble, y de vuestra deshonra, os alabaran en sus heredades: por lo qual en sus tierras poseerán doblado, y auran gozo perpetuo,

laudabunt. Heb. gratulatorie-acclamabunt, iubilabunt, exultabunt, orabunt, præconizabunt, seu præconia-dicent, cantabunt.

VERS. 8.

QUIA EGO DOMINVS DILIGENS IVDICIVM, &c.] Alij: Quia ego Iehoua amo ius, &c. secundum benedictionum genus, fore vt Deus fœdus perpetuum in Christo ineat cum Ecclesia, & omissis cæremoniis legis cultum spiritualem & verum instituat in Ecclesia sua, adeoque inscribat vtrumque, fœdus, inquam, & cultum spiritualem in cordibus populi sui, vt Hebræor. 8. ex Ieremiæ loco exponitur. Amo inquit, ius, ac proinde non possum amare Ecclesiam iniustam, seruientem Deo non in nouitate spiritus, sed veritate literæ.

ODIO HABENS RAPINAM IN HOLOCAUSTO.] Alij: odi rapinam coniunctam holocausto, id est, veteri legi, ac cæremoniis, synecdochice, & toti ministerio literæ, quod ministerium mortis & condemnationis appellatur. 2. Corinth. 3. v. 7. & sequentibus. Alij: odio rapinam in holocausto, id est, nolo mihi sacrificia offerri ex rapina, vel cum aliis sceleribus coniuncta: synecdoche.

ET DABO OPVS EORVM IN VERITATE.] Alij: 1. & reddam opus eorum, id est, mercedem operis eorum, vt supra cap. 40. v. 10. firmum, id est, vere & sine fraude. 2. disponam opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum pangam eis, id est, renouabo spiritum mentis eorum, & induam eis nouum hominem, qui secundum Deum conditus est ad iustitiam & sanctimoniam veritatis, Ephe-

sior. 4. v. 23. vnde me colant in spiritu & veritate. Ioann 4. v. 23. Quidam exponunt: & dabo opus eorum in veritate, id est, faciam vt opera eorum sint vera, sincera, non fucata aut hypocritica, vel faciam, vt sint firmi, constantes in opere Dei, nec ab incæpto desistant.

ET FOEDVS PERPETVVM FERIAM EIS.] id est, Euangelium, & Nouum Fœdus seu Testamentum.

ET SCIENT IN GENTIBVS SEMEN IORVM, &c.] Aliqui: Et immotescet in gentibus semen eorum, &c. Tertium benedictionis genus, nimirum gloria Ecclesiæ per sanctificationem spiritus, & sic intergerituri parietis septum solutum erit, & lex cæremonialis per carnem Christi abolita, vt ait Paulus Ephesior. 2. v. 14.

ET GERMEN EORVM.] Heb. exitus, egressiones, genimina, germina, propagina, propagines, progenies, prægnati eorum, vide supra cap. 48. v. 19. Quidam reddunt: & prægnati eorum inter populos.

OMNES QUI VIDERINT EOS, &c.] Alij: omnes videntes eos, agnoscent eos esse semen, cuius benedixit Iehoua.

GAVDENS GAUDEBO IN DOMINO.] Alij: VERS. 10. Omnino gaudeo in Iehoua, &c. Hinc quidam ordiuntur caput 62. nam est tertia pars concionis, vt diximus in vers. 1. de administratione, in qua Christus velut exultabundus gratulatur Deo de beneficio in se, & in Ecclesiam suam sponsam collato per prolepsin, hoc versu: deinde speciatiim administrationem explicat, primum suam ipsius erga Ecclesiam vsque ad versum. 6. cap. 62. deinde ministrorum Ecclesiæ quibus dat mandata sua, inde ad finem vsque.

ET INDVMENTO IUSTITIÆ CIRCUMDEDIT ME.] Aliqui: pallio iustitiæ amicituit me. Christum videlicet mysticum; hoc est, primum prophetam illum nostrum, sacerdotem, & regem plenissime, deinde Ecclesiam totam per ipsum vt sequentia verba explicant.

QVASI SPONSVM DECORATVM CORONA.] Varie alij ex Heb. 1. tanquam sponsum magnificabit gloria. 2. tanquam sponsum ornabit sacerdotali decore. 3. tanquam sponsum consecrabit gloria. 4. tanquam sponsum sacerdotali more ornabit magnificentia. 5. Forsterus. veluti sponsus sacerdotabitur magnificentia. id est, decorabitur ornatu sacerdotali certo. 6. Marinus: tanquam sponsus seruiet decori: id est, studebit vt elegans appareat. 7. Schindlerus: sicut sponsus, qui ministrabit decorem. id est, augebit ornatum in vestibus pulchris: qui opus habet ornatu seu decore. 8. tanquam sponsus, qui magnificat gloriam. id est, instar sponsi, qui elegantissime, & splendidissime ornat se. 9. Buxtorfius: sicut sponsus sacerdotem aget ornatu. id est, magnificè, vt sacerdos ornatum parat. 10. Tremellus & Iunius: tanquam sponsus, qui administrat ornatum, iustitiæ & vitæ; quam Christus sponsus exhibet Ecclesiæ. 11. Forerius: veluti sponsus, qui decoratur ornatu. Verbum כִּהֵן cihen in Pikel, est proprie, sacerdotare, sacerdotio-fungi,

fungi, rem sacram operari, ministrare in sacris, ordinari ad sacra facienda. Hic aliqui transitiue, alij intransitiue accipiunt; & ad Deum quidam referunt: & tanquam sponsum sacerdotabit decore. vel ad sponsum: & tanquam sponsus sacerdotabit decorem, vel sacerdotabitur decore. Sed constructio transitiva aptior est verbo. Possis exponere: & tanquam sponsus sacrabit, consecrabit decorem, vel sacrificabit, libitabit decori, seu ornatui erit mystes & sacerdos decoris. id est, erit pulcherrimus, decentissimus, ornatissimus, elegantissimus, quam maxime decorus.

ET QUASI SPONSAM ORNATAM MONILIBVS SVIS.] Heb. & sicut sponsa adornabit vasa sua. id est, praparatibit. Alij: 1. & tanquam sponsa, qua ornat se monilibus suis. 2. & sicut sponsa applicabit mundum suum. 3. & veluti sponsam, que ad ornatum applicat mundum suum. 4. & veluti sponsam ornantem se instrumentis suis. Sponsus hic proculdubio

Christus; & sponsa, Ecclesia.

SICVT ENIM TERRA PROFERT GERMINA SVVM, &c.] Prior pars, inquit, administrationis, qua Christus erga Ecclesiam vitur, duabus partibus continetur, nimirum quod Deus per Christum iustitiam daturus est Ecclesie; deinde quod laudem & gloriam amplissimam, qua duo proleptice hoc versu posita; sequentibus exornantur.

SIC DOMINVS DEVS GERMINABIT IUSTITIAM, &c.] Alij: ita Dominus Iehoua producturus est iustitiam, & laudem coram omnibus gentibus: id est, Christus, æternus Deus cum Patre & Spiritu sancto, per Spiritum suum intus secundum diuinam naturam operans, & per verbum suum, quod secundum naturam humanam predicauit, initio sequentis capituli, abunde iustitiam communicabit Ecclesie, & gloriam amplissimam. De Iehoua vide supra Vers. 1.

CAPVT LXII.

Propheta non cessat propter impios Christum annunciare, prophetans de Christi aduentu & conuersione Gentium: de felicitate, gloria & exaltatione Ecclesie ex Dei gratuito beneplacito erga ipsam: de predicatoribus Ecclesie: & Euangelio per orbem diuulgando.

Vulg.

Malu.

1 **P**ropter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediantur ut splendor iustus eius, & saluator eius ut lampas accendatur.

2 Et videbunt Gentes iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum: & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit.

3 Et eris corona gloria in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.

4 Non vocaberis ultra derelicta: & terra tua non vocabitur amplius Desolata: sed vocaberis Voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata, quia complacuit Domino in te: & terra tua inhabitabitur.

5 Habitabit enim iuuenis cum virgine, & habitabunt in te filij tui. Et gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus.

6 Super muros tuos Ierusalem constitui custodes, tota die & tota nocte in partuum non tacebunt. Qui remiscimini Domini, ne taceatis,

Maluenda, In libr. Isaia.

1 **O**rrespondentia Tzionis non silebo, & correspondentia Ierusalaim non tranquillabor, vsque ad exhibit sicut splendor iustitia eius, & salus eius sicut lampas ardebit.

2 Et videbunt gentes iusticiam tuam, & omnes reges grauitatem tuam: & vocabitur tibi nomen nouum, quod os IHVH excauabit illud.

3 Et eris corona decoris in manu IHVH, & cidaris regni in vola ELOHIM tui.

4 Non dicetur tibi adhuc Derelicta, & terræ tuæ non dicetur adhuc, Afflatio; quia tibi vocabitur, Beneplacitum meum. in ea; & terræ tuæ, Potita: quia bene complacuit IHVH in te; & terra tua potietur.

5 Quia potietur electus virginem, potientur te filij tui; & huiusmodi gaudium sponsi super sponsam; gaudebit super te ELOHIM tuus.

6 Super muros tuos Ierusalaim visitare feci obseruantes; omni die & omni nocte iuge non silebunt: recordari facietes ad IHVH, non silentium vobis,

a datus, ad correspondentiam. sic statim

b gloriam, honorem, splendorem, maiestatem

c ornatus, d curuicæ, palma

e ultra, amplius, deinceps. sic statim

f Afflatio, afflata, desolatio, vastitas. afflata, stupida desolatio, g passio, h gaudium

7 & ne detis silentium ei, donec stabiliat, & donec ponat Ierusalem laudem in terra.

8 Iuravit Dominus in dextera sua, & in brachio fortis iudinis sua: Si dederitriticum tuum ultra cibum inimicis tuis: & si biberint filij alieni vinum tuum, in quo laborasti.

9 Quia qui congregabunt illud, comedent, & laudabunt Dominum: & qui comportant illud, bibent in atriis sanctis meis.

10 Transite, transite per portas, praparate viam populo: planum facite iter, & eligite lapides, & eleuate signum ad populos.

11 Ecce Dominus auditum fecit in extremis terra, dicite filia Sion: Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo.

12 Et vocabunt eos, Populus sanctus, redempti a Domino. Tu autem vocaberis Quasita ciuitas, & non derelicta.

7 Et non dabitis silentium ei, vsque ad apparabit, & vsque ad ponet Ierusalaim extolentiam in terra.

8 Iuramento-obstrictus fuit I H V H in dextera sua, & in brachio obfirmationis suæ: si dabo frumentum tuum adhuc^k comestione[m] male- volentibus tuis; & si bibent filij^l norhi^m mustum tuum, quo laborauisti in eo.

9 Quia colligentesⁿ eius comedent illud, & extollent I H V H: & congregantes eius bibent illud in atriis sanctitatis meæ.


10 Transite, transite in portis, faciate viam populi; sternite sternite stratum-viam, & delapidate de lapide; & eleuate vexillum super populos.

11 Ecce I H V H audire-fecit ad extremitarem terræ: Dicite filia Tziionis: Ecce salus tua^r venit: ecce merces eius^t ad eum; & opus eius^z faciebus eius.

12 Et vocabunt eis, Populum sanctitatis^x redemptos I H V H: & tibi vocabitur, Quasita; vrbs non Derelicta.

i vs v. 4.
x cibum, escam
l genitiuus singularis.
extranei, alienigenæ
m vinum nouum
n illud. sic mox.
o laudibus- euehent
p lapidate, elapidate
q attollite
r prateritum vcl. venient
s apud, penes, vel
cum eo
t datiuus.
u facies
v indicator

Sapra 57. a 15.
Matt 21 a 5.
Zach. 9 b 9.



COMMENTARIA.

VERS. 1.



ROPTER SION NON TACEBO &c.] Quidam exponunt. In gratiam Tziionis, nunquam desinam orare Deum Patrem donec Christus vera Iustitia & salus nostra oriatur ex virgine, vt sint verba prophetae. Alij verba Christi esse volunt. Propter amorem, quem erga Ecclesiam gero non desinam agere prophetam & prædicare Evangelium, & opus redemptionis procurare.

NON QUIESCAM.] vel non tranquillabor, non cessabo, non desistam. Quidam: non vacabo.

BONEC EGREDIATVR, seu PRODEAT, VT SPLENDOR IUSTVS EIVS.] Heb. iustitia eius:

[& Saluator eius.] Heb salus eius: & voce, תְּשׁוּבָה iesugbah, alluditur ad nomē IESVAH, seu Iesu: vt lampas: Heb. vt rada, fax accendatur, seu ardeat. Noster & alij Iustitiã & salutē cōcretè pro ipso iusto & Salvatore antonomastice, id est, Christo Aeterno Filio Dei, accipiunt, q. d. donec adueniat Christus. Alij, id est, donec totum opus iustitiæ, salutisque fuerit consummatum.

VERS. 2.

ET VIDEBUNT GENTES IUSTVM TVVM.] Heb. Iustitiam tuam, & cuncti reges Inclitum tuum.] Heb. gloriam tuam vt superiore versu, vel Christum ipsum qui est iustitia & gloria Patris: vel opus salutis, in quo Deus summam suam iustitiam & gloriam ostendit.

ET VOCABITVR.] vel imponetur, indetur. TIBI.] Tziioni & Ierusalaim, id est, Ecclesiæ, nam est affixum fœminicum.

NOMEN NOVVM,] scilicet, quando Christus Deus & seruator tuus te adiunget sibi & coronam atque ornamentum suum tibi imposuerit, vt supra cap. 61. v. 10. & hîc, versu sequente: nomen nouum id est, quod explicatur infra vers. 4.

QVOD OS DOMINI NOMINABIT.] verbum נָקַב nakab hæc omnia complectitur, quod os Iehouah, canabit, excanabit, perforabit, punget, dispunget, exarabit, notabit. quod nomina olim quibusdam puncturis, & exarationibus ceræ, vel ari, aut tabulis incauarentur. Vide in Genes. 30. v. 28. Quidam reddunt; quod os Iehoua præfixerit, vel exprimet, denuntiabit, declarabit, nuncupabit illud. Relatiuum geminatum auget significatum, quod ipsum I H V H præfiget.

VERS. 3]

ET ERIS CORONA GLORIÆ &c.] Hunc versum alij apte reddunt; t. Et eris tanquam corona magnificentiæ in manu Iehoua. id est, eris inclyta apud Deum, habebit te in magno pretio; & diadema regni &c. 2. Quum eris corona ornatus, seu coronata, ornata manu Iehoua. vide versu præcedente: & cidari regia, manu Dei tui. de צַנִּיפִּי tzaniph, seu cidari, vide supra cap. 8. v. 23. & Exod. 28. v. 4.

VERS. 4]

DERELICTA.] Quidam vocem Hebræam גְּזוּזָה ghazubah in interpretatam relinquunt, quod vicem nominis proprii hîc induat, vt etiam sequentia.

DESOLATA.] אֲפַלְטוּמָה schemamah, Afflatio, &c.

VOLVNTAS MEA IN EA.] חֶפְזִי בָּהּ chephsi-bah,

ezi-bah, etiam vt nomen proprium relinquunt id est, *oblectatio mea, delicia mea in ea.* q. d. mihi gratissima. Alij: *voluntas mea in ea.*

INHABITATA.] *בְּחֻלָּהּ* *beghulah*, omnia ista includit. *Posita passiuè, qua vir, seu maritus positur, subagitata, adamata, possessa, maritata: vide supra cap. 54. v. 1.*

QUIA COMPLACUIT DOMINO IN TE.] Alij ex Heb. 1. *quia diligit te Iehoua.* 2. *quia Iehoua propensus est tibi, vel in te.* 4. *quia delectabitur Iehoua te.*

INHABITABITVR.] Heb. *posita erit, passiuè, adamabitur, subagitabitur, maritabitur, nubet - viro, possidebitur.* sic sumitur id verbum bis versu sequente.

VERS. 5.

HABITABIT ENIM IUVENIS CVM VIRGINE.] Heb. *Quia potietur, possidebit, adamabit, deperibit, ambiet, subagitabit, uxorem ducet electus, vel iuuenis, virginem.*

HABITABVNT IN TE FILII TVI.] idem verbum, *possidebunt, potientur, adamabunt, te filij tui.* vel *quasi nubent tibi filij tui.*

Hunc versum alij ex Heb. transfundunt: 1. *uxorem enim ducet iuuenis virginem, id est, maturæ erunt nuptiæ: vel erit summa pax: nam tempore belli iuuentus non vacat nuptiis, sed delectibus: & fruuntur te filij tui: & gaudium erit sponsi de sponsa; gaudebit de te Deus tuus.*

2. *Sicut enim ducit in uxorem iuuenis virginem, ita quasi ducunt te in uxorem filij tui: ut est gaudium sponso super sponsam, sic gaudebit super te Deus tuus.* 3. *Sicut enim adolescens virginem sibi maritat, sic maritabunt se tibi filij tui: & sicut sponsus gaudet super sponsa sua, ita gaudebit super te Deus tuus.* 3. *Vt quum ducit iuuenis virginem, quum uxores tibi ducunt filij tui, gaudio, inquam, sponsi cum sponsa, gaudebit tecum Deus tuus.*

VERS. 6.

SVPER MVROS TVOS IERVSALEM CONSTITVI CVSTODES &c.] Alij: *super muros suos vrbs Ieruschalaimorum preficio custodes, seu excubiores, &c.* Altera pars administrationis Christi per seruos suos in Ecclesiam, vt dictum est cap. 61. v. 10. qua primum iubentur vsque ad consummationem sæculi prædicare promissiones Dei iuramento confirmatas, quatuor versibus: deinde Ecclesiam totam ex Iudæis & gentibus, cum disciplina sancta, tum Euangelij promulgatione colligere; vt Matth. 28. v. 18. & sequentibus; vers. 10. *custodes.* id est, pastores & doctores allegoricè.

QVI REMINISCIMINI DOMINI, NE TACEATIS.] Alij ex Heb. 1. *o vos, qui in memoriam reuocatis Iehouam, id est, res gestas & beneficia eius: nullo pacto sileatis.* 2. *qui commemoratis Iehouam, ne esto silentium vobis.* Apostrophe ad seruos & ministros Christi, continens mandatum administrationis ipsorum 3. *qui celebratis, predicatis Iehouam &c.*

VERS. 7.

ET NE DETIS SILENTIVM EI.] Exponunt neque vobis à vestro ministerio verbi, neque Deo ipsi vllam quietem detis, aut cessationem, seu vocationem; sed eum assidue interpellate, & precibus fatigate, vt stet promissis &c. Quidam: *& ne permittatis silentium esse de illo.* Christo Iehoua, quem commemoratis.

DONEC STABILIAT.] *firmet, apparet, ratificet: & ponat Ierusalem laudem in terra.* id est, vt ipsi Ierusalem det statum permanentem, eamque reddat illustrem & laudabilem. Quidam: *donec stabiliat, & donec disponat Ieruschalaimis laudem in terra.* id est, faciat Ecclesiam suam gloriosam in vniuersa terra.

IVRAVIT IHOVA PER DEXTERAM SVAM, &c.] Hunc versum alij ex Heb. ita exponunt: *Sed dicite: Iuravit Iehoua per dexteram suam, & per brachium roboris sui, seu per brachium robustissimum suum: Ne vinam, sed dabo frumentum inum amplius cibo inimicis tuis; & si bibent alienigena mustum tuum, in quo laboraueris.* Initio versus, eclipsis contrarij, vt Genes. 33. v. 10. Est autem hic summa Euangelij, salus ab omnibus inimicis, & vita, gloriaque æterna, & versu sequente.

VERS. 8.

IN ATRIIS SANCTIS MEIS.] Heb. *in atrijs sanctitatis meæ.* id est, coram Deo, gratias ei agentes tanquam sacerdotes Iehouæ, vt supra cap. 61. v. 6. Alludit ad legalem ritum; Leuit. 8.

TRANSITE, TRANSITE PER PORTAS.] Heb. *in portas, vel in portas.* id est, per totam ditionem, quam late patet Ecclesia. Alij, *per portas* singulas huius ciuitatis seu Ecclesiæ vt commode sint apertæ, & exornatæ, ad excipiendos eos, qui in eam intraturi sunt.

VERS. 9.

PRÆPARATE VIAM POPVLO.] Heb. *faciate viam populi.* Vide supra cap. 40. v. 3. & cap. 57. v. 14. Quidam: *parate viam populi, &c.* id est, singulis membris Christi & Ecclesiæ prospicite pro facultate vestra, venientes adiuuando, dormientes excitando, nihil cogitantes, & ignorantes accersendo, & si quæ sunt huiusmodi, allegoricè.

PLANVM FACITE ITER.] Varie alij ex Heb. 1. *eueate, eueate viam.* 2. *munite, munite iter.* 3. *sternite stratum viam.* 4. *aggerate, aggerate aggerarum.*

ET ELIGITE LAPIDES.] Heb. *delapidate, vel elapidate.* Alij: 1. *purgate eam lapidibus.* 2. *liberate, repurgate à lapide.* 3. *argue à saxis repurgate.* 4. *amouete lapides.* Mihi interpretatio quorundam Hebræorum cum primis placet: *librate, lapidate,* hoc est, sternite viam statam è lapide. Viæ enim magnis lapidibus sternebantur, vt videmus in viis Romanis. Hispanice, *empedrad de piedra.* vel *enlosad de losas.*

ECCE DOMINVS AVDITVM FECIT IN EXTREMIS TERRÆ.] Alij: *Ecce Iehoua pronuntiat, vel diuulgat, clamat, proclamat ad extremum vsque terra, &c.* Confirmatio præcedentis propositionis, à continuis documentis, quæ Christus Ecclesiæ suæ vbiq; locorum tradit per spiritum suum, qui operatur omnia in omnibus.

VERS. 10.

DICITE FILIÆ TZIIONIS.] id est, Ecclesiæ genitæ per doctrinam, quæ Tzijon præfecta est, vt supra cap. 2. v. 3.

ECCE SALVATOR TVVS VENIT.] Ex Heb. *Ecce salus tua, id est, Christus salutis author, ad venit. Na ba,* potest esse præteritum, vel ob certitudinem prophetiæ, vel de eo tempore, quo Christus venit: & participium præsens, *veniens.*

ECCE MERCES EIVS CVM EO, ET OPVS EIVS CORAM ILLO.] Alij: ecce merces huius penes ipsum, & operapretium huius ante ipsum est. id est, iam rei ipsa obtinet mercedem suam pro operibus & perpeffionibus suis, nimirum salutem Ecclesiae, quam redemit sanguine suo. Vide hæc verba supra cap. 40. v. 10.

VERS. 12. ET VOCABVNT EOS, POPVLVS SANC-TVS, &c.] Alij: *Vt vocent hos, Populum sanctum, vindicatos lehoua.* id est, filios tuos, ô Ecclesia: nam verba sunt doctorum Ecclesiam compellantium, & seruatos quasi digito commonstrantium.

T V AVTEM VOCABERIS.] Alij: & tu voceris.


QVÆSITA.] *דְּרִשָּׁה deruschab,* velut nomen proprium: aliqui: *Requisita.* id est, quæ à multis requiratur: q. d. erit in te magna frequentia fidelium, requirentque te multi, vt tibi nomen dent. Alij: *Requisita.* cum à Christo redimente, tum ab electis omnibus, à quibus relicta videbatur, vt supra cap. 49. & cap. 60. Porro accentus Hebraici docent hanc partem ita esse distinguendam: & *indetur tibi nomen, Requisita: ciuitas non derelicta.*

CAPVT LXIII.

Dicit se Dominus sanguine aspersum cum solus vicisset hostes: Deus multa præstitit Israelitis beneficia, sed propter iniquitates suas sunt ab eo derelicti propheta autem miserationum Domini memor, inuocat ipsius misericordiam super populum suum, quem à Deo desertum conqueritur

Vulg.

Malu.

1  Vis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? iste formosus in stola sua, gradiens in titudine fortitudinis suæ. Ego, qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum.

Apoc. 19.
c. 13.

2 Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?

3 Torcular calcaui solus, & de Gentibus non est vir mecum: calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea: & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea: & omnia indumenta mea inquinavi.


Sup. 34 b. 8.

4 Dies enim ultionis in corde meo, annus redemptionis meæ venit.

5 Circumspexi, & non erat auxiliator, quæsiui, & non fuit qui adiunaret: & saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.

6 Et conculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum.

7 Miserationum Domini recordabor: laudem Domini super omnibus quæ reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum domui Israel, quæ largitus est eis secundum indulgentiam suam, &

1  Vis iste veniens de Edom, infectus vestimentorum de Botzrah? iste decoratus in indumento tuo; volutans in multitudine virtutis suæ? Ego loquens in iustitia, multus ad saluare.

2 Quid cognitionis rubor indumento tuo? & vestimenta tua sicut viantis in torculari.

3 Dolium viaui ad solum me, & de populis non vir ad me; & viaui eos in naso meo, & calceauit eos in ardore meo: & aspersa fuit victoria eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea volutatione contaminaui.

4 Quia dies vindictæ in corde meo: & annus redemptorum meorum venit.

5 Et respexi, & non auxilians, & afflare feci me ipsum, & non sustinens: & saluauit sibi brachium meum, & ardor meus ipse sustinuit me.

6 Et conculcaui populos in naso meo, & inebriaui eos in ardore meo: & descendere feci in terram victoriam eorum.

7 Benignitates IHVH recordari faciam extollentias IHVH, sicut super omnia, quibus retribuit nos IHVH: & multitudinem boni domui Israelis, quo retribuit eos in inuiserationibus suis, & secundum

a Edom
b magnus
c causa
d calcantis
e solo mihi
f mecum
g afflu-ira,
h excam-
defecantia,

h redimentorum

i ius v. 31

k vs v. 31

l viscera
bus-miser-
cordiæ

secundum multitudinem misericordiarum suarum.

8 Et dixit: Veruntamen populus meus est, filij non negantes: & factus est eis saluator.

9 In omni tribulatione eorum non est tribulatus, & angelus faciei eius saluauit eos: in dilectione sua, & indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus saeculi.

10 Ipsi autem ad iracundiam promouerunt, & afflixerunt spiritum sanctum eius: & conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos.

11 Et recordatus est dierum saeculi Moysi, & populi sui: Vbi est qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? vbi est qui posuit in medio eius spiritum sancti sui?

12 Qui eduxit ad dexteram Moysen brachio maiestatis suae, qui scidit aquas ante eos, ut faceret sibi nomen sempiternum:

13 Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem.

14 Quasi animal in campo descendens, spiritus Domini ductor eius fuit: sic adduxisti populum tuum, ut faceres tibi nomen gloriae.

15 Attende de caelo, & vide de habitaculo sancto tuo, & gloria tua: vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? super me continuerunt se.

16 Tu enim pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos: tu Domine pater noster, redemptor noster, a saeculo nomen tuum.

17 Quare errare nos fecisti Domine de viis tuis: indurasti cor nostrum ne timeamus te? conuertere propter seruos tuos, tribus hereditatis tuae.

18 Quasi nihilum possederunt populum sanctum tuum: hostes nostri conculcauerunt sanctificationem tuam.

19 Facti sumus quasi in principio, cum non dominareris nostri, neque inuocaretur nomen tuum super nos.

secundum multitudinem benignitatum suarum.

8 Et dixit: Veruntamen populus meus ij, filij non fallent: & fuit eis saluanti.

9 In omni coangustatione eorum, non coangustatio, & angelus facierum eius saluauit eos; in amore suo, & in commiseratione sua ipse redemit eos: & portauit eos, & leuauit eos omnibus diebus aeterni.

10 Et ij mutauerunt, & dolore faciebunt Spiritum Sanctitatis eius; & versus fuit eis maleuolenti, ipse caecidit in eis.

11 Et recordatus fuit dies aeterni Moyses populi sui: vbinam ascendere faciens eos de mari ad pastorem, ouis suae; vbi ponens in intimo eius Spiritum sanctitatis suae.

12 Ambulare faciens dexteram Moyses brachium decoris sui: discindens aquas de faciebus eorum; ad facere sibi nomen aeterni.

13 Ambulare faciens eos in molibus aqueis sicut equum in deserto, non impingent.

14 Sicut animal in valle descendens, spiritus IHVH deducet eum: sic adduxisti populum tuum ad facere tibi nomen decoris.

15 Respice de caelis, & vide de cohabitaculo sanctitatis tuae, & decoris tui: vbinam zelus tuus, & praualescencia tua; multitudo viscerum tuorum, & in viscerationum tuarum ad me continere sese fecerunt.

16 Quia tu pater noster, quia Abraham non cognouit nos, & Israel non agnouit nos: tu IHVH pater noster, Redimens noster de aeterno nomen tuum.

17 Ad quid errare facies nos IHVH de viis tuis? perplexare facies cor nostrum de timore tuo? reuertere correspondentiae seruorum tuorum, baculorum hereditatis tuae.

18 Ad minus haereditauerunt populus sanctitatis tuae: coangustatores nostri conculcauerunt sanctuarium tuum.

19 Fuimus de aeterno; non dominatus fuisti in eis; non vocatum fuit nomen tuum super eos.

m in saluatore

n clementia, parca, indulgentia
o vindicauit
p baiulauit, portauit, oneravit, sibi, imposuit sibi

q saeculi, olim
r inimicum
s pugnauit, bellauit, praeliatus est

t ut v. 9, cum pastore
x pecoris, gregis
y interiori, interaneo
z ut v. 9.

a conualle, planitie, campo: vide Genes. 11. 2. bab egisti

c praedominaciones

d a saeculo, ab olim


e datus: ad cotref. pondentiam
f virgarum, tribuum
g possessio- nis

h ut v. 16.

Exod. 14. c. 29.

Deut. 16. d. 15. Baruc. 2. d. 16.





COMMENTARIA.

VERS. I.



VIS EST ISTE, QUI VENIT DE EDOM.] Alij: *Quis hic est veniens ex Edomaa.* Tota hæc, inquit, propheta (in qua tria capita coniungenda esse putauimus) est dialogistica, ac proinde tribus quæstionibus, responsionibusque continetur. Quæstiones proponit Ecclesia Iudæorum, responsa Christus. Prima quæstione Ecclesia Christum tanquam ex improviso aduentem, & hostes suos vlciscentem non agnoscens, quærit quis ille sit, & cognoscit ex Christo, hoc versu. secunda. cruentatas illius vestes admirans, quærit illius rei causam, vers. 2. cui respondet Christus versibus quatuor. Tertia denique Ecclesia repente adducta partim in admirationem antegressorum Dei operum, reliquo capite, vel vsque ad versum 15. partimque in metum, ex peccatorum suorum conscientia, implorat misericordiam Christi, toto cap. 64. vel à vers. 15. huius capituli, vsque ad finem cap. 64: cui responder Christus cap. 65. Quidam non tam apte volunt hæc esse prophetæ verba de Christo redeunte in cælum, victis satana, morte, & peccato, versis Ecclesiæ Idumæis, id est, hostibus. Aliqui hinc perspicuitatis causa traiciunt verba: *Quis est hic veniens ex Edomaa, Bozrah, madesactus vestibus.* Exponunt, *ex Edomaa.* id est, ex regione hostium Ecclesiæ, synecdochice. Edomæa autem potius quam vlla alia regio nominatur, cum propinquitatis, tum grauissimæ ac hæreditariæ hostilitatis nomine, vt Psalm. 136. v. 7. & Lament. 4. vers. 21. *Bozrah.* Edomæorum metropoli, vt supra cap. 34. v. 6. & 1. Machabæor. 5. v. 26. *madesactus vestibus.* non tam sudore suo, quam hostium sanguine, vt secunda quæstione explicatur, vers. 2. Recte monent aliqui consalto prophetam vsurpasse hæc duo nomina **EDOM**, & **BOZRAH**, quod eorum significatio apte congrueret instituto: nam **EDOM** rubrum significat; cui responder, quod v. 2. dicitur. *Quare rubrum est indumentum tuum?* & **BOZRAH**, à vindemia dicitur; cui responder illud, *velui calcantis in torculari.*

TINCTIS VESTIBUS.] Heb. est regimen, *infectus, fermentatus, conspersus, tinctus vestium.* vel *vestibus*, aut *vestes*: metaphora à massa conspersa. Quidam: *rubefactus vestes*, seu *rubras vestes habens.* Alij: *coloratus vestibus.*

ISTE FORMOSUS IN STOLA SVA.] Alij: 1. *iste, inquam, decorus in veste sua.* 2. *iste honoratus seu honorifice ornatus in indumento suo.* 3. *ille tam honorifice paludatus.* Paludamentum propria vestis ducum & Imperatorum exercituum. 4. *iste decorus veste sua.* id est, cuius decorem & gloriam ex ipsius veste sanguine conspersa, & reportatam victoriam agnoscimus.

GRADIENS IN MULTITUDINE FORTITUDINIS IVÆ.] Alij ex Hebræo 1. *voluta-*

bat se in multitudine virium suarum. 2. *festinus tanto robore suo.* 3. *discurrens magna potentia.* 4. *peregre agens amplitudine virium suarum.* id est, peragrans & peruadens secure omnes hostium regiones, non alienis copiis aut collecta manu sed sola potentia sua. 5. *demigrare-faciens in multitudine potentia sua.* id est, vel hostes Ecclesiæ abigens & transferens; vel filios Dei ex captiuitate satanæ in Ecclesiam traducens.

EGO, QUI LOQVOR IUSTITIAM ET PROPVGNATOR SVM AD SALVANDVM.] Alij ex Heb. 1. *Ego sum qui loquor in iustitia, & ad seruandum satis diues sum.* 2. *Ego, qui loquor iuste, sufficiens ad seruandum.* Responsum Christi, quo se verum Ecclesiæ prophetam, sacerdotem & regem profiterur. q. d. Ego is sum, qui prædico Euangelium, quod homines iustificat, & qui polleo omnipotentia in danda gratia & vita æterna.

QVARE ERGO RVBRVM EST, & C.] Alij: **VERS. 2.** *Quare rubidus es vestibus tuis, & vestimenta tua vt calcantis in torcularis lacu?* Secunda quæstio.

TORCVLAR.] פורה phurah plerique sequuti Chaldæum, *torcular* interpretantur, nimirum vas, in quod vix calcanda & confringenda iniiciuntur. Sed ex loco Haggi 2. vers. 17. videtur potius *dolium* esse, aut vas in quod illabatur vinum. quod huic instituto recte congruit, *Dolium viani solus.* id est, vinum in dolium viani, & duxi seu influere feci solus. Variè exponunt: 1. *Torcular calcanti solus.* Victoriam significat, quam Christus sola sua virtute peperit, de gentibus, allegoricè. q. d. Magna cædes & strages spiritualis fuit hostium, qualis vuarum in torculari. id est, cæsis peccato & culpis, & viuificatis gratiæ Dei & Christo. 2. q. d. Peperi mihi hanc victoriam meis viribus, sine opè hominum superaui satanam, mortem & peccatum. 3. *Torcular calcanti solus.* Responsum Christi ad quæstionem accommodatum allegoricè explicat victoriam Christi de hostibus, vt suam Ecclesiam potenter seruet. Hanc autem victoriam commendat duobus modis; primum, quod nemo hostium tam fortis fuit, qui posset ipsi obsistere, duobus versibus: deinde, quod solus eam comparauerit nemine adiuuante, duobus alteris: quæ duo proleplicè his tribus primis verbis exposuit.

ET EX GENTIBVS NON EST VIR MECVM.] Alij: 1. *& ex populis nemo mihi adsuit.* id est, vici sine vilius alterius opè. 2. *nam ex populis nullus vir potuit certare mecum.* id est, mihi obsistere, & contra repugnare.

ET ASPERSVS EST SANGVIS EORVM SVPER VESTIMENTA MEA.] Alij ex Hebr. 1. *& aspersum est robur illorum,* id est, sanguis roboris eorum, vel sanguis cuiusque robustissimi illorum, *vestimentis meis.*

2. Forste

2. Foreritis : & aspersit excellentiam suam super vestem meam. id est, [Quod conculcavi eum, aspersit vestem meam, vici ipsum cum infamia nominis & periculo vitæ.] Quod ego non capio : an cum periculo vitæ & infamiae hostis, vel mei. 3. Forsterus : & aspersa est est excellentia, victoria, eorum super vestimenta mea, ut sit figuratus sermo, quasi dicat acupingere feci vestimentis meis victorias, nomina insignia gentium à me devictarum ac debellatarum. Quod reges facere solent in his, quos vulgo *reyes de armas* appellant : sic infra vers.6. [Hoc alij, inquit Forsterus, in istis duobus locis pro sanguine reddiderunt, eo nimirum, quod robur & praevalentia, seu vita hominis consistat in sanguine : sed videtur remotius esse a simplicitate.] 4. Auenarius : & aspergetur continuatio, continuas, id est, sanguis, qui continuat membra, super vestimenta mea. Frigide. 5. Mercerus : & aspergetur stillabit sanguis eorum super vestes meas.

INQVINAVI.] **וְנִלְנַלְנִי** *eghalthi*, praeteritum Hiphil, in quo scribitur *Aleph*, pro *He* : & coniugatio & anomalia magnam coinquinationem & contaminationem significant. Quidam reddunt : *volutando contaminavi.*

VERS. 4. DIES ENIM ULTIONIS IN CORDE MEO, &c.] Alij ex Hebr. *Dies enim ultionis in corde meo, annus redemptorum, vel vindicandorum meorum venit.* id est, iam olim statueram ulcisci genus humanum de inimicis suis satana, morte, peccato : id tempus iam adest, quo meos redempturus sum. 2. *Quando dies ultionis ex animo meo venit.* id est, quum exoptata mihi plenitudo temporum aduenit, ut vocat Paulus Galat. 4. vers. 4. & *annus vindicandorum meorum venit.* id est, verus ille Iubileus, quem legalis ritus figuraverat. Leuit. 25. & 27.

VERS. 5. CIRCUMSPEXI, ET NON ERAT, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. reddunt. 1. *Et aspexi, & non erat adiutor : me ipsum deuovi, neque fuit sustentator : & opem mihi tulit brachium meum, & ardor meus ipse me sustentauit.* 2. *Quum autem intuerer nullum esse adiutorem.* id est, ne Ecclesiam quidem ipsam ad salutem suam & liberationem ab hostibus conferre aliquid posse : & obstupescerem quod *nenno fulciret ; salutem attulit mihi*, id est, Ecclesiae meae, quae est corpus Christi, & complementum eius, qui omnia implet in omnibus Ephesiorum 1. vers. 23. *brachium meum, & excandescencia mea ipsa fulcivit me.* id est, sola virtus mea, & zelus Iehouae, supra cap. 9. v. 7. & 37. vers. 32. & 59. vers. 17.

ET INDIGNATIO MEA IPSA AUXILIATA EST MIHI.] Quidam : *astusque meus fulcivit me.* id est, animum mihi & vires suppeditauit vehemens ulciscendi studium. Habes hunc versum supra cap. 59. vers. 16. nonnullis immutatis.

VERS. 6. ET CONCVLCAVI POPULOS IN FVRORE MEO.] Alij : *Ira, vel itaque calcavi populos in ira mea.*

ET INEBRIAVI EOS IN INDIGNATIONE MEA.] Quidam : & inebriavi eos excandescencia mea. id est, magna pocula at-
Maluenda, In libr. Isaia.

que insolita afflictionum & irae meae epotanda praebui eis, ut Psalm. 74. v. 9. & supra cap. 51. vers. 22.

ET DETRAXI IN TERRAM VIRTUTEM EORVM.] Alij ex Hebr. 1. *ita ut sanguinem eorum in terram derivarim.* 2. & *deieci in terram excellentiam eorum.* id est, divitias, potentiam, gloriam, pulcherrimum statum eorum. ut Lament. 3. vers. 18. 3. & *deducam ad terram continuationem eorum,* id est, sanguinem continuantem membra. 4. & *prosterneam in terram firmitudinem,* seu potentiam eorum. 5. *denique deieci in terram robur eorum.* siue robustissimum quemque eorum. Eadem vox **נִצַּח** *netzach* quae supra v. 3.

MISERATIONVM DOMINI RECOR- DABOR, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. exponunt. 1. *Misericordias Iehouae commemorabo, laudes Iehouae iuxta omnia, quae retribuit nobis Iehoua : & multiplex bonum domui Israelis, quod retribuit eis secundum commiserationes suas, & multitudinem misericordiarum suarum.* 2. *Beneficentias Iehouae memorabo, laudes, inquam, Iehouae, veluti super omnibus aliis, quae donavit seu rependit nobis Iehoua ; & de innumeris bonis domus Israelis, quae pro miserationibus suis, & pro immensa bonitate sua largitus est eis.* 3. *Benignitates Iehouae commemorabo, laudes Iehouae, plane pro omnibus, quae contulit nobis Iehoua : & amplitudinem bonitatis erga domum Israelis, quam contulit eis secundum misericordias suas, & secundum amplitudinem benignitatum suarum.* Hac tertia parte concionis, ut dictum est in vers. 1. Ecclesia admirans magnificentiam praesentem Christi, orat ipsum pro salute sua, usque ad cap. 65. Huius autem orationis partes sunt quatuor : prima est, exordium, quo Ecclesia Deum adducit ad continuandam promissionum veritatem, & confirmat seipsam in expectatione earum, per laudatiam narrationem antea factae Dei beneficentiae, usque ad versum 15. siue ut alij distinguunt, toto hoc capite : secunda est, propositio postulati, à vers. 15. usque ad quintum capituli 64. siue à principio cap. 64. usque ad vers. 9. tertia est, confirmatio postulati, tribus versibus : quarta, conclusio, à vers. 9. seu 12. ad finem.

ET DIXIT, &c.] Quidam : *Nam dixit, &c.* Narratio benignitatis & beneficentiae Dei erga populum, hoc versu : quae deinde amplificatur ab ingratia populi factis, & Dei constantia in benignitate praestanda propter gloriam suam versu sequente : atque haec duo reliquis exornantur, usque ad v. 15. *dixit Iehoua.* id est, humanitus secum reputavit, tanquam bonus parens bene sperans de liberorum fide atque obsequio.

FILII NON NEGANTES.] Hebr. *filij non fallent.* Alij : 1. *filij, qui non mentientur.* 2. *filij non fallaces erunt.* 3. & *filij, qui nequaquam fallent.* 4. *filij non mendaciter acturi.* quasi dicat, non erunt tam impij atque impudentes, ut degenerent à me : humanitus dictum.

IN OMNI TRIBVLATIONE EORVM NON EST TRIBVLATVS.] Hebr. scribitur **לֹא עִם אֶלֶפְ**, non : sed plerique Hebraeorum
D D d rum

rum volunt vnum esse de locis in quibus Aleph ponitur pro Van, ei. vnde variè reddunt: 1. In omni angustia eorum ei fuit angustia. id est, quum angustiarentur, ipsemet angustiari videbatur. 2. In omni afflictione eorum, non afflictio. fuit eis. id est, cum maxime videbantur affligi, tum non vere affligebantur, leuante Deo afflictiones eorum. 3. In omni angustia eorum non coarctauit eos. id est, quantacunque in eos ingruerent mala, non sinebat eos succumbere, aut penitus opprimi. vt sit illud. 2. Corinrh. 4. vers. 8. [In omnibus affligimur, sed non coarctamur.] aut certe illud 2. Corinth. 1. v. 5. [Sicut exundant perpeffiones Christi. id est, ærumnæ quas ob Christum perpetimur; ita per Christum exundat etiam consolatio nostra.] 4. In omni angustia eorum non affecit eos angustia. id est, In omni angustia, quâ Deum indignissime affecerunt, humanitus dictum, vt sequente versu: non malum, sed bonum rependit pro malo.

ET ANGELVS FACIEI EIVS SALVAUIT EOS.] Alij: sed angelus faciei eius seruaui eos. id est, Christus mediator Dei & hominum, verus angelus fœderis, de quo Exod. 23. vers. 20. Propterea autem angelus faciei appellatur, cum quia tanquam sacerdos æternus ministrat coram facie Dei, & intercedit pro nobis, atque ad eum est in sinu Patris Ioann. 1. vers. 18. tum quia nobis est à Patre imago Dei inuisibilis, Colossens. 1. vers. 15. quem qui vidit, vidit Patrem Ioann. 14. v. 9. Quidam: Angelus faciei eius. id est, missus ab ipso, vel vnus ex angelis eius, qui solent coram ipso astare ad iussa capeffenda, vel qui faciem & præsentiam Dei refert, eiusque personam agit.

ET PORTAVIT EOS, ET ELEVAUIT CUNCTIS DIEBUS SÆCVLI.] Alij ex Hebr. 1. baiulant eos, portauit eos omni tempore præfco. 2. & imponens eos sibi, baiulauit eos omnibus diebus sæculi. vt Exod. 19. vers. 4. & Deuteron. 32. vers. 11. & supra cap. 46. vers. 4.

VERS. 10. IPSI AVTEM AD IRACVNDIAM PROVOCARVNT, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. Porro ipsi cum rebellarent & exasperarent Spiritum eius sanctum, in hostem conuersus est, ita vt ipse pugnaret contra eos. 2. Nam ipsis rebellantibus, & dolere-afficientibus, vt Psalm. 77. vers. 40. Spiritum sanctitatis eius, quem ex communicatis donis ipsius agnoscebant: nam qui repugnante lucè verbi Dei & spiritus accensa in conscientia ipsius, aliquid perpetratis, Spiritum dicitur extinguere, 1. Theffalonicens. 5. vers. 16. Spiritui mentiri, Actor. 5. vers. 3. & dolore eum afflicere, vt hoc loco. Est autem hæc tota narratio in primis euidens (si qua in Veteri Testamento) ad confirmandum doctrinam Christianam de vno Deo, & tribus personis: mutabatur quidem ipsis in inimicum, ipse repugnabat eis. id est, certabat contra ipsorum improbitatem, & reprimebat afflictionibus, tanquam si fuisset hostis: humanitus dictum, vt Psalm. 17. vers. 27.

AD IRACVNDIAM PROVOCARVNT.] 1777 mari, mutauerunt in peius,

rebellarunt, non obtemperauerunt, amaricauerunt, exacerbauerunt.

ET AFFLIXERVNT SPIRITVMS SANCTI EIVS.] 1777 ghiuzebbu, dolere-fecerunt, dolore-fauciarunt, discruciarunt, contristauerunt, irasci fecerunt, exasperauerunt, Spiritum sanctitatis eius. Putant ad hunc Isaia locum alluisse Paulum Ephesior. 4. vers. 30. [Et ne contristate Spiritum sanctum Dei, per quem obfignati estis in diem redemptionis, &c.] & verbo Græco reddidisse ἀπαίειε.

ET RECORDATVS EST, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. variè explanant: 1. Et recordatus est, vel ad memoriam reduxit dies longi temporis, seu præfcos. cum Deus ad memoriam reduceret priora, ad eum propheta ita exclamat: Vbi est, qui ascendere fecit eos de mari, cum pastoribus gregis sui? vbi est, qui posuit in medio eius Spiritum sanctitatis sue? 2. Et recordatus est Israël retro temporum, Moſis, & populi eius, dicens: Vbi est qui fecit eos ascendere de mari rubro, cum his, qui pascebant gregem suum? vbi est, qui dedit in medium eius, scilicet Moſis, Spiritum suum sanctum? 3. Sed recordabatur dierum præfcorum Moſchis, populi sui, dicens: Vbi esset, qui eduxit istos è mari, Prosopopœia summè pathetica, qua figuratur Deus discepturus cum animo suo, & se ad misericordiam reuocans propter gloriam suam: quo argumento utebatur Moſche, Exod. 32. vers. 11. & seq. quasi dicat, Vbi amplius videretur gloria Dei? vbi extaret, sublato populo ipsius? cum pastore gregis sui? id est, Moſche. vbi esset, qui posuit in medio istius Spiritum Sanctitatis sue? id est Deum ipsum Patrem & Filium præfentem in Spiritu sancto, quem illi quodam modo extinguebant, vt dictum est vers. 10. Quidam exponunt: Et recordatus est dierum sæculi Moſis, populi eius. id est, quum populus eius variis temporibus opprimebatur, vel ab Assyriis, vel à Babylois, &c. recordabatur temporum præfcorum Moſis, & eas mirificas liberationes in memoriam reducebat, exoptulans, cur & nunc non similiter liberaretur. Qui sensus non placet, quod alienus videatur ab instituto.

QUI DVXIT AD DEXTERAM MOYSEN BRACHIO MAIESTATIS SVÆ.] Alij: 1. Deducens eos ad dexteram Moſis brachio gloria sua. seu glorioso suo. Hispanicus Interpres: El qual los guio por la diestra de Moſen con el braço de su gloria? id est, por la conducta. 2. Qui ducebat ad dexteram Moſis, & ad brachium decoris sui. id est, qui ducebat eos duce Moſe gestante in dextera sua virgam. 3. Qui ducebat brachio suo magnifico Moſen, apprehensa dextera eius. 4. Qui deduxit istos ad dexteram Moſchis existens, brachio ornatus sui? id est, Moſchen quasi manu ducens, & dexteram illius agens ad perficiendum opus suum.

QUI SCIDIT AQVAS ANTE EOS, &c.] Alij euidētius reddunt: qui diffidit, dissecauit aquas, propter istos, vt compararet sibi nomen perpetuum. seu æternum, aut sempiternum.

QUI EDVXIT EOS PER ABYSSOS, &c.] Alij ex Hebr. 1. Qui ducebat eos per abyssos

VERS. 11.

VERS. 12.

VERS. 13.

fos veluti equum in deserto, neque corruerunt. vel quo minus impingerent. 2. Qui egit istos per abyssos, tanquam equum per desertum adeo ut non impingerent. 3. Qui ambulare, seu incedere fecit eos per voragines: sicut equus non impingit per desertum, non impegerunt.

VERS. 14.

QVASI ANIMAL IN CAMPO DESCENDENS, SPIRITVS DOMINI DVCTOR EIVS FVIT.] Alij ex Hebr. 1. Velut iumentum, quod per vallem descendit, Spiritus Iehoua deduxit eum. 2. Quasi iumentum, quod in campo graditur, Spiritus Iehoua sensim & placide deduxit eum. 3. Quasi animal, quod per vallem descendit, quod Spiritus Iehoua dimittit. id est, relinquit vt libere scilicet incedat quo libuerit. Forsterus reddit: Spiritus Iehoua quietat illud. 4. Vt iumentum in conualle descendens, Spiritus Iehoua quiete egit eum. id est, leniter & commode duxit, vt lolet iumentum duci in descesu montis ardui. Futurum fœmineum ex Hiphil תניחני tenichenu, quidam à ינח יanach, deducunt, deponet, dimittet eum: Alij, à נח nuach, quiescere faciet, pausare-faciet eum. Nonnulli, à נחב nachab sensim & placide deducet eum. vel illud. sunt cognatæ radices, & eodem sensum ducunt.

SIC ADDUXISTI POPVLVM TVVM, VT FACERES, &c.] Alij: ita deduxisti populum tuum, ad comparandum tibi nomen ornatus; id est, ornatissimum & pulcherrimum. Apostrophe ad Deum merabatica, seu transitoria ad secundam orationis partem.

VERS. 15.

ATTENDE DE CÆLO ET VIDE, &c.] Alij: Intuerè è cælis, & vide, &c. Altera pars orationis, nimirum propositio postulati, vt dicimus supra in vers. 7. qua Ecclesia salutem à Christo petit, primum propter fœdus cum ipsa initum, officiaque iam olim promissa & præstita Ecclesiæ à Deo in Christo, his tribus versibus: deinde propter intolerantiam hostium Deo & Ecclesiæ aduersantium, vers. 18. & 19. quibus causis expositis, postulatum, quod fuerat cœptum, vers. 15. copiosè explicatur, quatuor primis versibus, cap. 64.

DE HABITACVLO SANCTO TVO, ET GLORIÆ TVÆ.] Alij: ex habitaculo sanctitatis tuæ, & ornatus tui. seu ex habitaculo sanctissimo, ornatissimo, pulcherrimo. id est, è cælis periphraستicè זבול zebul, Habitaculum, dicitur de templo Salomonis 1. Reg. 8. vers. 13. & de cælo, quod est propriè habitaculum Dei, hic.

VBI EST ZELVS TVVS, ET FORTITVDO TVA, &c.] Hoc hemistychium ex Hebr. alij reddunt: 1. Vbi zelus tuus. id est amor ille vehementissimus, quo ante nos prosequutus es? & robur tuum? multitudo viscerum tuorum & misericordiarum tuarum quomodo se erga me continent? 2. Vbi est zelus tuus? maioribus nostris opere demonstratus ad seruandum ipsos? quasi dicat, iam non extat, nusquam apparet amplius: humanitus dictum. & maxima potentia tua? nam Hebraicè est plurali numero: potentia tua? fremius viscerum tuorum, & misericordiarum tuarum erga me continerent sese? id est, nunquamne Maluenda 1 In libr. Isaia.

velut pœnitentia adductus, & dolore interno misereberis mei? metonymicè; sic Cantic. 5. vers. 3. וקדנתי bihappaku, præteritum Hithpahal significatum intendit. q.d. validè, vehementer sese continuerunt. Quidam reddunt: vim ne sibi fecerunt erga me? scilicet, cohibitaene descendant ad me?

TU ENIM PATER NOSTER, &c.] Hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. Cum tu sis pater noster (siquidem Abraham nos non cognoscit, neque Israël nos nouit) tu Iehoua, pater noster es, redemptor noster, nomen tuum ab æterno. vel fama tua celebris fuit etiam ab initio mundi. 2. Tu enim pater noster es; prior causa postulati, vt diximus versu præcedente à fœdere Dei constantissimo: quamuis Abraham nesciturus nos, & Israël non agniturus esset nos: tu, Iehoua, pater noster es; Vindici nostro à sæculo nomen est tibi. Occupatio breuis, At qui (dixerit quispiam) Deus pater est Abrahami & Israëlitis ambulantium coram se, vos autem planè à fœdere discessistis, & maiorum vestigia in fide reuerentiaque Dei ambulantium: ita omisit, vt ne ipse quidem Abraham aut Israël (si in vi vis essent) vos pro filiis agnoscerent, Deuteron. 32. vers. 5. Respondent, Fatemur quidem nos ita deprauatos esse vitiositate nostra, vt indigni simus, qui Dei Abrahami, & Israëlitis filij appellemur; sed nitimur solo Dei fœdere gratuito, quod scimus esse constantissimum, vt Deus est. Sic perstringitur breui argumentum illud, quod postea adicitur vers. 5. & duobus sequentibus capitis 64: quasi dicant, Etsi nos à fœdere Dei, quod cum Abrahamo & Israëlite patribus nostris iniuit, descuerimus; non tamen Deus à se vel à fœdere suo desciscere potest: Deus enim negare se non potest. Aliqui exponunt, Tu, tu, inquam, pater noster es, nihil enim genus Abrahamæ curamus, nihil hic ostendimus ius patrium aut cognationem, solo tuo amore nitimur, nullo nisi te patre gloriamur: nihil nobis cum Abrahamo & cæteris patribus est, præter, vel extra te.

VERS. 16.

DE VIS TVIS?] id est, ab obsequio, fide & cultu tuo, quem obseruari vetant ad versarij, & tua gloria flagitat.

VERS. 17.

INDVRASTI COR NOSTRVM NE TIMERMVS TE.] Verbum נשך kasbach in Hiphil, quod hic tantum, & Job. 39. v. 19. habetur, variè exponunt: 1. Aben Ezra: amouisti, remouisti, recedere-fecisti cor nostrum à timore tuo. 2. Noster, Rabbinus, Schelomoh, & Kimichi, Sanctes, Vatablus, Forerius, Marinus, Leo Iudas, Buxtorfius: obdurasti, indurasti, indurare-fecisti cor nostrum à timore tuo, id est, quo minus timeremus te. 3. Reuchlinus & Buxtorfius: dure, seu crudeliter tractasti cor nostrum, &c. 4. Forsterus, Vatablus, Auenarius, Schindlerus: ab horrore fines, vel facies aut sinistè, fecisti cor nostrum à timore tuo. 5. Tremellius & Iunius: torrefacient-obdurares animum nostrum à reuerentia tui? nempe, misera seruitute, quas seruitur satanæ, peccato, & omnibus inimicis Dei tanquam in fornace ferri: ex qua incommodorum consuetudine ferè exiit pietas, & induitur obduratio: metaphora

à fornacibus, in quibus cuditur, & obduratur ferrum. Mihi tamen eorum sententia probatur, qui verbū נשך *kaschach*, cum *cheth*, idē significare quod *KASCHAH* cū *He* existimant; vnde hīc reddunt: *durum, perplexum, rigidum, intricatum, pertinax* reddes cor nostrum à timore tuo, seu reuerentia, cultu, religione tua, ne eam scilicet ex animo amplectamur.

CONVERTERE,] vel reuere. Exponunt, id est, tanquam reuersus, tuos à suis erroribus reuoca, humanitus dictum.

PROPTER SERVOS TVOS.] id est propter gratiam & fœdus tuum, quo nos tibi seruos gratuito comparasti. Quidam reddunt: *redi nobiscum in gratiam propter seruos tuos*, id est, quod eis bene voitatur.

VERS. 18.

QVASI NIHIL POSSEDERVNT, &c.] Hunc versum alij ex Heb. exponunt: 1. *Ad breue tempus possedit populus sanctus tuus, subaudi, hereditatem tuam; hostes nostri conculcauerunt sanctuarium tuum*, id est, templum. 2. *Parum diu possedit populus tuus sanctuarium tuum: hostes enim nostri conculcauerunt illud*. Videtur esse traiectio verborum. 3. *Ad minimum vsque hereditario iure possident populum sanctitatis tuæ, hostes nostri conculcant sanctuarium tuum*. Secunda causa, vt diximus in vers. 1. videtur respicere cladem vr̄bis & templi per Babylonios. 4. *Modicum fuit vel parum abest quin hostes possideant populum sanctum tuum, coarctatores nostri conculcent sanctuarium tuum*.

FACTI SVMVS QVASI IN PRINCIPIO, &c.] Hunc versum diuersimode ex Heb. explanant: 1. *Nos fuimus tui à saculo, tu non dominatus es eorum*, scilicet hostium, nec inuocatum est nomen tuum super eos. 2. *Facti sumus vt olim, quibus non dominabarir, vel vt ij quibus à saculo non es dominatu*, id est, deseruisti nos, Domine, vti eos, quibus nunquam fueris dominatus, & finis mirum in modum affligi à Chaldæis: & super quos non inuocabatur nomen tuum, vel similes, inquam, is super quos non fuit inuocatum nomen tuum, id est, qui tui nunquam vocati sunt. q. d. Fuimus vt ij, quorum non fuisti Dominus, aut qui te non agnouerunt, quasi ad te nihil pertinuerimus: & qui non fuerunt vocati de nomine tuo, id est, qui non fuerunt populus tuus. 3. *Fuimus velut à saculo, quando non dominabarir in eos: non inuocabatur nomen tuum super eos*, id est, Fuimus veluti quando ab initio non eramus populus tuus, & quum non dicebatur tui. q. d. & propter peccata, & propter calamitates videris nos penitus abieciisse. Mutatio personæ. 4. *Sumus illi, videlicet in quos dominaris, & super quos inuocatur nomen tuum: nam hæc zeugmaticè petenda sunt ex sequente membro, vel potius ex vers. 17. resumenda: à saculo non dominatus es, vel nunquam dominatus es in istos, videlicet hostes tuos, neque inuocatum est nomen tuum super istos*, id est, nunquam inuocauerunt aut coluerunt te.


VERS. 19.

CAPVT LXIV.

Petit propheta vt Deus nomen suum & potentiam inimicis nota faciat: facta quoque mentione felicitatis quæ Deum expectantibus preparata est, confitetur ac luget populi sui iniquitates, immunditias, & exilium, orans pro liberatione.

Vulg.

Malu.

1  *Tinam dirumperes celos, & descenderes: à facie tua montes defuerent.*


2 *Sicut exustio ignis tabescerent, aquæ arderent igni, vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis: à facie tua gentes turbarentur.*

3 *Cum feceris mirabilia, non sustinebimus: descendisti, & à facie tua montes defluerunt.*

1. Cor. 2, h. 9.

4 *A saculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus non vidit, Deus absque te, quæ preparasti expectantibus te.*

5 *Occurristi, & facienti letanti iustitiæ: in viis tuis recordabuntur tui: ecce tu ira-*

1  *I dirupisti cælos, descendisti, de faciebus tuis montes defluerunt.*

a O si vtiā

2 *Secundum inflammare ignem stipulas, aquas eruet ignis; ad scire facere nomen tuum coangustatoribus tuis: de faciebus tuis gentes commouebuntur.*

3 *In facere te timenda, non expectabimus: descendisti de faciebus tuis montes defluerunt.*

4 ^b *Et de æterno non audierunt, non ^c auscultauerunt: oculus non vidit ELOHIM præter te faciet prolonganti ei.*

b A saculo, ab olim
s aurizauerunt, auri culauerunt
d qui in viis tuis memores. sunt rui

5 *Occurristi ad gaudentem, & facientem iustitiæ; ^d in viis tuis recordabuntur*

aus es, & peccauimus: in ipsis fuimus semper, & saluabimur.

6 Et facti sumus vt immundus omnes nos, & quasi pannus menstruata vniuersa iustitia nostra, & cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostrae quasi ventus abstulerunt nos.

7 Non est qui inuocet nomen tuum; qui consurgat & teneat te: abscondisti faciem tuam à nobis, & allixisti nos in manu iniquitatis nostrae.

8 Et nunc Domine, pater noster es tu, nos verò lutum: & sicut noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos,

9 Ne irascaris Domine satis, & ne ultra memineris iniquitatis nostrae: ecce respice, populus tuus omnes nos.

10 Ciuitas sancti tua facta est deserta; Sion deserta facta est, Ierusalem desolata est.

11 Dominus sanctificationis nostrae, & gloria nostra, vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas.

12 Numquid super his continebis te Domine, & aecibus, & affliges nos vehementer?

buntur te: en tu efferuisti, & errauimus in eis æternum, & saluati fuimus.

6 Et facti sumus sicut e ramipatus f omne nostrum, & sicut s pannus remotionum omnes iustitiæ nostræ: & defluximus sicut folium omne nostrum, & h prauitates nostræ sicut i spiritus leuabunt nos.

7 Et non vocabis in nomine tuo, excitare sese faciens ad obtinere in te: quia abscondisti facies tuas de à nobis; & liquefecisti nos in manu k prauitatum nostrarum.

8 Et nunc IHVH, pater noster tu: nos lutum, & tu l formans noster, & factura manus tuæ m omne nostrum.

9 Non efferuesces IHVH vsque ad valde, & non n inuisqu-ad recordaberis o prauitatem in respice, obsecro, populus tuus omne nostrum.

10 Vrbes sanctitatis tuæ fuerunt desertum: Tzijon desertum fuit; Ierusalem p afflanda.

11 Domus sanctitatis nostræ, & q decoris nostri, qua extulerunt te patres nostri, fuit r combustionem ignis: & t omnia expetibilia nostra fuit siccitati.

12 An super ista continere tete-facies IHVH ? silebis, i & afflixisti nos vsque-ad valde?


e contami-natus, pol-lutus, inquit natus f omnes nos, sic stasim g vestimentum h curuitates distortiones, peruertitates i ventus k prauitatis nostræ: vs v. 6.

l plastes in vi v. 6.

n: æternum, sempiternum o vs v. 6.

p afflatio; afflatus, afflata stupa q ornatu s, exposita exustioni s vnaque- que rerum desideratarum nostrarum, est vastatio ni vt affligas

psal. 78. b. 9.



COMMENTARIA.

VERS. 1.



TINAM DISRUMPERES CAELOS, ET DESCENDERES, &c.] Regressio, inquit, ad postulatum expositis argumentis, vt dictum est in vers. 15. superioris capitis, quod elegantissimis comparationibus illustratur. sunt autem huius postulati duo capita, vnum aduersus hostes Dei & Ecclesiae, vsque ad versum 4. alterum, pro Ecclesia, vt doctrina Euangelij afferretur per Christum, vers. 4. reddunt ergo hunc versum: Vtinam lacerares celos; & descenderes. humanitus dicta: à facie tua montes diffuerent. vt Iudic. v. 5. Alij: O se caelum scindas, ac descendas, quo montes, tanquam ab ignis in cendio colliquefiant. Iungunt sequentibus nonnulli: Vtinam rumpeles celos & descenderes, à facie tua montes stillent aquam. Hæc verba in Hebraicis codicibus iunguntur ultimo versui præcedentis Capitis.

VERS. 2.

SICVT EXUSTIO IGNIS TABESCENT, &c.] Hunc versum ex Heb. varie efferunt: Sanctes: Instar inflammantis ignis efferuentes aquas siue dissolutas aquas, erat desflagratio ignis tui; ad manifestandum nomen tuum hostibus tuis: à facie tua gentes formidabant; 2. Va-

tablus: Sicut exarsit ignis dissolutionum, & aquam fecit feruere ignis, vt celebre redderes nomen tuum apud hostes tuos; sic a te gentes timeant: Ignem dissolutionum vocat omnia Colliquefacientem, hoc est vehementissimum & acerrimum. Alludit ad descensum olim in monte Sinai factum. 3. Secundum ardere ignem liquefactionum; aquas bullit ignis; ad notificandum nomen tuum hostibus tuis; à facie tua gentes formidabunt. 4. Tanquam in incendio ignis liquefactionum, ignis aquas ebullire fecit; &c. 5. Sicut exarsit ignis dissolvens; & aquas feruere fecit ignis; vt notum faceres nomen tuum; &c. 6. Sicut exurit ignis liquefaciens, aquam bullire facit ignis; vt nomen tuum; &c. 7. Forsterus: Iuxta accendi ignem, id est, iuxta accensum ignem, liquidas aquas deseruet ignis. vel sicut in incendio ignis liquida aqua, quas eruit, seu elicit ignis, id est, eliquefacit; & ebullit; ad sciend facendum nomen tuum aduersariis tuis; à facie tua gentes commouebuntur. 8. Leo iudæ: Tanquam ab incendio ignis, ignis, inquam, qui ebullit violentas aquas; vt innotescat nomen tuum hostibus tuis, & gentes à conspectu tuo contremiscant. 9. Forsterus: Sicut accenso igne liquidas aquas elicit ignis, id est, ebullire facit, vel ex

DD d 3 herbis;

herbis, aliisque rebus distillatoria arte elicit: ut notum fieret nomen tuum: à facie tua gentes commouebuntur. 10. Auenarius: Quemadmodum inflammatur ignis liquidarum aquarum: vel sicut feruescit ignis liquores, & aquas elicit ignis, ad notificandum nomen tuum angustatoribus tuis: à facie tua gentes contremiscent. 11. Marinus: Quando ardet ignis liquefactionum, aquas ebullire facit ignis: vel aquas quare, seu requirit ignis, Hebraismo pulcherrimo, *al fue o si ritchie del' aqua per estinguerlo: ad manifestandum nomen tuum hostibus tuis: à facie tua hostes horrebunt.* 12. Schindlerus: Sicut exurit ignis liquefactionum, aquas feruescit ignis. quo liquefcent montes. Accentus *Rebia* ostendit pertinere ad præcedentia, non ad consequentia, videlicet: *A facie tua montes defluerunt sicut exurit ignis liquefaciens omnia, & aquas feruescens.* 13. Tremellius, Iunius, & Buxtorfius: sicut conflagrat ignis, vel quemadmodum conflagrans igne cremia, seu stipulas, aquas bullas ignis, siue aquarum bullas excitat ignis. *ut notam faceres nomen tuum hostibus tuis, à facie tua gentes contremiscant.* Elegans comparatio montium diffluentium cum aquis feruentibus in olla ad luculentum ignem: quæ allegoria in fine versus exponitur. 14. Hispanicus Interpretes: *Como fuego qua abrasando derrite, fuego que haze hervir el agua, para que hiziesses notorio tu nombre à tus enemigos, y las gentes temblasen à tu presentia.*

TABESCENT.] חמסם *hamasim*, exponunt, liquidi, liquefactiones, liquores. Alij, *cremia, stipulas-sicca* interpretantur. Leo Iudæa exponens, *violentias*, cum *Cheib* legisse videtur חמסם *cbamasim*.

VERS. 3.

QUVM FECERIS MIRABILIA, NON SVTINEBIMVS, &c.] Hunc versum ex Heb. alij explicant: 1. *Quum faceres mirabilia, quæ non sperabamus, descendisti, à facie tua montes defluerunt.* 2. *Quum feceris mirabilia, non intenti erimus, descendisti, à facie, &c.* 3. *Quum faceres miracula, quæ non sperabamus, descendisti è cælo; & ob te presentem montes stillauerunt.* Subaudiunt aliquid in principio versus, eiusmodi est: *Facere potes quod dico, nam & olim idem fecisti. Quum enim faceres miracula, &c.* 4. *Vtinam, inquam, descenderes, ut olim, quum faceres terribilia, quæ non expectabamus, & à conspectu tuo montes colliquebant.* 5. *Faciens terribilia, quæ non expectassemus.* id est, omnem hominum cogitationem superantia, quæ ne in mentem quidem hominis ascenderunt, ut 1. Corinth. 2. v. 9. *utinam descendas, à facie tua montes diffluent.*

VERS. 4.

A SÆCVLO NON AVDIERVNT, NEQVE AVRIBVS PERCEPERVNT, &c.] Hunc versum ita quidam ex Heb. accipiunt: *Et inde à sæculo inaudita, auribus minime percepta, quæ oculus non vidit, ò Deus, præter te, Deus, Deus comparet præsolanti ipsi, id est, mysteria Evangelij reuelata per Spiritum, in quæ desiderant angeli prospicere, ut interpretantur Apostoli, 1. Corinth. 2. v. 9. & 1. Petri. 1. v. 12. utinam comparet Deus cuique piorum.*

EXPECTANTIBVS TE.] לחכה *limchacheb* ו' lo. *prolonganti, longe-expectanti, præso-*

lanti, anhelanti, inbianti ei. vel ad ipsum.

OCCVRRISTI LÆTANTI ET FACIENTI IUSTITIAM, &c.] Alij: *Occurris gaudenti, & exercenti iustitiam.* id est, ei, qui cum gaudio incumbit iustitiæ, &c. Tertia pars orationis, nimirum confirmatio postulati, ut dictum est in vers. 7. capitis præcedentis, qua Ecclesia primum misericordiam Dei erga resipiscentes, & vere pœnitentes, ac iustitiæ studiosos explicat; deinde peccata sua confitetur, qua in confessione sincera posita sunt initia veræ pœnitentiæ, ut ostendit David Psalm. 31. v. 5. quæ duo proleptice hoc versu ponuntur, postea vero exornatur peccatorum confessio, vers. 6. & 7. ex qua postremo conclusio efficitur implorans misericordiam Dei erga resipiscentem & pœnitentem Ecclesiam, à vers. 8. ad finem vsque capitis. Est autem *occurrendi* verbum humanitas attributum Deo. Alij: *Occurristi gaudenti in te, & facienti iustitiam.* subaudi, *occurruisti mortis.* id est, sustulisti de medio eos, qui gaudebant in te, & faciebant iustitiam, & meminisse solebant tui. quibus nimirum dignus non erat mundus. Nonnulli exponunt: *Olim solebas occurrere patribus, eosque presentia tua exhilarare; ecce autem nunc longe abes.* occulta antithesis. Quidam: *Exaudisti orationem eorum, qui gaudebant in te, & faciebant iustitiam, &c.*

ECCE TV IRATVS ES, ET PECCAIVMVS.] Alij: 1. *ecce autem tu iratus es quod, vel quia peccavimus.* 2. *en tu effervesces quum peccavimus.*

IN IPSIS PVIMVS SEMPER, ET SALVABIMVR.] Quidam interroganter accipiunt. in peccatis continuo manemus, & putamus nos saluum iri? Alij: 1. *& in iis peccatis consensimus, alioqui salus nobis contigisset.* 2. *in ipsis fuimus in seculum, & tamen salvi facti sumus.* Sæculum hoc loco pro diuturno tempore. q. d. Tamen obstinati diu mansimus in peccatis nostris, ac digni fuimus, quos millies perderes, tamen misericordia tua servati sumus. 3. illud. *in ipsis referunt non ad peccata, sed ad vias tuas, quæ paulo ante præcesserunt, ita: perpetuo in illis stando servati fuissimus.* nimirum in illis viis Dei, quarum meminit priore membro. Est autem his verbis elegans hypothisis, aduersatiua confessio subiicitur.

ET FACTI SVMVS VT IMMVNDVS.] Alij: *Sed sumus ut immundus.* id est, peccatis nostris tanquam lepræ sordibus, ab ipsius Dei, hominumque confortio separati. Vide Leuitici 13. v. 40. & sequentibus. Nonnulli abstractè reddunt: *ut pollutio, contaminatio, inquinamentum, quod sensum auget.*

MENSTRVATÆ.] גדידי *ghiddim*, quod semel hic tantum in Scriptura inuenitur, aiunt esse pannos exutos & abiectos, centones laceros ac detritos, frusta vestium contumpra, putrida, sordida, putida. Quidam, *remotiones* exponunt, id est, res inquinatas & abominabiles, quæ remouentur & abijciuntur. Sanctes reddit: *& sicut vestimentum inquinatum.* Varabius, *sordidationum*, id est, factum paniculis putidis. Forsterus: *& quasi vestes derrite seu abjecta.* Marinus, Tremellius, Iunius, Buxtorfius: *& sicut panniculus remotionum.* id est, abjectissimus.

Diffimus. vel sicut pannus menstruorum, quod plerique Hebræorum sequuntur: is enim remoueri à conspectu & abjici solet: vel & *menstrua remotionis*. diuerso vocabulo Hebraice appellatur, Leuit. 12. v. 2. vide Thesaurum nouissimum Pagnini, Colum. 1884.

VERS. 7. NON EST, vel NULLVS EST QUI INVO-
CET NOMEN TVVM, &c.] id est, ac ne tuis
quidem ferulis cæsi respicimus: exaggeratio.

QVI CONVRGAT, ET TERBAT TE.]
Alij: 1. aut qui sese incitet, vt te apprehendat,
id est, vt adhæreat tibi. 2. excitans se ad prehen-
dendum te. id est, consequendum, vt loquitur
Apostolus Philip 3. v. 12.

ET ALLISISTI NOS.] Heb. dissoluisti, re-
soluisti, liquefecisti nos.

IN MANV INIQUITATIS NOSTRÆ.]
Alia Heb. exemplaria cum *lod* habent. *in ma-
nu iniquitatum nostrarum*. quod plenius est. id
est propter, vel per iniquitates nostras. q. d.
peccatis nostris effectum est, vt dissolueremur
& quasi cera liqueceremus.

VERS. 8. ET NVNC, DOMINE, PATER NOS-
TER ES, &c.] Alij: *Iam vero, Iehoua, pater
noster, &c.* Conclusio ex antecedentibus con-
fecta, vt dictum est in vers. 5.

VERS. 9. NE IRASCARIS DOMINE SATIS.] Heb.

Ne effruescas, Iehouab usque ad valde. id est.
quam plurimum, vltra modum. infra vers. 11.

CIVITAS SANCTI TVI FACTA EST DE-
SERTA, &c.] Heb. pluraliter. *Urbes sanctita-
tis tua sunt desertum, &c.* Hebræi, & plerique
nostrorum duos hos versus ad Assyriacas vel
Babylonicas deuastationes referunt: Alij, ad
supremam per Romanos: satis videtur hic
loqui Ecclesia ex reliquiis Iudæorum repro-
batorum collecta, vt videbimus sequente
capite.

NUMQVID SVPER HIS, &c.] Hunc ver-
sum alij ex Heb. explanant: 1. *Num in his te
continebis, ô Iehoua? vel num ob hæc continebis
sub audi, iram tuam, ô Iehoua?* id est, nunquid
ob has iniurias Chaldæorum continebis te
diutius ne ostendas illis iram tuam, & no-
bis liberationem? q. d. non: nam tandem
sumes pœnas de illis, & nos seruabis: *num
dissimulabis, & tam vehementer nos affliges?*
2. *An propter illas continebis te Iehoua?* nimi-
rum, propter illas iniquitates nostras, de qui-
bus supra vers. 5. 6. 7. & 9. q. d. Indignum
esset te magis ad peccata nostra respicere,
quam ad gloriam tuam in liberatione Eccle-
siæ positam: *sileres, & affligeres nos quam plu-
rimum.*

VERS. 10.


VERS. 12.

CAPVT LXV.

Gentium conuersio, & Iudæorum propter iniquitates suas & idololatriam
abiectio, seruis tamen paucis reliquijs ex ipsis: comminatio his qui
Dei legem abiecerunt, & prospera ac noua omnia seruis Dei
nuntiantur: de quorum felicitate & Dei erga ipsos
benignitate multis agit propheta.

Vulg.

Malu.


 *Vestierunt me qui ante
non interrogabant, inue-
nerunt qui non quæsie-
runt me: dixi: Ecce ego, ec-
ce ego ad Gentem, qua non inuocabat no-
men meum.*

2 *Expandi manus meas tota die ad po-
pulum incredulum, qui graditur in via
non bona post cogitationes suas.*

3 *Populus qui ad iracundiam pronocat
me ante faciem meam semper: qui immo-
lant in hortis; & sacrificant super la-
teres:*

4 *qui habitant in sepulchris: & in de-
lubris idolorum dormiunt: qui comedunt
carnem suillam, & ius profanum in vasis
eorum.*

5 *Qui dicunt: Recede à me, non appro-
pinques mihi, quia immandus es: isti su-*

 *Vastus - fui^a iis non
postulauerunt; inuen-
tus - fui non quæsiue-
runt me: dixi: Ecce ego,
ecce ego ad gentem^b non vocata - fuit^b
in nomine meo.*

2 *Expandi manus meas omni die ad
populum^c refractarium, ambulantes
viam non bonam post excogitationes
suas.*

3 *Populum commouentes me^d su-
per facies meas iuge: sacrificantes in
hortis, & suffire - facientes super la-
teres.*

4 *Habitantes in sepulchris; & in ob-
seruatis pernoctabunt: comedentes
carnem porci, & ^e abruptio inquina-
tionum vasa eorum.*

5 *Dicentes, Appropinqua ad te, non
accedes in me, quia sanctificauit te: ista
fumus*

^a datiuus.
iis. qui sic
statim

^b quæ nom

^c vide in
Deuteron.
21. v. 18.

^d in faciem
meam: vt
Iob. 1 v. 11.

^e deficiatio,
ius

mus erunt in furore meo, ignis ardens tota die.

6 Ecce scriptum est coram me; non ta-
ebo, sed reddam & retribuam in fine me-
teorum.

7 iniquitates vestras, & iniquitates
patrum vestrorum simul dicit Dominus,
qui sacrificauerunt super montes, & su-
per colles exprobauerunt mihi, & reme-
tiar opus eorum primum in sinu eorum.

8 Hac dicit Dominus: Quomodo si in-
ueniatur granum in botro, & dicatur:
Ne dissipet illud, quoniam benedictio est:
sic faciam propter seruos meos, ut non di-
sperdam totum.

9 Et educam de Iacob semen, & de Iu-
da possidentem montes meos: & heredita-
bunt eam electi mei, & serui mei habita-
bunt ibi.

10 Et erunt campestris in caulas gre-
gum, & vallis Achor in cubile armento-
rum, populo meo, qui requisierunt me.

11 Et vos qui dereliquistis Dominum:
qui obliti estis montem sanctum meum
qui ponitis fortuna mensam, & libatis su-
per eam.

12 Numerabo vos in gladio, & omnes
in cade corruetis. Pro eo quod vocaui,
& non respondistis, locutus sum, & non
audistis: & faciebatis malum in oculis
meis, & qua nolui elegistis.

13 Propter hoc hac dicit Dominus Deus:
Ecce serui mei comedent, & vos esurietis:
Ecce serui mei bibent, & vos sitietis:

14 Ecce serui mei latrabunt, & vos con-
fundemini: Ecce serui mei laudabunt pra
exultatione cordis, & vos clamabitis pra
dolore cordis, & pra contritione spiritus
ululabitis.

15 Et dimittetis nomen vestrum in iu-
ramentum electis meis: & interficiet te
Dominus Deus, & seruos suos vocabit no-
mine alio.

16 In quo qui benedictus est super ter-
ram, benedicetur in Deo amen, & qui
iurat in terra, iurabit in Deo amen: quia
obliuioni tradita sunt angustiae priores,
& quia abscondita sunt ab oculis meis.

17 Ecce enim ego creo calos novos, &

fumus in naso meo, ignis adurens om-
ni die.

6 Ecce scripta s faciebus meis:
non filebo, h quia si pacificaui, & paci-
ficabo super sinum eorum.

7 i Prauitates vestras, & prauitates pa-
trium vestrorum k vnite, dixit IHVH,
qui suffuerunt super montes; & super
colles perfoderunt me: & remetiar m
operationem eorum primam super si-
num eorum.

8 Sic dixit IHVH: secundum quod
inuenietur mustum in o botro; & di-
cet, Non funditus perdes p illud, quia
benedictio in eo: sic conficiam q cor-
respondentiae seruorum meorum, ad
nequaquam funditus perdere r omne.

9 Et exire faciam de Iaghakobo se-
men, & de Iehudah f hereditatem
montes meos: & hereditabunt eam
electi mei; & serui mei t scenitabunt
inibi.

10 Et erit u Saron x nomo ouis, & y
vallis Ghachor z cubili a bouis, b po-
pulo meo, qui quaxiuerunt me.

11 Et vos c dereliquentes d IHVH,
obliuiscetes montem sanctitatis meae:
ordinantes e Ghad tabulam, & im-
plentes f Meni infusionem.

12 Et numerabo vos s gladio, & h
omne vestrum i maetationi cruribus-
curuabimini; correspondentia vocaui,
& non respondistis; loquutus - fui &
non audiistis: & fecistis in oculis
meis; & in quo non bene complacui,
elegistis.

13 Ad sic, sic dixit ADONAI IHVH:
Ecce serui mei comedent, & vos fame-
scetis; ecce serui mei bibent, & vos
sitietis: ecce serui mei latrabunt, &
vos pudefietis:

14 Ecce serui mei gratulatorie - ac-
clamabunt, k de bono cordis, & vos
clamabitis de dolore cordis, & de con-
fractione spiritus l eiulabitis.

15 Et de ponetis nomen vestrum ad-
iurationi electis meis, & mori faciet
te ADONAI IHVH: & seruis suis m vo-
cabit nomen aliud.

16 Quo benedicere se - faciet in
ELOHIM Amen; & iuramento ob-
strictus in terra, iuramento obstringe-
tur in ELOHIM Amen: n quia obliuio-
ni - tradite - fuerunt coangustationes
primae, & quia abscondite - fuerunt de
oculis meis.

17 Quia ecce ego creans calos no-
uos,

f singulare,
famineum
g datiuus.
ad facies
meas
h CHI IM,
quinimo,
i curitates,
distortio-
nes, peruer-
sitates sic
mox

k vna, parti-
ter, simul
l conuiciis
probris per-
foderunt,
proficerunt
m pristina
facta eorum
n sicut cui
o racemo,
vna
p cum
q datiuus.
ad coriel-
pondentiam
r omnes
iplos

s haeredem
montium
meorum
t taberna-
culabunt, co-
habitabunt
u planities,
campestris
x datiuus. in
nomum

y conuallis,
profunditas
z in cubile,
accubitum
a armenti
b pro po-
pulo
c desertores
d genitiuus.
e datiuus.

ipfi Ghadi
f datiuus.
ipfi Meni
g datiuus. ad
in gladium
h omnes
vos

i iugulatio-
ni
k pra
sic sunt im

l ululabitis

m imponet

n quum, sic
paulo infe-
rius

Pouerb 1,
c. 24.
Ierem. 7.
c. 23.
Infrã 66.
b. 4.

Infrã 66,
g. 22.

terram nouam : & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor.

18 Sed gaudebitis & exultabitis usque in sempiternum in his, quae ego creo: quia ecce ego creo Ierusalem exultationem, & populum eius gaudium.

19 Et exultabo in Ierusalem, & gaudebo in populo meo: & non audietur in ea ultra vox fletus & vox clamoris.

20 Non erit ibi amplius infans dierum, & senex qui non impleat dies suos: quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit.

21 Et aedificabunt domos, & habitabunt: & plantabunt vineas, & comedent fructus earum.

22 Non aedificabunt, & alius habitabit: non putabunt, & alius comedet; secundum enim dies ligni, erunt dies populi mei, & opera manuum eorum inueterabunt:

23 electi mei non laborabunt frustra, neque generabunt in conturbatione: quia semen benedictorum Domini est, & nepotes eorum cum eis.

24 Eritque antequam clament, & exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego audiam.

25 Lupus & agnus pascentur simul, leo & bos comedent paleas: & serpenti puluis panis eius: non nocebunt, neque occident in omni monte sancto meo, dicit Dominus.

uos, & terram nouam, & non recordabuntur prima, & non ascendent super cor.

18 P Quia si gaudete; & exultate usque ad, usque ad, quod ego creans: quia ecce ego creans Ierusalem exultationem, & populum eius gaudium.

19 Et exultabo in Ierusalem, & gaudebo in populo meo: & non audietur in ea adhuc vox lacrymationis, & non vox clamoris.

20 Non erit de ibi adhuc paruulus dierum, & senex, qui non implebit dies suos: quia excussus filius centum anni morietur, & peccans filius centum anni leuificabitur.

21 Et aedificabunt domos, habitabunt: & plantabunt vineas, & comedent fructum earum.

22 Non aedificabunt, & alius habitabit; non plantabunt, & alius comedet: quia secundum dies ligni dies populi mei, & facturam manuum suarum inueterabunt electi mei.

23 Non laborabunt vacuitati, & non generabunt subito - terrori: quia semen benedictorum IHVH ij, & exitus eorum ad eos.

24 Et erit, antequam vocabunt, & ego respondebo: adhuc ij loquentes, & ego audiam.

25 Lupus & agnus pascentur sicut vnus, & leo sicut bos comedet stramen; & serpentis puluis panis eius: non malefacient, & non funditus disperdent in omni monte sanctitatis meae, dicit IHVH.

o passim memorabuntur p ut v. 6. q in saecula saeculi, in aeternitatem aeternitatis

r amplius ultra, decipit s ut v. 19.

t leui pendetur, vili pendetur

u arboris

x vide Lib. nr. 26. 16.

y vide Gen. nes. 24. 25.

Pf. 31. b 5. supra 21. a. 6.



COMMENTARIA.

VERS. I.



VASIERVNT ME. &c.] Obseruant, ad antecedentem Ecclesiae postulationem, hoc capite respondere Christum, vt diximus cap. 63. v. 1: Esse autem huius responsi tres summa-

tim partes; primam esse, narrationem vocationis Ecclesiae ex gentibus, & Iudaeorum castigatorum reliquiis, usque ad vers. 11. secundam, contestationem Iudaeorum, inde ad vers. 18. tertiam, conclusionem a magnificis Dei promissionibus erga filios suos, ad finem vsque capituli. Hunc autem versum variè ex Heb. conuertunt: I. *Quaeritus sum ab his, qui non interrogauerunt, vel qui antea me non requirebant, aut non consuluerant me, inuentus sum ab iis, qui me non quaesierunt, vel feci vt inuenirent me, qui non requirebant me: dixi,*

Maluenda, In libr. Isaia.

Ecce ego, ecce ego adsum ei genti, qua non vocabatur nomine meo. 2. Quaeritus sum, vel expositus sum, vt Psalm. 110. v. 2. eis, qui non interrogabant, inuentus sum ab eis, qui non quaerebant me: dixi, Ecce me, ecce me, genti, qua non vocatur de nomine meo. id est, gentibus quae prius alienae fuerunt a republica Iisraelis extraneae a pactis promissionis &c. Ephesior. 2. v. 12. Hunc & sequentem versum, adducit Paulus Romanor. 10. v. 20. & 21. ad demonstrandam vocationem gentium, & Iisraelitarum reprobationem: idque ex LX x. editione.

EXPANDI MANVS MEAS &c.] Alij ex Heb. hunc versum reddunt: *Expanderam manus meas toto die ad populum rebellem, seu desertorem, qui ambulat via non bona, sequendo cogitationes suas.* Secundus narrationis locus, quo Deus exponit, primum improbitatem

EE e Iudae

Iudæorum, vers. 3. 4. & 5. & vltiones suas, vers. 6. & 7. deinde vocationem reliquiarum secundum electionem gratiæ, tribus sequentibus. Est autem *expandere manus*. humanitus dictum de Deo pro eo, quod est, inuitare & vocare ad se. Nec defunt, qui putent allusum ad gestum Christi expandentis in cruce manus.

cogitationes suas, id est, opiniones seu studia vana aut noxia.

VERS. 3.

POPVLVS QVI AD IRACVNDIAM PROVOCAT ME ANTE FACIEM MEAM SEMPER.] Alij ex Heb. 1. *Ad populum, inquam, irritantes me, vel qui irasci-faciunt me in faciem meam semper.* 2. *qui lacessunt me in faciem meam iugiter.* id est, qui me coram, palam, in faciem conuiciis impetunt. 3. *Ad populum, qui prouocant me*, extimulant ad iracundiam, in os iugiter.

QVI IMMOLANT IN HORTIS.] Heb. *sacrificantes in hortis*, id est, pomariis, & lucis, quos idolis consecrauerant, vt supra cap. 1. vers. 29.

ET SACRIFICANT SVPER LATERES.] Quidam: & *adolentes in lateribus*, seu *lateritiis*, id est, in altaribus suis strutilibus omisso altari Dei. Per lateres aras significat, quæ cocto lapide contra legem constructæ erant: vide Exod. 20. v. 24. & 25. Nonnulli Hebræorum exponunt, in tectis domorum, quæ lateribus sternebantur. Quidam: in vasis factilibus ac testaceis, seu é lateritia materia, quum deessent aurea & argentea: tanta erat libido adolendi; vel tam latè patens, ad pauperes vsque.

VERS. 4.

QVI HABITANT IN SEPVLCHRIS.] Alij: *qui sedent ad sepulcra*. id est, necromantæ, qui animas defunctorum eliciunt, & mortuos, consulunt, de quibus Deuteronom. 18. v. 11. & supra cap. 8. v. 19. qualis fuit pythoniſſa illa Saulis.

ET IN DELVERIS IDOLORVM DORMIUNT.] Heb. & *in asseruatis, reseruatis, obseruatis, custoditis, pernoctant.* Alij: & *in ruinis, desertis locis pernoctant.* ibi enim solebant consulere dæmones. Alij: & *apud custodita pernoctant.* nempe idola: quæ ita per contemptum vocantur, propterea quod ipsa non custodiunt cultores suos, sed custodibus habent opus, vt supra cap. 46. Chaldæus, & Rabbi Scelomoh exponunt: & *apud cadavera mortuorum*, quæ necromantæ custodire solebant, vt ab iis aliquid sciscitarentur. Forsterus: & *in obseruatis morantur*, id est, in locis abominosis & tetris, è quibus præseruare se oportebat, ne contaminarentur. Auenarius: & *in obseruationibus pernoctabunt*, id est, in custodiis, vel excubiis, templorum, vel idolorum. Arias Montanus: & *in monumentis pernoctabunt*, quæ sunt clausa & custodita.

QVI COMEDVNT CARNEM SVLLAM.] seu *porcinam*. contra legem Leuit. 11. & Deuteronom. 14.

ET IVS PROFANVM IN VASIS EORVM.] Notant Hebraicè duplicem esse lectionem, in textu scribitur ופרק ופגולים *uperak phiggulim*. quod exponunt, & *abruptio, ruptura, fragmen, fructum abominationum, seu profanatio-*

rum, inquinatum, seu iniquationum, id est, fructum carniū abominandarum, vasa eorum, seu in vasis eorum. aut ex instrumentis suis. subaudi proferunt. Id sequuntur, Tremellius, Iunius, Buxtorfius, Marinus etiam, qui explicat: & *abruptio abominationum sunt vasa eorum*. id est, digna vt abrumpantur tanquam abominabilia. In margine verò legitur. ומרק ופרק פגולים *phiggulin*, quod Mem, & Phe sint eiusdem organi nempe labiales, ideoque facile inter se permutentur: & *ius inquinatum, seu iniquationum, siue abominabilium carniū in vasis eorum est.* מרק *marak* enim dicitur *ius*, quasi defricatio, deterſio, & defæcatio carniū; seu amurca carniū, vt Iudic. 6. v. 20. Hunc sensum cum Nostro amplectuntur Reuchlinus, Sanctes, Varablus, Leo Iudæ, Mercerus, Auenarius, Forsterus, Forerius & passim Hebræi. Hispanicus Interpres: y en sus ollas ay caldo de cosas inmundas, id est *de carnes de animales prohibides*, Leuit. 11. & Deuteronom. 14. Forerius vertit, *edulium iniquationum vasa eorum*. quod in vasculis, & vtenſilibus eorum reperirentur edulia contra legem. Montanus: & *feruor nidorum vasa eorum*. Hispanicè, y feruor de eochambres sus vasis: פרק *parak*, feruorem exponit, & PHIGGVLIM, *nidores*. rationem suæ versionis, ipse viderit, nam ego non capio. Ego facile exposuerim: & *defricatio, absterſio, emundatio iniquationum vasa eorum*. id est, sordes illæ, quæ ex inquinatis vasis defricantur & detergantur. q. d. vasa eorum sunt iniquatissima & sordidissima, Hispanicè, *estanse con las fregaduras*.

QVI DICVNT, RECEDE A ME, NON APPROPINQVES MIHI, QVIA IMMUNDVS ES.] varic alij ex Heb. 1. *Dicentes, Mane apud te*, id est, contine te in loco tuo, *ne accedas ad me, quia sanctior sum te.* 2. *Qui dicunt, Accede ad te*, vel *recede illuc apud te*. id est, *recipe te in locum tuum, ne appropinques mihi, vel ne coningas me, quia sanctior sum te.* 3. *Qui dicunt, Appropinqua ad tuos, ne attingito me, quia sanctior sum te.* Notat arrogantes & fastuosos hypocritas Phariſaica imbutos superbia, quibus etiam integerrimi prophetæ, & germana Ecclesiæ membra præ ipsis sordent. Possis reddere: *quia sanctificauit te*, id est, sacrum te & instabilem habeo; immundum, profanum. nam id quoque verbum קדש *kadasch* posse significare, nomen KADESCH ex eo verbo ductum, quod profanum, pollutum, impurum, meretricarium & scortatorem significat, satis ostendit: vt etiam Latinis, *sacer*, & *sacrum*, & execrabilem significat.

ISTI FVMVS ERVNT IN FVRORE MEO, IGNIS ARDENS TOTA DIE.] Quidam exponunt, irato mihi fumum excitant, & ad iracundiam prouocant me perpetuo. Alij: *exurentur penitus à meo furore & in fumum abibunt.* Nonnulli: *istis fumus est in naso meo, ignis ardens toto die*, id est, contra istos exarsit ira mea. Et si hoc quoque modo possit exponi: *ista sunt fumus &c.* pro eo quod est, hæc fastidio, horum me tædet, atque hoc tædio ira mea accenditur.

VERS. 6. ECCE SCRIPTVM EST CORAM ME &c.] Alij hunc versum ex Heb. elucidant: *Ecce peccatum istud scriptum est coram me: non tacebo, sed reddam & rependam in sinum eorum. vel non cessabo, quinimo retribuam & retribuam super sinum eorum.* q. d. in numerato sunt hominum scelera, & quæ quisque pro eis passurus sit, apud Deum. Videtur respexisse Isaia ad locum Deuteronom. 32. v. 34. & 35. 2. *Ecce scriptum est coram me: non tacebo nisi rependero.* id est, mihi est compertissimum, neque vnquam excidet à memoria mea: vt Deuteronom. 32. v. 4. *in sinum istorum.* Vide Psalmi. 78. v. 12. sic veru sequente.

VERS. 7. ET REMEDIAR OPVS EORVM PRIMVM IN SINV EORVM:] Quidam reddunt: *quapropter remediens opus eorum primum, regeram in sinum eorum.* id est, in quo inde à principio cum ipsi, tum maiores ipsorum sese occuparunt; quomodo Petrus vanam conuersationem vocat. id est, paternam traditionem; 1. Petri, 1. v. 18.

VERS. 8. HÆC DICIT DOMINVS &c.] Alij: sic ait Iehoua &c. Iam transit Christus ad exceptionem reliquiarum ex Iudæis, tribus versibus vt dictum est in vers. 2.

QUOMODO SI INVENIATUR GRANVM IN BOTRO &c.] Alij ex Heb. 1. *Quemadmodum, quum acinus, in botro reperitur, quis dicit, ne perdas eum, quia est in eo benedictio: faciam propter seruos meos, ne cunctos perdam.* 2. *Vt, cui prestio est mustum in botro, is dicit, Ne perditio istum, quia benedictio est in eo: ita facturus sum propter seruos meos, ne perdam istos omnes.*

VERS. 9. ET EDVCAM.] Alij: *prodiscam.* Quidam: *Nam excipiam è Iahakobo semen & de Iuda possidentem montes meos. vel & è Iehuda heredem montium meorum, vt Exod. 15. v. 17. & hereditabunt eam electi mei.* Alij: *& possidebunt hereditatem istam electi mei iure hereditario.* Heb. est relatiuum sine expresso antecedente: *& hereditario iure possidebunt eam,* scilicet hereditatem, electi mei.

VERS. 10. ET ERVNT CAMPESTRIA IN CAVLAS GREGVM.] Alij ex Heb. 1. *Eritque Sobaronitis regio caula gregum, de Saron vide supra ca. 35 v. 2. & cap. 33. v. 9.*

in caulas gregum. Heb. *in nomum, pascuum, caulam,* vide in Exod. 15. v. 12. *ouis seu pecoris, aut gregis.*

ET VALLIS ACHOR. id est Ierichuntina, per synecdochem, quæ est fertilissima, vide de ea Iosue 7. v. 26. & Hoseæ. 2. v. 15. Hæc erat in regno Iehudæ; Saronis verò regio in regno Iisrahel: vt significetur illa futura regnorum conglutinatio, de qua Hoseæ. 1. v. 11. & Ezechiel. 27. v. 34. & alibi. q. d. Reliquiis meis assignabo loca in Ecclesia mea, in quibus tranquille & beatè viuant, summa animorum & rerum concordia.

VERS. 11. ET VOS QVI DERELIQVISTIS DOMINVM.] Alij: *Vos verò desertores Iehoua, &c.* Secunda pars responsi; vt dictum est in vers. 1. nimirum contestatio & sententia condemnationis aduersus Iudæos degeneres, hoc & sequente versu, quæ deinde exornantur elegantissima antithesi promissionum erga bo-

nas reliquias & denuntiationum in istos, vsque aduers. 18.

Qui oblitus estis nomen sanctum meum. Alij: *qui obliuiscimini montis sanctitatis meæ, id est, tanquam oblitus negligitis, neque acceditis.*

QUI PONITIS FORTVNÆ MENSAM.] *Gad,* pro *Fortuna* recte accipi queat vt Genes. 30. v. 11. varie tamen alij reddunt: 1. *qui paratis exercitui cali mensam,* id est militiae cali, stellis, astris, sideribus. 2. *qui instruitis ipsi Gad mensam,* siue *Excursori;* vel *Graduo,* hoc est *Marti;* nam gentes crediderunt Martem præbere fortunam militibus in bello. Festus, [*Graduus Mars appellatus est à gradiendo in bella vltro citroque.*] Seruius in 1. *Aeneidos:* [*Mars enim quum sauis, Graduus dicitur, quum tranquillus est Quirinus.*] & in 3. *Aeneidos:* *Graduum, exilientem in praelia.* Alij, *Graduum,* quod *gradum inferant,* qui pugnant, aut quod *in pigre gradientur,* vel quod *huc illuc gradientur.* Alij *Graduum,* quod nunquam equester, aut à gradu dictum. 3. *parantes Ioui mensam.* 4. *qui disponitis turma,* seu globo aut coniunctioni stellarum, constellationi, mensam. 5. *instruentes cum turma,* seu copia, aut plenitudine mensam. nam continuo subiicitur, *qui impletis ad numerum libamen.* hoc est vt nihil desit vel addi possit, videtur intelligere mensam variis dapibus refertam, & opipare instructam. 6. *instruentes bono-euentui,* aut bona gratia mensam, id est, qui genio indulgetis; & laute viuitis. 7. *qui instruitis turma illi mensam.* Sic loquitur propheta per contemptum, idola velut digito exerto commonstrans. Hunc sensum ex Chaldeo Interprete hauserunt.

ET LIBATIS SVPER EAM.] Heb. & impletis ipsi *Meni infusionem.* Alij varie exponunt: 1. *quique adimpletis numero stellarum,* seu planetis libamen. 2. *quique impletis numero illi seu numeris illis,* quod numeri pluraliter tantum hæc significatione dicantur: id est, copiis, quibus velut exercitus cælum, terra, & aqua instructa sunt, quasi dicat, variis ordinibus rerum creatarum, vt Genes. 2. v. 1. nam illis seruitur contra præceptum, Dei. Exod. 20. v. 4. *libamen;* vel *numeris istis,* scilicet, deorum cælestium, seu stellarum, quæ pro diis celebrantur. 3. Forsterus: *& impletis Meni libamen,* [*מני meni stella quadam, cui à numeratione nomen idololatæ indiderunt libantes ei, vt in negotiationibus eo feliciores essent, verisimile est esse eum planetam, quem astrologi Mercurium appellant. Nam eadem etiam hodie in illos, qui eo horoscopo, seu ascendente, aut alia duodecim domorum feliciter posito nascuntur, vim ac diuinam quandam potentiam ascribunt, quod sint in negotiationibus, ceteris multo feliciores.*] Id fermè sequuntur, Forerius, Auenarius, Mercerus, Schindlerus. Nec desunt, qui *meni* pro *Fato* accipiant. 4. Reuchlinus: *& peragitis numero de libamine.* [*Id est sacrificatis septem planetis. Ego autem numerum sic puto significari, vt idololatras Pythagorizantes notari numero seruantes.*] à qua expositione non profusus abluunt Mercerus & Marinus. At Schindlerus vertit: *& impletis numero idolorum mistum vel mis-*

turam. S. Hieronymus in commentariis scribit: [*Iuxta LXX. Paratis fortuna mensam, & impletis demoni poculum, aut cerasina, quod omnes similiter transfulerunt: id est, mistam potionem. Est autem in cunctis urbibus, & maxime in Aegypto, & in Alexandria idololatria vetus consuetudo, ut ultimo die anni, & mensis eorum, qui extremus est, ponant mensam refertam varij generis epulis, & poculum musto mistum: vel prateriti anni, vel futuri fertilitatem auspicientes. Hoc autem faciebant & Israelita, omnium simulacrorum portenta venerantes, & nequaquam altari victimas, sed huiusmodi mensa liba fundebant] 5. Montanus: qui complentes ad numerum de misione Nam antiqui in conuiujs certum numerum poculorum praescribebant: de quo more vide Lipsium Antiquarum lectionum Lib. 3. pag. 162. & Stuckium Antiquitatum conuiualium lib. 3. cap. 13. 6. Scholiastes Translationis Pagnini, hunc locum ita exponit, disponentes exercitui comenatum, & complentes vini modum iuxta numerum militum. Numerabo quoque vos in gladio, &c.*

VERS. 12. NUMERABO VOS IN GLADIO.] מניתי מניתי, numerabo, paronomasia cum מני מני quod proximi praecedit, qualibus propheta hic possim delectatur: q. d. vos libatis numero, ego numerabo vos ad gladium. Varie reddunt: 1. & subtraham vos, detraham, subducam de numero vestro, per gladium. vt indicet illam arithmeticae speciem, quam subtractionem seu subductionem appellant. 2. & superputabo vos, deputabo vos gladio. id est, destinabo. 3. Tradam quoque numeros vestros gladio. 4. Dinumerabo vos ad gladium. id est, Dinumeratos vos, ensi obiciam.

ET OMNES CAEDE CORRUVETIS.] Alij: & ad mactationem vos uniuersi incuruabitis vos. vt scilicet vos incuruastis idolis. 2. & omnes vos mactationi succumbetis.

FACIEBATHIS MALVM IN OCVLIS MEIS.] Alij: Sed fecistis, quod malum videtur in oculis meis.

ET QVAE NOLVI ELEGISTIS.] Alij 1. & in quibus non complacui eligentes complaculistis. 2. & id, quo non delector elegistis. Sic infra cap. 66. v. 4.

VERS. 13. PROPTER HOC, HEC DICIT DOMINVS DEVS.] Alij ex Heb. Idcirco sic ait Dominus Ieboni, &c. Exornatio antecedentis sententiae, vt diximus in vers. 11. De appellatione vero Ieboni, quod huic prophetae sit valde familiare coniungere haec duo nomina, ADONAI, & IHVH, Vide in Genes. 15. v. 2. sic infra vers. 15.

VERS. 14. ECCE SERVI MEI LAVDABVNT PRAE EXVLTATIONE CORDIS.] Heb. Ecce serui mei gratulatorie-acclamabunt, vel inbilabunt, ouabunt, canent, praeconia-dicent a bono cordis. Seu praecunditate, hilaritate, animi.

VERS. 15. ET DEMITTETIS NOMEN VESTRVM IN IVRAMENTVM ELECTIS MEIS.] Heb. in adiurationem, abiurationem, imprecationem, execratorium, imprecatorium. Quidam reddunt: vt sit execrationi electis meis. q. d. Faciam vt nomen vestrum in malis imprecationibus & iuramentis execratorijs locum habeat di-

cantque homines, qui sibi male precabuntur, Ita mihi contingat vt illi Iudaeo idololatrae: vel dispeream, vt Iudaeus idololatria, si non id fecero, &c.

ET SERVOS SVOS VOCABIT NOMINE ALIO.] Alij: seruis autem suis indet nomen aliud. Quam nunc obtineant, quod exprimitur sequent. versu. sic supra cap. 62. v. 4. & sequentibus. Plerique exponunt, non vocabuntur ultra Iudaei, sed Christiani.

IN QVO BENEDICTVS EST SVPER TERRAM, BENEDICETVR IN DEO AMEN.] Varie alij ex Heb. Qui benedicit se in terra, id est, qui benedictus haberi volet; benedicit sese in Deo veraci. id est, dicet, & profitebitur se benedictum esse a Deo, in Deo, & per Deum veracem, qui praestat, quod pollicetur. 2. In quo, scilicet nomine Christi, qui benedixerit se in terra, id est, qui sibi bonum aliquod in nomine Christi imprecatus fuerit: benedicit se in Deo veritatis. id est, is sane sibi precatur bonum in nomine veri Dei, qui fidelis est, & praestare potest, quod petitur. Perspicue ostendit Christum verum Deum esse. 3. Quod, qui benedicit se in terra, benedicit se in Deo veritatis. 4. Qui sibi benedicere voluerit, benedicit sibi in Deo vero. id est, qui sentiet se felicem, dicet se benedictum a Deo vero Christo. 5. Vt qui sibi benedicturus est in terra, benedicat sibi per Deum firmi. id est, per Deum populi Sancti, qui fundatus & radicans in Deo, firmus & immotus permanebit, ac ne portae inferorum quidem praeualebunt aduersus eum. Sed amen potius substantiuum, quam adiectiuum esse videtur, in Deo fidei, fidelitatis, veritatis, constantiae, stabilitatis, firmitatis, ratitudinis: nam nomen Dei hic est in regimine. Vide in Numeros. 5. v. 22. sic sequente membro.

ECCE ENIM EGO CREO CAELOS NOVOS, &c.] Alij: Nam ecce ego creaturus sum caelos novos, &c. id est, omnia instauraturus sum in Christo, vt supra cap. 25. v. 8.

ET NON ASCENDENT SVPER COR.] Alij: neque venient in animum. seu in mentem. id est, non amplius cogitabunt de illis.

SED GAUDEBITIS ET EXVLTABITIS, &c.] Alij hunc versum reddunt: Sed gaudete & exultate in sempiternum, quos ego recreo: nam ecce ego recreo urbem Ierusalaimorum exultatione, & populum eius gaudio. Conclusio responsionis Christi vt dictum est in vers. 1. a promissis amplissimis, per apostrophem ad pios: quibus regeneratis praedicuntur, laetitia hoc & sequente versu; vita, vers. 20. pax & prosperitas, tribus sequentibus: idque per efficacitatem prouidentiae Dei, vers. 24. quae omnia exornantur communi hyperbole, versu ultimo.

VSQVE IN SEMPITERNVM.] Heb. geminara voce גַּד גַּד ghade ghad, quod exponunt: ultra & ultra, vel assidue magis. Alij in aeternitatem aeternitatis. id est, in omnimodam & absolutam aeternitatem in omnem aeternitatem.

ET EXVLTABO IN IERVSALEM, ET GAUDEBO IN POPVLO MEO.] Quidam reddunt: Et exultante me de Ierusalaimis,

VERS. 16.

VERS. 17.

VERS. 18.

VERS. 19.

gaudente de populo meo: vt Deuter. 28. à v. 1. ad 15. & supra cap. 6. v. 4. & 5.

VERS. 20. NON ERIT IBI AMPLIUS INFANS DIERVM.] Quidam: *Non existet illic amplius infantulus etate.* alij exponunt: *Non egredietur illic ultra paruulus dierum.* non immatura morte rapiuntur paruuli, qui paucos dies vixerunt. quasi dicat, quam diutissime viuunt. Sed aptius est, nullus erit infantulus etate sensuum aut spiritus: sed omnes viri perfecti, &c.

ET SENEX QUI NON IMPLEAT DIES SVOS.] id est, qui ante plenum suae etatis tempus moriatur. Nonnulli reddunt: *scuius non impleat dies Deus.*

QUONIAM PVER CENTVM ANNO- RVM MORIETVR.] Hebr. *quia puer filius centum annorum morietur.* Quidam: *nam puer natus centum annos morietur.* id est, iustum vitae spatium decurret sine impedimento vilo: non morietur antequam plenum vitae curriculum, quod erit centum annorum, impleuerit.

ET PECCATOR CENTVM ANNO- RVM MALEDICTVS ERIT.] Alij: *peccator autem, etiam natus centum annos, maledictus erit.* id est, quo magis longæua vtetur vita, eo maiores maledictiones experietur. Plerique, peccatorem centum annorum, inueteratum, & obduratum in peccatis accipiunt. Nonnulli exponunt: *et, qui post centum annos peccauerit, maledicetur.* Tam raro & tarde peccabunt, vt portenti loco habeatur execratione digni, si quis post longissimum vitae tempus peccauerit. Quidam hæc verba ita accipiunt. Qui centesimo vitae anno morietur, puer existimabitur: & qui centesimo etatis suae anno morietur, tanquam peccator maledicetur, vt pote indignus ob peccata, qui longiorem vitam viueret: adeo longæui futuri sunt homines illius temporis. Hyperbole. Hæc autem omnia hyperbolicè de felicitate terrena figurate dicuntur ad delinendam omnimodam prosperitatem spiritualem, quæ futura erat in Ecclesia Christi.

VERS. 21. NON AEDIFICABVNT, ET ALIUS HABITABIT, NON PLANTABVNT, ET ALIUS COMEDET.] contra quam impiis denuntiat Deus, Deuteron. 28. vers. 30. & sequentibus.

SECVDVM ENIM DIES LIGNI, ERVNT DIES POPVLI MEI.] Quidam: *sed vt sunt dies arboris, dies erunt populi mei.* id est robusti, atque diuturni, vt Psalm. 1. vers. 3. & 51. vers. 10. & 91. vers. 13. Plinius lib. 16. cap. 44. *[Vita arborum quarundam immensa credi potest, si quis profunda mundi, & saltus inaccessos cogitet.]* & cap. 2. *[In septentrionali plaga Hercynia siluæ roborum vastitas intacta eius, & congenita mundo, prope immortalis sorte miracula excedit.]* L x x. & alij eos sequuti reddunt: *secundum enim dies ligni vita erunt dies populi*

mei. id est, sempiterni, vt lignum vitæ, quod immortalitatem homini tribuebat, Genes. 2. vers. 9. Vide hunc Isaia locum expositum in Paradiso nostro, cap. 73.

ET OPERA MANVVM EORVM INVERTERABVNT ELECTI MEI.] Alij: 1. *Opus manuum suarum antiquabunt, & squum facient, ad vetustatem perducent electi mei.* id est, facient opera sua durabilia, ac diuturna: *[Opera enim eorum sequuntur illos,]* scilicet mortuos in Domino, Apocalyp. 14. v. 13. 2. *Opera manuum eorum durabunt cum electis meis:* quasi dicat, Si ædificabunt domos, & plantabunt vineas, nihil opus erit, vt iterum ædificent, aut plantent: nam hæc eorum opera tantum durabunt, quandiu ipsi vixerint. 3. *Opus manuum suarum detorent electi mei.* id est, percipient usum & fructum ex eo.

NON LABORABVNT FRVSTRA.] vel **VERS. 24.** *inaniter,* aut *in vacuum.* quod impiis interminatur Deus Leuit. 26. vers. 16. & Deuteron. 28. v. 30. & sequentibus.

NEQVE GENERABVNT IN CONTVRBATIONE.] Alij: *neque gignent ad conturbationem.* id est, vt omnibus rebus conturbatis tradantur populo extraneo, & abeant in captiuitatem, Deuteron. 28. vers. 32. & 41. 2. *neque parient, aut gignent filios in conturbatione.* id est, quorum immatura & acerba morte conturbentur & contristentur. 3. *neque generabunt in præcipitania, aut celeritate.* id est, factus immaturos & abortiuos. vel *vt cito or- bentur.*

ET NEPOTES EORVM CVM EIS.] Hebr. *et exitus, egressiones, germina, propagines, progenies, prognati, fetus eorum, apud, penes eos, vel cum eis.* vide supra cap. 61. v. 9.

ERIT QVE ANTEQVAM CLAMENT, &c.] Hunc versum alij reddunt: *Eritque nondum clamantibus, vt ego respondeam, adhuc ipsis loquentibus, vt ego exaudiam.* Nouit enim pater celestis nos indigere iis omnibus antequam oremus, Match. 6. v. 32.

LVPVS ET AGNVS PASCENTVR SIMVL, &c.] vide de hoc versu supra cap. 11. vers. 6. quasi dicat, nihil damnosum esse poterit Ecclesie, vt Hoseæ 2. vers. 18. & Marci 16. vers. 18.

ET SERPENTI PVLVIS PANIS EIVS.] Hebr. *et serpens, pulvis panis eius.* Quidam: *serpenti autem pulvis erit cibo.* Haud difficile erit coniectari, allusum hic ad pœnam serpentis, Genes. 3. vers. 14. quasi dicat, serpens iam veneno non nocebit, nec morsu interficiet homines, sed contentus erit cibo suo, id est, puluere, qui ei præscriptus est à Deo initio mundi: & figuratè id intelligatur de hoste humani generis, cuius maledictio tempore Christi plenè impleta sit, cuius vis omnes in homines per Christum labefactata sit.

CAPVT LXVI.

Dominus celi & terra non templum respicit, quod Iudei pro loco quietis illi edificare volebant, sed spiritum humiliatum: reijciuntur veteris legis sacrificia: Iudeorum aduersus Christum ipsiusque discipulos pernicacia puniendi ostenditur: de Christi natiuitate & Ecclesie fecunditate, cui vt omnes collatentur exhortatur, ostendens beneficia qua à Domino recipiet, & quale futurum sit malorum iudicium, & quomodo per discipulorum Christi prædicationem Gentes conuertentur: de finali quoque retributione malorum & bonorum.

Vulg.

1  Æc dicit Dominus: Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum: qua est ista Dominus, quam edificabitis mihi? & quis est iste locus quietis meae?

2 Omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt vniuersa ista dicit Dominus, ad quem autem respiciam nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos?

3 Qui immolat bouem, quasi qui interficiat virum: qui maculat pecus, quasi qui excerebret canem: qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat: qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo. Hæc omnia elegerunt in viis suis, & in abominationibus suis anima eorum delectata est.

4 Vnde & ego eligam illusiones eorum: & qua timebant, adducam eis: quia vocaui, & non erat qui responderet: locutus sum, & non audierunt: feceruntque malum in oculis meis, & qua nolui egerunt.


5 Audite verbum Domini qui tremitis ad verbum eius: dixerunt fratres vestri odientes vos, & abiicientes propter nomen meum: glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia vestra: ipsi autem confundentur.

6 Vox populi de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis.

7 Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus eius, peperit mascululum.

8 Quis audiuit vnquam tale? & quis vidit huic simile? numquam parturiet

Malu.

1 c dixit IHVH, Cæli solium meum, & terra scabellum pedum meorum: vbi ista domus, quam ædificabitis mihi? & vbi iste locus residentie meae?

2 Et omnia ista manus mea fecit, & fuerunt omnia ista, ^b Fidelis sermo IHVH: & ad istum respiciam, ad afflictum, & percussum spiritu, & ^c contremiscentem super verbum meum.

3 Maculans taurum, percutiens virum, sacrificans ^d pecudem, deceruens canem; ascendere-faciens ^e minchah, sanguinem porci-recordari-faciens thus, benedicens concupiscentiam: etiam ij elegerunt in viis suis; & in abominationibus suis anima eorum bene complacuit.

4 Etiam ego eligam in ludicris eorum; & contractiones eorum venire-faciam eis; correspondentia vocaui, & non respondens; loquutus-fui, & non audierunt: & fecerunt ^f malum in oculis meis, & in quo non bene-complacui, elegerunt.

5 Audite verbum IHVH ^g contremiscentes ad verbum eius: dixerunt fratres vestri, odientes vestri, remotientes vestri, ^h correspondentie nominis mei aggrauabitur IHVH: & vidimus in lætitia vestra, & ij pudefient.

6 Vox obrutionis de vrbe, vox de ⁱ basilica, vox IHVH, ^k pacificantis retributionem maleuolentibus suis.

7 In antequam ^l enixe-dolebit, peperit: in antequam veniet funis ei, & saluum euadere-faciet mascululum.

8 Quis audiuit ^m sicut istud, quis vidit sicut ista? an ⁿ enixe-dolere-fiet

^a suppedaneum, scabellum;

^b vide Genes. 22. 16.

^c trepidum

^d paruum pecudem
^e munus, oblatione, sacrificium, fatinaceum

^f quod malum videtur

^g vt v. 2.

^h datiuus ad correpondentiam

ⁱ regia, templo
^k rependētis, retribuētis, perficientis
^l anxie-entetur

^m secundum
ⁿ ita moritur anxie-entetur
^o terti fiet

terra in die vna? aut parietur gens simul, quia parturiuit & peperit Sion filios suos?

9 Numquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit Dominus? si ego qui generationem ceteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus?

10 Latamini cum Ierusalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio vniuersi, qui lugeris super eam,

11 ut sugatis, & repleamini ab ubere consolationis eius: ut mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius.

12 Quia hac dicit Dominus: Ecce ego declinabo super eam quasi fluium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam Gentium, quam sugeris: ad ubera portabimini, & super genua blandientur vobis.

13 Quomodo si cui mater blandiatur: ita ego consolabor vos, & in Ierusalem consolabimini.

14 Videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt: & cognoscetur manus Domini seruis eius, & indignabitur inimicis suis.

15 Quia ecce Dominus in igne veniet, & quasi turbo quadriga eius: reddere in indignatione furorem suum, & incrementationem suam in flamma ignis:

16 quia in igne Dominus diiudicabit, & in gladio suo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino,

17 qui sanctificabantur, & mundos se putabant in hortis post ianuam intrinsecus, qui comedebant carnem suillam, & abominationem, & murem: simul consumuntur, dicit Dominus.

18 Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum, venio ut congregem cum omnibus gentibus & linguis: & venient & videbunt gloriam meam.

19 Et ponam in eis signum, & mittam ex eis qui saluati fuerint, ad Gentes in mare, in Africam, & Lydiam tendentes sagittam; in Italiam & Graciam, ad insulas longè: ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annuntiabunt gloriam meam Gentibus,

20 & adducent omnes fratres vestros de cunctis Gentibus donum Domino, in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad montem sanctum

terra die vna? si parietur gens o ista vno; quia p enixe doluit etiam peperit Tziion filios suos?

9 An ego q frangere-faciam, & non r gignam, dicit IHVH? si ego gignere-faciens, & prauulitus fui? dixit ELOHIM tuus.

10 Latamini ad Ierusalaim. & exultate in ea omnes amantes eius: gaudete ad eam gaudio omnes lugere-vos-facientes super eam.

11 f Correspondentiæ, sugeris & saturabimini de mamma consolationum eius: correspondentiæ emulgetis, & deliciari-vos-ipsos-facietis de vniuersitate i grauitatis eius.

12 Quia sic dixit IHVH: Ecce ego u extendens ad eam sicut flumen pacem, & sicut torrentem inundantem, grauitatem gentium, & sugeris: super latus leuabimini, & super genua oblectabimini.

13 Sicut virum, quem mater eius consolabitur eum: sic ego consolabor vos, & in Ierusalaim consolabimini.

14 Et videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra sicut x progerminatio efflorescent: & cognoscetur manus IHVH ad seruos suos, & furenter-tractabit male volentes suos.

15 Quia ecce IHVH in igne veniet, & sicut turbo z currus eius: ad reuertere facere in a ardore nasum suum & incrementationem suam in flammis ignis.

16 Quia in igne IHVH iudicatus, & in gladio suo ad omnem carnem: & multiplicabuntur violati IHVH.

17 Sanctificare-sele-facientes, & mundare-sele-facientes ad hortos post vnum in medio; comedentes b carnis porci, & c abominationis, & d muris: e vnite deficient. f Fidelis sermo IHVH.

18 Et ego g facturæ eorum, & excoitationes eorum veniens ad congregare omnes gentes & linguas; & veniet, & videbunt h grauitatem meam.

19 Et ponam in eis signum, & mittam de eis euasores ad gentes, Tharsis, Phul, & Lud, trahentes i arcus, Thubal, & Iauan: k insulas longinquas, quæ non audierunt l auditionem meam, & non viderunt m grauitatem meam in: & annuntiabunt grauitatem meam in gentibus.

20 Et venire-facient omnes fratres vestros de omnibus gentibus n mincha o IHVH, in equis & in p curru, & in tumoribus, & in mulis, & in equis-defultorijs

o vice vna p ut u. 7.

q confregã r pariam, parere faciã. sic statim

f ut v. 5. sic statim

i gloriæ, splendoris, excellentiæ, claritatis, maiestatis, honoris, dignitatis, opum, diuitiarum u declinans, deriuans, diuertens

x herbas herbula

y germinabunt, pullulabunt

z quadrigæ, vecturæ a æstu, ex-candescetia

b carnem c abominat-ionem d murem e vna, simul, f vide Genes. 12. v. 16. g facta h ut v. 17.

i genitiuus, jaculantes arcu k regionem denique remotissimas l famam m ut v. 17. sic mox.

n munus, oblatio-nem, donu. sic mox. o datinu p curraturâ, re vehicula-laria

meum Ierusalem, dicit Dominus, quomodo si inferant filij Israel munus in vase mundo in domum Domini.

21 Et assumam ex eis in sacerdotes, & Leuitas, dicit Dominus:

22 Quia sicut cali noui, & terra noua, quæ ego facio stare coram me, dicit Dominus: sic stabit semen vestrum, & nomen vestrum.

23 Et erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato: veniet omnis caro ut adoret coram facie mea, dicit Dominus.

24 Et egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui prauaricati sunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt vsque ad satietatem visionis nomini carni.


desultoriis super montem sanctitatis meæ Ierusalem, dixit IHVH: secundum quod venire-facient filij Israelis minchah in vase mundo, domum IHVH.

21 Et etiam de eis accipiam sacerdotes, Leuitis, dixit IHVH,

22 Quia secundum quod cæli noui & terra noua, quæ ego faciens, stantes faciebus meis, Fidelis sermo IHVH: sic stabit semen vestrum, & nomen vestrum.

23 Et erit de sufficientia innovationis in innovatione eius, & de sufficientia sabbati in sabbato eius, veniet omnis caro ad procumbere-fese-face-re faciebus meis, dixit IHVH.

24 Et exhibent, & videbunt in cadaueribus hominum transgredientium in me: quia vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt nausea omni carni.



COMMENTARIA.

VERS. I.



ÆC DICIT DOMINVS, &c.] Hebr. Sic ait IHVH. Calum ipsum solium meum est, & terra scabellum pedum meorum, &c.

Huius, inquit, concionis (qua propheta exitum veteris synagogæ, & Christianæ Ecclesiæ constitutionem explicat) quatuor sunt capita: primum est, contestatio Iudæorum & hypocritarum, quibus cum ipsorum scelus & supplicium, tum humilium reliquiarum salus prænuntiatur, versibus quatuor: secundum est: propositio ad sanctas Iudæorum reliquias, qua de hypocritarum casu, & liberorum in Ecclesia gignendorum promissionibus confirmantur, à vers. 5. ad 10. tertium est, hortatio ad amicos Ecclesiæ, vt latentur cum ea, & benedictiones Dei participant ad gloriam ipsius, vsque ad versum 15. postremum est, narratio benedictionum, quas effecturum se Deus promiserat, inde ad finem vsque.

CÆLVM SEDES MEA, TERRA AVTEM, &c.] Vide de hoc versu Actor. 7. v. 48. & 49. & cap. 17. vers. 25.

QVÆ EST ISTA DOMVS QVAM EDIFICABITIS MIHI, &c.] Alij: vbinam esset domus, quam edificaretis mihi? & vbinam locus quieti meæ? quasi dicat, putaretisne hypocritæ, me. excelsum in manufactis templis habitare, Actor. 7. vers. 48. & 49. & cap. 17. vers. 24. ac proinde isto templo capi, includi infinitam maiestatem meam: non est illa mea habitatio iusta, sed in animo pauperum & contritorum spiritu, ibi vnanimenter habitaturus & ambulaturus sum, 2. Corinth. 6. vers. 16.

ET FACTA SVNT VNIVERSA ISTA.] Quidam: & verbo meo facta sunt omnia hæc. Hebr. & fuerunt omnia ista. id est, esse acceperunt è manu mea. Alij: & per eam existunt omnia ista. Sanctes: & fuerunt omnia hæc antequam esset templum.

AD QVEM AVTEM RESPICIAM, &c.] Alij ex Hebr. 1. & cum toto hoc ad afflictum ipsum ego potius specto, ad contritum spiritu, & trementem super verbum meum. 2. ad hunc autem respiciam, ad eum, qui est humili & fracto spiritu, & qui ad verbum meum reuerentia quadam contremiscit. 3. sed in hunc intueor, in pauperem & contritum spiritu, ac trepidantem ad verbum meum. id est, ij demum sunt vera templa mea: nam alioqui structura illa templi aspectabilis destituta veris seruis Dei, templisque illius viuentibus, erat ingrata Deo: quamobrem vtrumque coniunxit Schelemoh dicens: vt sint oculi tui aperti erga domum hanc auscultando orationi, quam orauit seruus tuus, &c. 1. Reg. 8. vers. 29. & sequentibus, 4. & ad quem respiciam? ad inopem, & casum, percussum, saucium spiritu & trementem, seu trepidum super verbo meo.

QVI IMMOLAT BOVEM, &c.] Hunc versum subobscurum Hebraicè, euidentius alij transferunt. 1. Qui immolat bouem est ac si interficeret virum, qui immolat pecus perinde est ac si decerneret canem, qui offert oblationem est ac si offerret sanguinem suillum, qui suffire-facit thus est ac si benediceret idolo: etiam hæc elegerunt in viis suis. & abominationibus suis anima eorum delectata est. Hæc est vltima ratio improbationis lapidei templi: non solum enim prædictis rationibus, in spiritu erit verum

q instrumē-
to

r datius in
sacerdotes,
in Leuitas

f datius ad
facies meas
t vt v. 17.

u mensis,
lunationis
&c.

x qui defec-
cerua à me

y opprobriū

VERS. 2.

verum Dei templum, sed etiam hac, quod abominationem in isto vos faciatis. 2. *Qui bouem mactat est ut qui hominem occidit.* id est, qui citra fidem offert sacrificium, tantum peccat, quam is qui hominem occidit: *qui pecudem cedit, est ut is qui canem ingulat:* id est, qui pecus Deo sacrificat sine pietate, perinde agit, ac si illi canem immundum animal & lege sacrificari prohibitum, sacrificaret: *Offerens mincha seu munus, offert suillum sanguinem.* id est, offerens sacrificium farinaeum sine fide, tam peccat quam qui suillum sanguinem offerret: *qui thuris meminit, vel qui thus adolet, rem vanam laudat:* vel ut qui *benedicit iniquitatem.* id est, offert pro munere pecuniam rapto comparatam: & *ista elegerunt isti in viis suis, & animus eorum istis abominandis rebus delectatus est.* 3. *Qui mactat taurum; cedit virum: qui sacrificat pecudem, decernit canem: qui offert oblationem, sanguinem suis: qui commemorat thus, benedicit violentia: imo hac elegerunt in viis suis, & in abominationibus suis anima ipsorum complacuit.* Ac si dicat, sacrificia lege praescripta, citra fidem ac pietatem ab istis hypocritis immolata, nedum non grata erant Deo, sed penitus & summe detestanda, ut res extreme abominabiles. 4. *Qui ingulat bouem in templo videlicet, ex ritu externo legis, sed non abiectione & contrario animo ac trepidante ad verba Dei, ut cap. 1. vers. 11. & sequentibus, & cap. 58. ac si percuteret virum;* id est, homicidium perpetraret: q. d. non magis mihi acceptus est, quam qui scelerate eadem perpetrat contra legem: *qui mactat paruum pecudem, ac si decollet canem,* id est, animal ineptum sacrificiis, synecdochice. *qui offert munus, ac si sanguinem porci:* nam utroque interdicitur lege, sanguine & sue: cum munera e simitu, oleo, & vino, non autem ex sanguine fierent, Leuit. 2. sus vero neque in publico Dei cultu, neque in privato vsu permittitur, Leuitic. 11. vers. 7. *qui adolet thus ac si benedictionem offerret vanitati.* seu muneraretur idolum: *etiam isti eligunt vias suas, non autem insistant iis quas ego elegerim; & abominationibus suis anima eorum delectatur.*

IDOLO.] Heb. *concupiscentia.* sed *אנ* auen, saepe in Scriptura sumi pro idolis & cultu idololatriae, non semel annotauimus: vide supra cap. 41. vers. 29.

VERS. 4.

Vnde et ego eligam illusiones eorum.] De voce *תעלולים* *taghalulim*, vide supra cap. 3. vers. 4. Varie hic exponunt: 1. Forsterius: *Ego quoque eligam cogitationes eorum.* id est, illas ipsorum cogitationes, sollicitudines, curas, angores, quos illi formidant, accurate in illos adducam. ut illud Euangelij: *Venient Romani, & tollent locum nostrum & gentem.* 2. Leo Iudae. *Vnde & ego eligam illusiones illorum.* seu *perdita eorum flagitia.* id est, ex eorum operibus perditis eligam pessima, de quibus sumam poenas. 3. Tremellius, & Iunius: *Etiam ego eligam propter facinora eorum.* id est, delectum habebam, & exquisitas poenas immittam eis. 4. Aben-Ezra: *Occasiones eorum.* id est, quae casura sunt in eos vel euentura illis. 5. Kimchi: *corrupta Maluenda; In libr. Isaia.*

opera eorum. 6. Hispanicus Interpres: *Tambien yo escogere sus escarnios.* 7. Auenarius: *in praua studia eorum.* 8. Marinus: *in puerilia eorum.* 9. Buxtorfius: *in ludificationes eorum.* 10. Schindlerus: *in iniurias eorum.* 11. Vatablus: *in adinventiones eorum.* 12. Forsterus & Mercerus: *in ludicra eorum.* Hispanice: *eu sus barlas y iuegos.* qui de rebus Dei ludos faciunt.

ET QUAE TIMEBANT.] *מגהרות* *meghirotham*, contractiones, peregrinationes animi, timores, metus, pavores, formidines, eorum: vide in Psalm. 33. v. 5. & Prouerb. 10. v. 24.

ET QUAE NOLVI ELEGERUNT.] Alij: *id quo non delector, elegerunt.* ut supra c. 63. vers. 11.

AVDITE VERBUM DOMINI QUI TREMITIS AD VERBUM EIVS.] Alij: 1. *Audite verbum Iehoua, qui ad sermonem eius reuerentia quadam contremiscitis.* 2. *Audite verbum Iehoua, qui trepidatis ad verbum eius.* Secunda pars capitis, propositio ad reliquias Iudaeorum Sanctas, ut obseruauimus in vers. 1.

DIXERVNT FRATRES VESTRI, ODIENTES VOS.] Alij: *dicunt fratres vestri, osores vestri.* id est, qui in propatulo Iudaei sunt secumidum litteram & carnem, sed reuera Iudaeis germanis inimici.

ET ABIICIENTES VOS.] *qui vos expellunt.* 2. *abominantes vos.* 3. *elongantes vos.* 4. *procul-arcentes vos.* ut supra cap. 65. vers. 5. 5. *separantes vos.* Notant verbum *נדה* *niddah* in Pihel ex nomine suo verbali, *NIDDAH*, proprie significare, *remouere*, & auertere quippiam tanquam immundum & pollutum, cum indignatione & detestatione rem tanquam execrandam a se cum gestu abominantis amoliri. vnde reddunt: *remouentes*, vel *remouent vos propter nomen meum.* Forsterus annotat: *[Christus hanc prophetae praedictionem suis discipulis renouans Ioann. 16. vers. 2. aut sane Ioannes ipse verius vertit, ενοουαγός, alienos ad synagogis facient vos. Sic cap. 9. vers. 22. Iam enim conspirauerant Iudaei ut si quis confiteretur eum esse Christum aposynagogus, extra synagogam esset, & cap. 12. vers. 42. verumtamen ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Phariseos non confitebantur, ne e synagoga eiicerentur, &c. Quamquam hoc Graecum non satis exprimat Hebraica vocis significationem.]* Haec Forsterus, quae quoque imitati sunt Forsterius & Mercerus. Et sane Hebraei *נדה* *niddai* inter excommunicationum genera recensent, quam ipsi, *remotionem, profligationem, proscriptionem, relegationem, expulsionem, fugationem* interpretantur: Vide Eliam in Thibsi, pag. 110. & 271. Vnde hic reddemus: *odientes vos, remouentes, separantes, expellentes, profligantes, excommunicantes vos, vel abstentos-facientes vos.* Non dubitauerim ad hunc locum Isaia respexisse, ex eoque verba desumpsisse Christum Lucae 6. v. 22. *[Beati eritis quoniam vos oderint homines, & quoniam separauerint vos, & exprobauerint, & eiecerint nomen vestrum, &c. propter Filium hominis.]*

PROPTER NOMEN MEVM.] id est, propter

terica

terea quod me honoratis. Alij ex accentibus Hebraicis iungunt sequentibus : *propter nomen meum honoratur Iehoua*. Fastuosorum hypocritarum verba, qui Deum inglorium & inhonoratum fore iactant, nisi ab ipsis coleretur, aliorum cultum præ suo nihili faciunt, & Deum perinde sibi obstrictum putant, ac si in ære ipsorum esset, & ipsorum nomine coleretur. Hæc autem ita fuisse accipienda, clarè docent distinctiones Hebraicæ. Sed enallage numeri non satis apte hunc sensum admittit.

GLORIFICETVR DOMINVS, ET VIDE-
BIMVS IN LÆTITIA VESTRA.] Hæc tantum verba volunt esse Iudæorum hypocritarum. Quidam exponunt : *Gloriosus appareat Iehoua ut videamus gaudium vestrum*. Ironia est infidelium Iudæorum : scilicet. Ostendat se Iehoua gloriosum liberando, & beando vos, & videamus materiam amplam gaudij vestri. id est liberationem, quam toties Iehoua vobis pollicitus est. q. d. liberet vos Iehoua, & inter vos regnet, & nos admirabimur felicitatem vestram, & congaudebimus vobis de bono ac gaudio vestro. Sed nihil minus fiet. Verum quia verbum כבד *cabad* in Kal ægrè reperitur in significatione gloria; plerique Hebræorum reddunt. *Aggrauabitur, vel gravis erit Iehoua*. scilicet, grauias, ponderosa, molesta erunt verba, seu præcepta, seu supplicia eius. vt hæc sint duntaxat verba hypocritarum; cætera verò huius versus, sint prophetæ.

ET VIDEBIMVS IN LÆTITIA VESTRA:
IPSI AVTEM CONFVNDENTVR.] נירב *nireb* potest esse futurum plurale Kal : & videbimus : & præteritum singulare Niphal : & videbitur, conspicietur, apparebit. Quidam reddunt : *sed videbitur, manifestus erit, in lætitia vestra, quum illi pudefient*. id est, manifestabitur Iehoua in felicitate vestra, ô piæ reliquias, quum illi hostes vestri ac perduelles suppliciis confundentur. Alij : *sed videbimus lætiam vestram, quum isti erubescant*. Nimirum videbimus ego, & vos, ô pij omnes, quum Deus gloriam suam explicauerit illustratione Euangelij ad lætiam vestram, & totius Ecclesiæ, de qua infra vers. 10.

VERS. 6. VOX POPVLLI DE CIVITATE.] Heb. *Vox obrutionis, ruina, irruptionis, sonitus, strepitus, tumultus, fremitus, fragoris, ex vrbe*. Quidam hunc versum ex Heb. reddunt : *Voce tumultuosa è ciuitate, voce à templo, voce Iehoua, rependente retributionem inimicis suis*. Exponunt, *voce tumultuosa, &c.* id est, Euangelio, ad cuius auditionem quasi tumultus inuadentis, turbatur mundus (vt Matth. 2. v. 3.) quia prædicatio illius in iis, qui pereunt, est odor mortis ad mortem: postquam Deus huius sæculi excæcauit eorum mentes, ne irradiet eos lumen Euangelij gloriæ Christi, 2. Corinth. 2. v. 16. & 4. v. 4. Atque hæc iungenda sunt superioribus : *quum isti erubescant voce Euangelij insonante ex omni loco, &c.*

VERS. 7. ANTEQVAM PARTVRIRET PEPERIT, &c.] Hunc versum alij ex Heb. reddunt. *Quum nondum, vel priusquam, parturiret, pepererit, quum non innadet dolor eam, iam posuerit matrem*. Secundus locus propositionis de gi-

gnendis mirifice Ecclesiæ liberis, vt supra cap. 49. v. 18. & sequentibus. & cap. 60. v. 4. Erit (inquit Deus) hic Ecclesiæ partus longè gloriosior, & admirabilior quam Hebræorum in Ægypto, Exod. 1. v. Aque descriptio huius versus, subitam, celerem & mirabilem rationem pariendi, sine ope humana & externa, sola gratia regenerationis ex semine incorrupto verbi significat : quam sequentia magis explicant.

PARTVS EIVS.] חבל *chebel*, funis. id est, dolor grauissimus, qualis est parturientium, qui hominem quasi fune arctissimè constringit : vt supra cap. 13. v. 8.

PEPERIT MASCVLVIVS.] חמלטה *himlith*. Varie exponunt : *posuit, exclusit, enixa-est, edidit, proiecit, fecit euadere, saluum-enixa est matrem*. vt supra cap. 34. v. 15. Sed in futuro reddendum : & *eripiet, saluum-euadere-faciet, vel saluum-pariet mascululum*. Nam est vau conuersiuum.

QVIS AVDIVIT VMQVAM TALE? &c.] VERS. 8. Quidam reddunt : *Quis audiuit rem huiusmodi, quis vidit talia? &c.* Exaggeratio mirifici operis Dei in genitura Ecclesiæ, per comparationem genituræ naturalis & ordinariæ.

NUMQVID PARTVRIET TERRA IN DIE VNA?] יחל *iuchal* est futurum Hophal verbi חל *Chul*, Varie interpretantur : 1. *num terra condita est vno die*. 2. *num parietur, seu parta-est terra die vna?* 3. *num formata est, vel genita est terra die vno?* 4. *num dolore-parabitur terra die vno?* 5. *an efficeretur vt pariat terra, id est, populus, metonymicè, die vno?* Alienè Forerius : *nunquid profanabitur terra in die vno?* à חלל *chalal*, id est, nixu & partu rumpetur in filios?

QVIA PARTVRIVIT ET PEPERIT SION FILIOS SVOS?] Alij : *quod parturit, simulque parit Tzizon filios suos?* id est, Ecclesia.

NUMQVID EGO QVI ALIOS PARERE FACIO, IPSE NON PARIAM?] VERS. 9. Varie ex Heb. elucidant : 1. *Num ego mulierem venire faciam ad partum, & non parere-faciam?* 2. *Num ego contererem, & non facerem parere?* 3. *Egone qui ad partum perduco, non facerem-parere?* 4. *Num ego effringerem matricem, & non facerem-parere?* 5. *Num ego tormina-parientis-asserrem, nec parere-facerem?* 6. *An ego frangere-faciam, id est, parere-faciam, quod in partu corpus parientis frangatur, & non gignam?* 7. *An ego fracturam-fieri-sinam, seu faciam, & non gignam, seu gignere-faciam?* 8. *An ego aperirem os matricis, & non gignirem?* subiectio ad interrogationem præcedentem, qua Deus totum genituræ opus in Ecclesia sibi arrogat, & porro facturum pollicetur, per comparationem genituræ naturalis : Ego, inquit, qui aliis sum gignendi auctor, an non ipse gignerem nunc & in sæculum arbitrato meo? Notant verbum שבר *schabar* in Hiphil, hic mutuari suam significationem à nomine משרר *mascherber*, eiusdem radices, quod confectionem-matricis exponunt, 2. Reg. 19. v. 3. quasi sit, *facere-confringere-matricem*, id est, tormina-parturientis-asserre.

STERILIS ERO?] Alij ex Hebr. 1. & *claudar, occludar, cohibebor, detinebor, concludar, coarcebor*

coercebor? Forsterus: ego praualescerer? hoc est, impedire. Tremellius & Iunius: *amplius occluderem* id est, deinceps non propagarem Ecclesiam, committendo ei semen incorruptum verbi?

VERS. 10. LÆTAMINI CVM IERVSALTM?] Alij: *cum vrbe Ieruschalaimorum, & cætera.* Tertium concionis caput, ad Iudæos & gentes amicas Ecclesiæ, quæ prius fuerant illi inimicæ, vt diximus in versu. continens hortationem duobus versibus, & ætiologiam tribus aliis.

VNIVERSI, QVI LVGETIS SVPER EAM.] Alij: *quicumque lugebatis de ea.* id est, p.æ Iudæorum reliquiæ, (nam in præcedente membro, *auante eam,* intelligit gentes amicas) lugentes & benè cupientes Ecclesiæ: siquidem ex his duobus coagulata est Ecclesia Christi: ac propterea seorsim sui fines proponuntur hysterosin proteron, sequente versu.

VERS. 11. VT SVGATIS ET REPLEAMINI, &c.] Alij hunc versum exponunt: *vt sugatis & saturemini vberè consolationum eius.* nimirum vos, qui lugebatis de ea: hoc ad reliquias pertinet: *vt exprinnatis & delicias-agatis à splendore gloria eius.* Hoc ad gentes amicas Ecclesiæ spectat.

VT MVLGEATIS.] Hebr. est futurum, *emungetis, emulgetis, exugetis, extrahetis, elicitis, eisprinnatis.*

ET DELICIAS-AFFLVATIS.] Alij: *& delicias-agatis, deliciemini, delectemini, oblectemini.* Forsterus: *& delicate-pascatis vos.* Forerius: *& delictis vosmetipfos ingurgitetis.* vel *vosmetipfos delictis - affluentes-reddatis.* Verbum ex Hithpahal significatum intendit: *& deliciari-vos-ipsos-facietis.* id est, vberimè delictis abundetis & fruamini.

AB OMNIMODA GLORIAEIVS.] Alij: *à splendore gloria eius.* Forsterus: *de vniuersitate gloria eius.* id est, de gloria vniuersa eius, vel *ab immensa gloria eius.* Auenarius: *à copia gloria eius.* Sed de voce *רַיַץ*, abundè diximus in Psalm. 49. v. 11.

VERS. 12. QVIA HÆC DICIT DOMINVS: Ecce ego declinabo super eam quasi fluium pacis, &c.] Alij: *Nam ita ait Iehoua, Ecce ego extensurus sum ad eam tanquam fluium pacem,* &c. Ætiologia, ab amplissimis Dei promissionibus erga Ecclesiam, & omnes amantes eius. *tanquam fluium pacem.* vide supra cap. 48. versu. 18.

AD VBERA PORTABIMINI, ET SVPER GENVA BLANDIETVR VOBIS.] Hebr. *ad latus leuabimini, & super genua oblectabimini.* Vatablus: *& super genua ad gaudium & lusu prouocabimini.* Vti scilicet infantes. Sanctes: *risu afficiemini & lusu.* Forsterus: *in latere portabimini & super genubus excipiemini-amaner,* blande, cum gestu voluptatis & oblectationis applicabimini. vide supra c. 49. v. 22. & c. 60. v. 4.

VERS. 13. QVOMODO SI CVI MATER BLANDIATVR, &c.] Alij ex Hebr. *Vt quispiam, quem mater sua consolatur, sic ego consolaturus sum vos, & in Ieruschalaimis consolatione-perfundemini.* 2. *Perinde enim atque mater sua quempiam consolatur, sic ego vos consolabor, & in Ieruschalaimis.* In libr. Isaia.

Ieruschalaimis consolationem-accipietis. Nam verbum est ex Puhal.

ET OSSA VESTRA QVASI HERBA GERMINABVNT,] Alij ex Hebr. 1. *& ossa vestra vt gramen virebunt.* 2. *& ossa vestra vt herba tenera reflorescent.* id est, vos, qui tam misere prostratæ & sepultæ malis Ecclesiæ iacetis velut arida, putridaque ossa per terram, diuinitus instaurabimini, vt Ezechiel. 37.

ET COGNOSCETVR MANVS DOMINI, &c.] Alij: *& agnossetur manus Iehoua ergo seruos suos, & indignatio contra inimicos suos.* Transiitio ad narrationem sequentem propositis duabus illis partibus, nempe beneficentiæ erga suos, & iræ in hostes, quæ deinde per hysterosin explicantur.

QVIA ECCE DOMINVS, &c.] Alij: *Nam ecce Iehoua, &c.* Vltima pars concionis, vt dictum est in versu. narratio operum Dei in Ecclesia, quorum vnum est indignatio contra hypocritas, tribus versibus: alterum est Ecclesiæ multiplicatio & dignitas, in sequentibus.

IN IGNE VENIET.] Alij: *cum igne venturus est.* Cuius meminit Ioannes Matthæi 3. versu. 12. Sic perstringitur allegoricè vehementio celeritas & gloria iudiciorum Dei, hoc & sequente versu.

REDDERE IN INDIGNATIONE FVROREM SVVM, &c.] Alij: 1. *ad reddendum cum furore iram suam.* 2. *ad reddendum cum excandescencia iram suam, & increpationem suam cum flammis ardentibus.* vide supra c. 42. versu. 25. 3. *vt vertat indignationem suam in iram, & increpationem suam in flammam ignis.* vel *ardentes.* id est, vt grauissimè irascatur, & grauius puniat. 4. Forerius: *ad efflandū in ardore nasi sui.* *לִהְשִׁיב* *lehaschib* deduxit à *נָשָׁב* *naschab* cum potius alij *שָׁב* *schub*, & *חֶמָה* *chemah*, ardor, non est in regimine.

QVIA IN IGNE DOMINVS DIIVDICABIT.] *נִשְׁפָּחַת* *nischphat*, potius videtur participium Niphal, quam præteritum: *Quoniam in igne Iehouah iudicio contendens.* Quidam reddunt: *Iehoua enim igne disceptaturus est, & gladio suo contra omnem carnem.*

ET MVLTIPLICABVNTVR INTERFECTI A DOMINO.] Alij: *& multiplicabuntur, seu multi erunt, confossi Iehoua.* id est, infanti erunt, quos Deus conficiet suo potente verbo, & spiritu oris sui.

Interfetti. Hebr. *violati, lesi, vulnerati, perfoffi, confossi, saucij.* nonnulli intelligunt eos, qui impeerunt & offenderunt in Euangelium, quod ipsis fuit petra scandali & ruina. vel intelligit hostes Euangelij, quos Deus innumeros deleuit.

QVI SANCTIFICABVNTVR: ET MVNDOS SE PVTABANT IN HORTIS.] Alij: *Qui sanctificant se, & qui mundant se in hortis.* Explicatio hostium, quos confossurus est Dominus: nimirum qui cultum diuinum idolis exhibent, & vitam constituunt contra legem.

in hortis. Hebr. *ad, apud, hortos,* de quibus supra cap. 1. versu. 29. & cap. 65. v. 3.

POST IANVAM INTRINSECVS.] *Contentent*

dent aliqui non sine valida coniectura nostrum Interpretem scripsisse, *vnam*, deinde ab oscitantibus irrepsisse *ianuam*. Diuersimode alij exponunt Hebræa: 1. *post vnã in medio*. id est, post vnã insignem & præcipuam ac peculiarem piscinam, quæ est in medio horti. Heb. in margine legitur *אחאב, vnã*; at in contextu, *אחאד, vnũ*, id est, post vnũ peculiarem & insignem fontem. q. d. pone singularem & insignem cisternam, aut fontem, qui erat in medio horti, sanctificabant se, & mundabant. hoc est, lustrabant. 2. *Forerius: alienus vnus in medio*. id est, posito in medio horti alieno quopiam externo & falso Deo, cui sacra faciunt. Sed tunc non *אחאב*, sed *אחער* dicendum fuisset. 3. Tremellius & Iunius: *post vnũ in medio ipso*. id est, sequentes alter alterum palam. 4. *vnũ post vnũ in medio*. id est, tres ordine siti, quibus conferuntur, porcus, abominatio, & mus. Videtur peculiaris fuisse ritus idololatriæ. Obseruabis paronomasiam, *ACHAR, ACHAD, post vnũ*. Quibus gaudere solet propheta. Hispanicus Interpres prius hemistichium huius versus ita reddidit: *Losque se sanctifican cy losque le purifican en los huertos*. id est, *en los bosques ò sitios plantados para la idolatria, despues de vno en medio*. id est, *por orden, vnos tras de otros*. vt ad hortos seu arbores, & ad homines referri possit.

VERS. 18.

SIMVL CONSUMENTVR. Heb. *pariter deficient, desinent, finientur interibunt*.

EGO AUTEM OPERA EORVM &c. Hunc versum varie ex Heb. explanant 1. *Ego autem ero cum operibus eorum, & cogitationibus eorum* quando erit tempus veniens, vt congregem omnes gentes & linguas: venientque & videbunt gloriam meam. q. d. opportune in improbos hypocritas ostendam gloriam iudiciorum meorum. 2. *Ego autem noui opera eorum, & cogitationes eorum, venit tempus vt congregem, &c.* 3. Tremellius & Iunius sententiam huius versus sequente absoluunt: *De me autem*, id est, quod ad me attinet. Altera pars narrationis, de operibus Dei erga eruos suos, vt diximus in vers. 14. & 15. in quibus numerantur ista, vocatio gentium in Ecclesiam ministerio sanctarum reliquiarum ex ludæis, tribus verbis; communis & æqua illorum dignitas in ministerio Dei, tribus aliteris; & Ecclesiæ totius de hostibus triumphus, versu vltimo. *quum factorum horum, vel erga hos, cogitationumque horum, siue erga hos quaque adueniet, congregando omnes gentes, & linguas, quæ venientes vsura sunt gloriam meam*: id est, quum plenitudo temporum aduenierit, qua effecturus sum ea, quæ cogitavi & statui in consilio meo, & vocaturus gentes in Ecclesiam: *Ponam in his signum, &c.*

VENIO. Heb. *באב*, est proculdubio participium fæmineum, *veniens*, nec ad Deum Heb. referri omnino apte posse videtur; plerique ad tempus, quod subaudiunt, vel ad vnãquamque cogitationũ referunt. Noster, vel *בא* Legit sine *H*, vel Spiritum sanctum venientem intellexit, qui Hebræis fæminei generis est.

VERS. 19.

ET PONAM IN EIS SIGNVM. Expo-

nunt, crucis, id est, prius prædicabitur eis remissio peccatorum per crucem & mortem Christi. Alij, ad illud Actor. 2. v. 2. referunt: *[Factus est repente de celo sonus tanquam aduenientes spiritus vehementis, &c.]* Quum Spiritus sanctus in signo venti & igni effusus est in discipulos. Tremellius & Iunius: *Ponam in his signum* id est, signabo seruos meos intus virtute spiritus, & administrationem ipsorum signis fidei confirmabo. Marc. 16. vers. 17. & 20.

ET MITTAM EX EIS QUI SALVATI FUERINT, AD GENTES. Heb. & *mittam ex eis euasores ad gentes*, vel & *mittam ex his, qui euaserint, ad gentes*. id est, Iudæorum reliquias, nempe apostolos & discipulos Domini, qui ex Iudaismo ad Ecclesiam euaserint mittam ad adducendas gentes ad Euangelium. Non tam recte alij actiue: *mittam ex eis euadere-facientes*, vel *qui saluent & euadere-faciant*, & auctores sint euasionis.

IN MARE. Heb. *Tharsis: in Oceanum, vel in mare magnum elatum: aut in Indiam, vel in Ciliciam*. Omnia enim hæc sub sunt voci *Tharsis*: Vide librum 6. de Antichristo, cap. 29. §. 1. & 2. Tremellius & Iunius; *in Oceanum*, id est, mariæque ac terra ad Euangelium prouocabo, vt exempli gratia nationes aliquot deinde nominantur.

IN AFRICAM. Heb. *פְּהֻל* *phul*. S. Hieronymus: *[Phul autem siue Phul, Libyes, omnique Africa vsque ad mare Mauritaniam, in qua fluius hodie, qui Phue dicitur, & cuncta circa eum regio Phutensis appellatur.]* Videtur existimasse idem omnino esse Phul, & Phut de quo Genes. 10. v. 6. Vide ibi eundem S. Hieronymum in quæstionibus Hebraicis. Tremellius & Iunius annotant *[Phul, id est, Cyrenas siue Pentapolim, & vltiorem Africam, ubi regnauit Aphulla ab Agathocle Siculo circumueniens, corrupte Ophellas appellatus apud Iustinum lib. 22.]* Potuit dici *Aphulla à Phul* regione: Sed regio Phul ab *Aphulla* dici non potuit. ab *Isaia* nisi per vaticinium; nam aliquot annorum centenariis *Isaia*s tempora *Agathoclis & Ophellæ* antecessit.

ET LYDIAM. Heb. *לוד* *lud*. Vide in Genes. 10. v. 22.

TENENTES SAGITTAM. Heb. *מושכֶּבֶת* *moschebe* *קֶשֶׁבֶת* *kescheth*, *tractores arcus*. Quidam hanc partem separant de *Lydis*, & *ad trabentes arcus*. id est, & *ad Thraces*, seu *Turcas*. aut potius *Cappadoces*, vel *Moschonitas*, qui mirifici sunt tractores arcuum referunt. Sed præstat cum nostro, aliisque cum *Lydis* coniungere: qui tamen à sagittandi peritia non commendentur ab Herodoto; commendantur tamen a *Ieremia* 46. v. 9.

IN ITALIAM. Heb. *תּוּבַל* *Thubal*. Vide in Genes. 10. v. 2.

ET GRÆCIAM. Heb. *יָוָן* *Iauan*. vide ibidem.

FRATRES VESTROS. Non quidem genitos secundum carnem, vt supra vers. 5. Sed à Deo genitos spiritu per fidem & semen incorruptum verbi.

ET IN LECTICIS. Heb. *צַבִּים* *zabbim*, proprie, & *in tumoribus*, id est, *vehementis-tumidis, planstris*

VERS. 20.

tris seu curribus oblectis, tumbatis, in modum tumbatum concameratis. Quidam reddunt: in curribus - cameratis, alij: in tumbis: nonnulli: in pilentis. Vide in Numeror. 7. v. 3.

ET IN CARRUCIS.] כִּירְכָרוֹת chircaroth, voce consentiente plerique cum Nostro Carrucas interpretantur; Quidam Hebræorum, camelos præstantissimos, vel animalia velocia. Forsterus, equos saltantes, proportionem tipula incedentes, seu gradarios. Tremellius Iunius, Buxtorfius, veredarios. Nos, desultorios, quod propius accedit ad notionem Radicis. Equos gradarios exponit Vatablus.

VERS. 21. EX EIS] Vel existis. fratribus vestris spiritu, de quibus ante, videlicet ex gentibus, quæ in munus oblata fuerint Iehouæ.

VERS. 22. QVIA SICVT CÆLI NOVI, ET TERRA, &c.] Aliqui hunc versum reddunt: Nam quemadmodum celi illi noui & terra ipsa noua, de quibus supra cap. 65. vers. 17. quam ego facturus sum, constituta sunt coram me, ac proinde ministratura mihi in sæculum ad bonum Ecclesiæ, dictum Iehouæ: ita constitutum est semen vestrum & nomen vestrum coram me vt mihi iugiter in Ecclesia ministrent. Alij hæc ad extremum Iudicij diem referunt, quo & celi & terra recreabuntur, 2. Petri, 3. v. 12. & 13. ita semen Christianum, & nomen Christianum per resurrectionem gloriose in nouati uiuent in æternum. Sed prior sensus est aptior.

VERS. 23. ET ERIT MENSIS EX MENSE ET SABBATVM EX SABBATO, &c.] Alij ex Heb. 1. Et erit à mense in mensem eius, & à sabbato in sabbatum eius, &c. id est, Ab initio vnus mensis vsque ab initium sequentis, & ab initio hebdomadæ, vsque ad initium hebdomadæ proximè sequenturæ. id est, totis & plenis mensibus & hebdomadibus, q. d. assidue, continenter, perpetuo tempore electi mei, qui præditi sunt corde carneo & non lapideo, dabunt operam vt me colant in spiritu & veritate. 2. Eritque de nouilunio in nouilunium alterum, & de sabbato in sabbatum alterum, vt veniat omnis caro ad incuruandum se coram me, ait Iehoua. id est, Ecclesia indefinenter colet me, non autem anniuersariis ritibus ex veteri lege: Vide in Hamos 8. v. 5. 3. Et erunt perpetua neomenia, & perpetua sabbata, id est, perpetua festa in Ecclesia, &c. 4. Et erit exuberantia mensis in mense suo, & exuberantia sabbati in sabbato suo. id est, tanta erit rerum omnium copia & redundantia, vt non solum

anno, sed nec mensi, nec diei cuius quidquam desit. Heb. de sufficientia mensis in mense suo, & de sufficientia sabbati in sabbato suo. id est, de sufficiente, pleno, integro mense cum mense suo sequente, &c. id est, singulis quibusque mensibus, & singulis hebdomadibus, non vt olim ter in anno, sed iugiter Christiani colent Deum.

VENIET OMNIS CARO. &c.] Id est summo studio adorabit & colet Deum. Nam veniendi verbum studium & curam importat, quod qui cupiunt à nobis aliquid fieri, sæpe ad nos veniant.

ET EGREDIENTVR, ET VIDEBVT CADAVERA, &c.] Triumphus Ecclesiæ de prostratis & interfecistis hostibus. Alij hunc versum referunt ad suprema supplicia improborum in die iudicij quæ pij omnes palam cernent.

VERMIS FORVM NON MORIETVR.] Vel est allegoria à cadaveribus corruptis & putrefactis, quibus perpetui insunt vermes. Vel de verme seu cruciatu conscientiaë damnatorum in inferno accipiendum, vt Marci 9. v. 45.

ET IGNIS FORVM NON EXTINGVETVR.] Aut est allegoria à bello vbi ferio & igni grassatur in hostes: vel de vero igne gehennæ, quo improbi in æternum puniuntur, intelligendum: vt eodem Marci loco.

ET ERVNT VSQVE AD SATIETATEM VISIONIS OMNI CARNI.] Aperte דֵּרְאוֹן deraon composuisse videtur ex דַּאי, sufficientia, exuberantia, & רַאָה, vidit vt etiam Chaldaus Interpres. Varie tamen alij, Sanctes ex Hebræis: DERAON, contemptus, abominatio, reprobatio. Forsterus, & Mercerus, Marinus, Schindlerus; Forerius; despectio, abominatio, fastidium. Tremellius, Iunius, Buxtorfius: fastidium, nausea. Auenariu: [DERAON, diritas, immanitas, obruntatio, dirarum execratio, & imprecatio dira & horrenda, item inferorum dira, seu furia quibus malefici exagitantur, à verbo inusitato דָּרָא dāra, id est, diris deuouit. Cognationem habet cum דָּרָא dāra, terruit calcando, & incedendo immaniter; item cum דִּיר dir, torruit: nam diris deuoti torrebuntur igne inextinguibili.] Sed hic passim putide aucupatur vocum assonantias. Vnde vertit: & erunt in diritatem omni carni. Alij: eruntque fastidio, nausea omni carni. Scilicet ob multitudinem vermium, qui in illis erunt, & ob factorem.

Valentia 10 Iulij, in die S. Christophori, 1627. ætatis meæ 62. cum tamen opus intermissum fuerit quatuor menses integros, ob iter Cæsaraugustanum, & alias occupationes.



10. Iulij,
1627.

PROPHETIA IEREMIAE.

CAPVT PRIMVM.

Ieremias in ventre matris sanctificatus, & tempore Iosia regis Iuda missus à Domino ad prophetandum, causatur pueritiam, sed doctus à Deo accipit robur inuincibile, iubeturque vaticinari destructionem Ierusalem sub nomine virga, & olla succensa.

Vulg.

Malu.

V Erba Ieremie filij Helcia, de sacerdotibus, qui fuerunt in Anathoth, in terra Benjamin.

V Erba Iitmejahu, filij Chilkijahu de sacerdotibus qui in Ghana-thoth, in terra Benjamin.

2 Quod factum est verbum Domini ad eum in diebus Iosia filij Amon regis Iuda, in tertio decimo anno regni eius.

2 ^a Quem fuit verbum ^b I H V H ad eum in diebus Iosijahu filij Amon regis Iehudah, in tribus - decem anno ad regnare eum.

^a quod
^b I H V H,
ENTIS, ES-
SANTII ES-
SENTIA
TORIS. sic
deinceps toto
libro
^c datiuus.

3 Et factum est in diebus Ioakim filij Iosia regis Iuda, vsque ad consummationem undecimi anni Sedecia filij Iosia regis Iuda, vsque ad transmirationem Ierusalem, in mense quinto.

3 Et fuit in diebus Iehojakim filij Iosijahu regis Iehudah: vsque ad consummare vnum - decem annum ^c Tzidkijahu filio Iosijahu ^d regi Iehudah, vsque ad deoluere Ierusalaim, in ^e inuouatione quinta.

^d vel regis
^e inuouatio-
ne, meale

4 Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

4 Et fuit verbum I H V H ad me, ad dicere:

5 Priusquam te formarem in utero, noui te: & antequam exires de vulua, sanctificaui te, & prophetam in Gentibus dedi te.

5 In antequam ^f formabo te in ventre cognoui te; & in antequam exis de matrice sanctificaui te: prophetam gentibus dedi te.

^f plasmab d.
singam

6 Et dixi, A, a, a, Domine Deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum.

6 Et dixi Ahah ^g ADONAI I H V H, ecce non cognoui loqui, quia ^h excus-
sus ego.

^g vide in
Genes. 15.
v. 2.
^h puer sic
v. 7.

7 Et dixit Dominus ad me: Noli dicere: Puer sum, quoniam ad omnia, qua mittam te, ibis: & vniuersa, quaecumque mandauero tibi, loqueris.

7 Et dixit I H V H ad me, Non dices, Excus-
sus ego: quia super omne quod mittam te, ambulabis; & ad omne, quod praecipiam te, loqueris.

8 Non

8 *Ne timeas à facie eorum: quia tecum ego sum, ut eruam te, dicit Dominus.*

9 *Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum: & dixit Dominus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo:*

Inf. 12. a. 7.

10 *ecce constitui te hodie super Gentes, & super regna, ut euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & adifices, & plantes.*

11 *Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Quid tu vides Ieremia? Et dixi, Virgam vigilantem ego video.*

12 *Et dixit Dominus ad me: Bene vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo ut faciam illud.*

13 *Et factum est verbum Domini secundo ad me, dicens: Quid tu vides? Et dixi: Ollam succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis.*

Inf. 4. b. 6.

14 *Et dixit Dominus ad me: ab Aquilone pandetur malum super omnes habitatores terræ.*

15 *quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, ait Dominus: & venient & ponent unusquisque solium suum in introitu portarum Ierusalem, & super omnes muros eius in circuitu, & super uniuersas vrbes Iuda.*

16 *Et loquar iudicia mea cum eis, super omnem malitiam eorum, qui dereliquerunt me, & libauerunt diis alienis, & adorauerunt opus manuum suarum.*

17 *Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi. Ne formides à facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum.*

Inf. 6. g. 27. 1

18 *Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum arcum, super omnem terram, regibus Iuda, principibus eius, & sacerdotibus, & populo terræ.*

19 *Et bellabunt aduersum te, & non preualebunt: quia ego tecum sum, ait Dominus, ut liberem te.*

8 *Non timebis de faciebus eorum: quiaⁱ ad te ego, ad eripere te, ^k Fidelis-sermo IHVH.*

8 *Et misit IHVH manum suam, & tetigit super os meum: & dixit IHVH ad me; ecce dedi verba mea in ore tuo.*

10 *Vide, visitare-feci te die ista super gentes, & super regna; ad^m euellere, & adⁿ demoliri, & ad^o auferre, & ad^p diruere: ad ædificare, & ad plantare.*

11 *Et fuit verbum IHVH ad me ad dicere: Quid tu vides Iirmejahu? & dixi Baculum amygdali ego vident.*

12 *Et dixit IHVH ad me: Benefecisti ad videre; quia^q amygdalans ego super verbum meum ad facere illud.*

13 *Et fuit verbum IHVH ad me secundo, ad dicere: Quid tu vides? & dixi, ollam inhalatam ego vident, & facies eius eius de faciebus in septentrionem.*

14 *Et dixit IHVH ad me: de septentrione aperietur malum super omnes habitantes terræ.*

15 *Quia ecce ego vocans omnibus familias regnorum in septentrionem, ^r Fidelis-sermo IHVH: & venient, & dabunt vir solium suum ostio portarum Ierusalaim, & ^s super omnes muros eius circuitu, & super omnes vrbes Iehudah.*

16 *Et loquar iudicia mea ad eos, super omne malum eorum: ^t qui dereliquerunt me, & ^u suffuerunt diis ^r aliis & procumbere-fese fecerunt facturæ manuum suarum.*

17 *Et tu accinges lumbos tuos, & surges, & loqueris ad eos omne, quod ego præcipiam te: non consternaberis de faciebus eorum, nequando consternare te-faciam ^y faciebus eorum.*

18 *Et ego ecce dedi te ^z die ^a vrbi munitiois, ^b statux ferri, & ^c muris æris super omnem terram: regibus Iehudah, principibus eius, sacerdotibus eius, & populo terræ.*

19 *Et ^d cædent ad te, & non poterunt tibi: ^e quia ad te ego, Fidelis-sermo IHVH, ad eripere te.*

ⁱ adsum tibi
^k vide Genes. 22. 16.
^l tangere fecit

^m extirpare, eradicare
ⁿ destruere, diruere, dissipare
^o tollere. de medio. disperdere
^p euertere, perumpere

^q morem amygdalinum

^r ut. v. 8.

^s contra. stationem

^t quod, quia
^u adoleuerunt
^r aliis
^x alienis, externis

^y datus. ad faciem
^z hodie
^a in vrbe
^b in columnam
^c in muros

^d incidant, pugaabunt
^e præliabuntur
^e v. 8.



COMMENTARIA.

VERS. 1.



ERBA IEREMIÆ, &c.] Notant hoc capite contineri duo, nimirum, generalem totius libri inscriptionem, tribus versibus; & singularem narrationem vocationis, qua Ieremiam in functione prophetica constituit Deus, reliqua parte Capitis. Quamobrem propheta in vniuersum appellat verba, siue res, quia non tantum documenta prophetica, verum etiam historica narrationes hoc libro continentur, quæ à Iirmeia conscriptæ sunt. Ac prophetica quidem (prout omnium prophetarum istud commune est) verum legis diuinæ vsu demonstrant, doctrina, redargutionibus, & cæteris: nominatim verò versantur in acerbissimis & grauissimis reprehensionibus suorum temporum, & denuntiationibus iudiciorum Dei, quæ paulo post effecta sunt, deinde verò in consolationibus Ecclesiæ afflictissimæ, cum adductis promissionibus amplissimis de regno Christi, tum etiam prædictionibus singularium aliquot iudiciorum, quæ in hostes Ecclesiæ erant euentura, Cap. 46. & sequentibus. Historica verò quæ in hunc librum passim inserta sunt, ad comprobationem prophetiarum, euidentiamque pertinent. Propheta esse aiunt Iirmeiam in Iudæa & in Ægypto Iudæis omnibus, inde à decimo tertio anno Ioschijæ minimum annos quadraginta tres, vt demus primo ipso anno, quo in Ægyptum translatus est, ipsum desuissse: Nam Ioschijæ annos nouemdecim prophetauit, deinde viginti duos Iehojakimi, & Tzidkijæ: hoc deportato, Nebuzaradan in Iudæa mansit in sequentem annum: quo profecto, cæperunt ciuiles illi motus, quos Iirmeia ipse perscripsit, cap. 40. & sequentibus: postmodum verò in Ægyptum deportatus est, atque in ea prophetauit cap. 43. & 44. quæ quidem omnia vnius anni gesta dici non possunt.

IEREMIÆ.] Hebr. ירמיהו jirmejahu. Sonat Hebræis, *Excelsitas, seu Sublimitas Domini, vel Eleuabit, Attollet, Dominus, id est, Iah.*

FILIJ HELCIAE.] Hebr. *Filij Chilkijahu.* Hunc Chilkijam Hebræi putant esse illum summum Sacerdotem, qui legem reperit, 2. Regum 22. vers. 8. & 2. Paralipom. 34. vers. 14. quod etiam plerique nostrorum affirmant: sed non fuisse, sed alterum quemuis ex Sacerdotibus ordinariis multo verosimilius existimamus: nam sanè non tacuisset expressius propheta tantam patris dignitatem: & ille Ierusalaimis habitabat, vt Summus Sacerdos, hic verò erat ex illis sacerdotibus qui Hanathotis degabant, quod relegatum fuisse Ebiatharem è genere Ithamaris, quum abdicaretur sacerdotio, legimus 1. Regum 2. vers. 26. Quamobrem non dicit Iirmeia, Sacerdotis Summi, sed ex Sacerdotibus, qui erant Hanathotis. Et hanc sententiam disertè quoque sequutus est Chaldaus paraphrastes. Et si vera est regula He-

Maluenda, In libr. Ierein.

bræorum, fuit & hic Chilkija propheta; nam aiunt, quum propheta pater initio operis nominatur, eum quoque fuisse prophetam.

DE SAGERDOTIBVS, QVI FVERVNT IN ANATHOT.] Hebr. *de Sacerdotibus in Hanathoth.* id est, qui erant, seu habitabant in Hanathoth: quæ erat in forte Binjaminis sacerdotibus attributa Iosue 21. vers. 18. de qua vide Notas in eum locum. Distinctè indicat Ieremiam vel ortum vel oriundum fuisse ex oppido Hanathotharum. Chaldaus: *de principibus custodia sacerdotum, ex prepositis, qui erant in Ierusalem, vir, qui suscepit hereditatem suam in Hanathoth.*

QVOD FACTVM EST VERBVM DOMINI AD EVM.] Particulam quod pro causali accipiunt, *Quia factum est, &c.* quasi dicat, ideo hunc librum conscripsit, & inscripsit, *Verba Ieremiæ*, quia factum est verbum Domini ad eum, toto tempore; quo hæc omnia vaticinia in istud volumen contulit. Sic loquitur vt fidem & auctoritatem prophetiis suis conciliet tanquam diuinis oraculis, & expresso Dei verbo. Sed præstat esse relatiuum, vt sit traiectio, more passim Hebraico, *Verbum Domini; quod factum est ad eum.* vel *cui factum est verbum Domini ad eum.* vel *ad quem factum est verbum Domini ad eum.* Sæpe enim relatiua ingeminant Hebræi ad maius sententiæ incrementum, ac si dicat: *ad quem ipsum factum est verbum Domini.* id est, quem alloquutus est Dominus; & quem Deus propheta iussit annos quadraginta vnum, & amplius: nam à decimo tertio Ioschijæ ad vndecimum Tzidkijæ anni sunt 41. deinde verò in Ægypto aliquantulum temporis prophetauit, infra cap. 43. & 44.

IN DIEBVS IOSIÆ.] Alij: *temporibus Ioschijæ.*

ET FACTVM EST IN DIEBVS IOACIM, &c.] Alij: *Fuit etiam subaudi, verbum Iuh ad eum, temporibus Iehojakimi, &c.* id est, prophetauit etiam temporibus Iehojakimi, & cætera.

VSQVE AD CONSVMMATIONEM VNDECIMI ANNI, &c.] Alij: *donec absolueretur vndecimus annus Tzidkijæ filij Ioschijæ regis Iehudæ: donec deportarentur Ieruschalaima, seu Ieruschalaimani, metonymicè, mense quinto.* vide in 2. Reg. 25. vers. 8. Prætermittuntur hic à Ieremia duo alij reges, sub quibus prophetauit, Iehoachaz, 2. Reg. 23. vers. 31. & Iehoiachin 2. Regum 24. vers. 8. fortè quod parum quisque eorum regnauerit, nempe tres tantum menses, & sub aliorum regnis intelligantur:

ET FACTVM EST VERBVM DOMINI AD ME, DICENS:] Alij: *Fuit igitur Verbum Iehouæ ad me; dicendo: Hæc est altera pars capitis, quæ narrat primam vocationem Iirmeiæ a Deo, vsque ad vers. 8. deinde promissionem, quæ cum vocatione semper coniuncta*

GGg est;

VERS. 2.

VERS. 3.

VERS. 4.

est, vers. 8. tertio donum, vers. 9. postremò administrationem & operationem ex dono, vers. 10. quæ omnia deinde adhibitis signis confirmata, vers. 11. & 15. amplius explicantur reliquo capite.

VERS. 5. PRIVSQVAM TE FORMAREM, &c.] Hunc versum alij reddunt: *Quum nondum formavisses te in viro, agnovi te; & quum nondum prodidisses ex vulva, sanctificavi te.* prophetam ipsis gentibus constitui te id est, certò consilio destinavi te & sanctificavi ad hoc munus, vt de se loquitur Apostolus Galat. 1. vers. 15.

NOVI TE.] æternò præscientiæ decreto prædestinavi te ad hoc munus prophetæ: vt Roman. 11. vers. 2.

SANCTIFICAVI TE.] Hinc nonnulli colligunt Ieremiam adhuc in vulva positum sanctificatum fuisse, & emundatum à culpa originali, vt Ioannem Baptistam. Sed satius fuerit exponere, *Sanctificavi te.* id est, separavi, consecravi, dedicaui, destinavi, deputavi, præparavi, designavi, segregavi te ad functionem prophetandi: vt passim verbum *קדש* *kadasch* in Scriptura vsurpatur: & segregandi verbum Actor. 13. v. 2. Roman. 1. v. 1. & Galat. 1. vers. 15.

VERS. 6. ET DIXI A, A, A, &c.] Quidam hunc versum suspendunt in sequentem: *Me vero dicente, Abah, Domine Iehoui, ecce nescio loqui, nam puer sum; Edixit Iehoua mihi, &c.* De enuntiatione nominis Iehoui, vide Genes. 15. vers. 2. & hoc in posteriora semel annotatum esto.

NESCIO LOQUI.] Chaldæus: *non noui prophetare.* Alij aiunt esse excusationem, qualis fuit illa Moïsi Exod. 6. v. 11. & 7. v. 3.

QVIA PVER EGO SVM.] ac proinde ad verba tua proloquenda infantissimus, & præstanda infirmissimus, vt explicat sequens Dei confutatio.

VERS. 7. ET DIXIT MIHI, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. conuertunt: *Edixit Iehoua mihi, Ne dicito, Puer sum: sed ad quacunque misero te, ito; & quacunque pracepero tibi, loquitur.*

VERS. 9. ET MISIT DOMINVS MANVM SVAM, ET TETIGIT OS MEVM.] Vt hoc signo externo, quasi sacramento & verbo prophetam institueret & confirmaret: Sic Isaiæ 6. vers. 6. & 7.

VERS. 10. ECCE CONSTITVI TE HODIE SVPER GENTES.] Quidam: *Vide, præscio te, nimirum prophetam, vt supra vers. 5. hodierno die gentibus exteris, ac non Iudæis tantum.* Hebr. *Vide, visitare-feci te die ista super gentes.* id est, visitatorem, inspectorem, episcopum constitui te, &c.

VT EVELLAS, &c.] Quidam: *ad extirpandum, & ad demolendum, & ad perdendum, & ad destruendum; ad edificandum, & ad plantandum.* id est vt aliis ruinam, aliis incolumitatem prædicatione verbi à me testatam facias: sic enim administri Dei in scripturis passim id dicuntur facere, quod Deus verbo ipsorum prædicat & præstat: quemadmodum Moschem Deus alloquitur lingulis fermè mandatis contra Parhonem, & Ægyptum,

Exod. 7. & sequentibus capitibus & Isaiæ 6. vers. 10.

VIRGAM VIGILANTEM.] מקל שקד *makel schaked baculum, virgam amygdali, seu amygdalina;* quæ ita dicitur, quod quasi vigilet, & florem, fructumque maturè extrudat: vide in Ecclesiaste 12. vers. 5. in regno nostro Valentino arbores amygdalas, *vellantes* appellant, id est, vigilantes. Et sanè Noster *vigilantem* non aliud intellexit, quàm *amygdalinam.* Nam quod alij somniant, dictam *vigilantem*, quod oculis apertis & vigilantibus prædita esset, vt scepra olim apud Ægyptios cum oculis pingebantur, ridiculum commentum est. Leo Iudæ: *Virgam imminentem & vigilantem video ego.*

QVIA VIGILABO EGO.] כי שוקד אני *chi schoked ani, quia vigilans ego.* Pulchra vocum allusio; dixerat propheta *SCHAKED, Baculum amygdali ego video,* subdit Deus, *SCHOKED, vigilans ego.* vsus verbo ipso radicali vocis *SCHAKED, quod vigilare, maturare, festinare, sedulum esse, & intentum significat.* Tremellius & Iunius exponunt: *quia amygdalaturus sum, vt ita dicamus, id est, vt cito amygdalus floret, incubiturus sum in verbum meum vt efficiam ipsum.* id est, maturè admodum: nam amygdalus hyeme concipit exoriente Aquila, floret prima omnium mensè Ianuario, Martio vero pomum maturat: vt ait Plinius lib. 16. cap. 25. vnde illam, Hebræi à maturandi celeritate nominant. Leo Iudæ: *quia ego vigilo & incumbo verbo meo vt illud perficiam.*

OLLAM SVCCENSAM.] נפוח naphuach, participium passivum Niphal, *inhalatam, insufflatam, anhelitu-accensam, feruentem, bullientem, aut sufflantem, siue emittentem halitus:* quum enim feruet emittit flatus, & halitus, sicut qui flat in ignem, educit halitum ex ore suo, quasi ad prunas sufflatas positam, ideoque efferuescentem. Figuram inquirunt, Iudæa, in qua futurum erat vt Iudæi tanquam carnes feruerent calamitatibus: vt Ezechielis 11. v. 7. & cap. 24. v. 3. & sequentibus.

ETFACIEM EIVS.] id est, os eius, à *facie Aquilonis.* quidam reddunt: *cuius facies versus aquilonem est.* id est, pars anterior obuersa igni, aquilonem spectat. quasi ab aquilone succenderetur.

ET DIXIT DOMINVS, AD ME.] Alij: *Tum dixit Iehoua mihi.* Hac exornatione Deus primum prophetiarum summam exponit, duobus versibus: deinde vocationem Iirmeiæ, & consilium suum, duobus alteris: ac postremò prophetam in vocatione confirmat, vt supra vers. 8. duobus postremis versibus.

AB AQVILONE.] id est, à Babyloniis, & aliis gentibus operam nauantibus Babylonio, quæ ad aquilonem spectant: vt sequens versus explicat.

PANDETVR MALVM.] Hebr. *aperietur, soluetur, mittetur, aperiet se, erumpet istud malum.* vehemente igne figuratum, quod sigillatim deinceps à Propheta denuntiatum atque conscriptum est.

SVPER OMNES HABITATORES TERRÆ.] Propter articulum Hebraicum reddent;

dent : super omnes habitantes hanc terram. scilicet Iehudæam.

VERS. 15. ET VENIENT, ET PONENT VNVS-
QVISQVE SOLIVM SVVM IN INTROITV
PORTARVM IERUSALEM.] Alij : ut ve-
nientes ponat quisque solium suum ad ostium
portarum Ieruschalainorum. vide huius vaticini-
ij complementum 2. Reg. 24. v. 2. & 10. & c. 25.
vers. 1. & infra cap. 52.

VERS. 16. ET LOQVAT IVDICIA MEA CVM
EIS, &c.] Alij, Quamobrem eloquutus sum
iura mea contra istos, &c. Propositio clementis
consilij, de præmonendo adhuc & reuocando
in bonam frugem populo ante vtimum exci-
dium : quemadmodum etiam publico ordine
ex auctoritate regis Ioschijæ effectum est, ac
proinde malitia Iudæorum amplius obfigna-
ta, vt narratur 2. Paralipom. 36. vers. 14. & se-
quentibus ; & declaratum figura, Ezechiel. 4.
vers. 6. eloquutus sum iura mea. scilicet, per
te, Iechezkelem, Tzephaniam, Chedam, &
alios prophetas seruos meos. Alij : Et loquar
iudicia mea cum eis. id est, ostendam eis
me iustis de causis pœnas de ipsis sumere,
nempe propter omnia scelera eorum, vt
subditur.

VERS. 17. TV ERGO ACCINGE LYMBOS TVOS.]
Alij : Tu itaque accinge lumbos tuos. id est,
compara te ad perfungendum officio tuo:
metaphora à viatoribus ; vt 2. Reg. 4. vers. 29.
quasi dicat, expedi te, & festina, vt prompte
exequaris munus tuum. Alij : confirma te, &
forti animo esto, vt Iob 38. v. 3.

NE FORMIDES, A FACIE EORVM, &c.]
Alij ex Hebr. 1. Ne paueas, seu ne formides, a
facie eorum, ne forte pauere-te-faciam à conspe-
ctu eorum. 2. Ne consterneris ante faciem
ipforum, nec enim consternatum reddam te ante
illos. 3. Ne frangaris animo à conspectu eo-
rum, ne confringam aut perdam te illis conspi-
cientibus. 4. Ne consternator-atritus conspectu
istorum, vt non conteram te in conspectu ipforum.
vide infra cap. 17. v. 16. & 17.


EGO QVIPPE DEDI TE HODIE, &c.] **VERS. 18.**
Hunc versum alij ex Hebr. reddunt: Ego enim
ecce pono te hodie velut ciuitatem iramitam, &
velut columnam ferream, murosque abeneos toti
huic terra, regibus Iehudæ, principibus eius, sa-
cerdotibus eius, & populo huius terra. id est, con-
firmo te in hac functione tua, vt stes firmus
contra obfirmationem istorum, & inuidus
atque immotus permanear.

CAPVT II.

*Grauitèr expostulat Dominus cum filiis Israel & Iuda, potissimum cum pastoribus
ac prophetis, quod non respicientes accepta à Deo varia beneficia, eo qui
fons est aquæ viuæ relicto adorauerunt idola, à quibus nihil boni ex-
spectare poterant : imò cum toti essent in idololatria, rapinis
& crudelitate, sese iustificare nitebantur, & propterea
deuastandos prædicit.*

Vulg.

Malu.


I  *factum est verbum Do-
mini ad me, dicens:
2 Vade, & clama in au-
ribus Ierusalem, dicens:
Hæc dicit Dominus : Recordatus sum tui
miserans adolescentiam tuam, & chari-
tatem desponsationis tuæ, quando secuta
es me in deserto, in terra quæ non semi-
natur.*

3 *Sanctus Israel Domino, primitia fru-
gam eius : omnes, qui deuorant eum, de-
linquunt : mala venient super eos, dicit
Dominus,*

4 *Audite verbum Domini domus Ia-
cob, & omnes cognationes domus Israel.*

5 *Hæc dicit Dominus: Quid inuenerunt
patres vestri in me iniquitatis, quia
elongauerunt à me, & ambulauerunt post
vanitatem, & vani facti sunt?*

Maluenda, In libr. Ierem.

I  *fuit verbum IHVH
ad me, ad dicere,
2 Ambula, & vo-
cabis in auribus Ie-
rusalaim, ad dicere:
Sic dixit IHVH, Re-
cordatus-fui tibi benignitatem *excus-
surarum tuarum, amorem consumma-
tionum tuarum : ambulare te post me
in deserto in terra non seminata.*

3 *Sanctitas ^b Israelis, ^c IHVH, prin-
cipium prouentus eius : omnes come-
dentes ^d eius afflabuntur ; malum ve-
niet ad eos, Fidelis-sermo IHVH,*

4 *Audite verbum IHVH domus Iag-
hakobi, & omnes familiarum domus Is-
raelis.*

5 *Sic dixit IHVH: Quid inuenerunt
patres vestri in me iniquitatis, quia lon-
ginquauerunt de super me: & ambula-
uerunt post vanitatem, & euauerunt.*

^a pueritia-
rum, adoles-
centiarum

^b vel Israel
^c datius.

^d eum

^e vide in
Genes 22.
v. 16.

6 Et non dixerunt: Vbi est Dominus, qui ascendere nos fecit de Terra Ægypti: qui traduxit nos per desertum, per terram inhabitabilem & inuiam, per terram sitis, & imaginem mortis, per terram, in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo?

7 Et induxi vos in terram Carmeli, ut comederetis fructum eius, & optima illius: & ingressi contaminastis terram meam, & hereditatem meam posuistis in abominationem.

8 Sacerdotes non dixerunt: Vbi est Dominus? & tenentes legem nescierunt me, & pastores prauaricati sunt in me: & propheta prophetauerunt in Baal, & idola secuti sunt.

9 Propterea adhuc iudicio contendam vobiscum, ait Dominus, & cum filiis vestris disceptabo.

10 Transite ad insulas Cethim, & videte: & in Cedar mittite, & considerate vehementer: & videte si factum est huiusmodi.

11 Si mutauit gens deos suos, & certè ipsi non sunt dii: populus verò meus mutauit gloriam suam in idolum.

12 Obstupescite cali super hoc, & porta eius desolamini vehementer, dicit Dominus.

13 Duo enim mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aqua viva, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.

14 Numquid seruus est Israel, aut vernaculus? quare ergo factus est in prædam?

15 Super eum rugierunt leones, & dederunt vocem suam, posuerunt terram eius in solitudinem: ciuitates eius exusta sunt, & non est qui habitet in eis.

16 Filij quoque Mempheos & Taphnes constuprauerunt te vsque ad verticem.

17 Numquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dominum Deum tuum eo tempore, quo ducebat te per viam?

18 Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Assyriorum, ut bibas aquam fluminis?

19 Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Scito, & vide, quia malum & amarum est reliquisse te Dominum Deum, & non esse timorem mei apud te, dicit Dominus Deus exercituum.

6 Et non dixerunt: vbinam IHVH ascendere-faciens nos de terra Ægypti: ambulare-faciens nos in deserto in terra ^f campestris, & foueæ, in terra ^f siccitatis, & vmbrae mortis; in terra non transiuit in ea vir, & non ^g habitauit homo ibi.

^f planitici, solitudinis

^g mansit desidet.

7 Et venire-feci vos ad terram carmeli, ad comedere fructum eius, & bonum eius: & venistis, & taminauistis terram meam, & hæreditatem meam ^h posuistis abominationi.

^h exposuistis

8 Sacerdotes non dixerunt, vbinam IHVH? & ⁱ capientes legis non cognouerunt me; & pastores ^k transgressi fuerunt in me: & propheta prophetauerunt in Baghal; & post non subleuabunt, ambulauerunt.

ⁱ apprehendentes, capessentes, tractantes legem
^k defecerunt à me

9 Ad sic adhuc litigabo ad vos, Fidelis-^l sermo IHVH: & ad filios filiorum vestrorum litigabo.

^l vt v. 3.

10 Quia transite insulas Chithijim, & videte, & Kedar mittite, & intelligere-vos-facite valde: & videte, en fuit ^m sicut istud,

^m secundum

11 An mutare-fecit gens deos, & ij non dii; & populus meus mutare-fecit ⁿ grauitatem suam in non subleuabit.

ⁿ gloriã, honorem, splendorem dignitatẽ, maiestatem
^o horripilamini

12 Afflate cæli super istud, & ^o portæ eius exsiccaminis valde, ^p Fidelis-Sermo IHVH.

^p vt v. 3.
^q scaturiginem, profluuium
^r viuorum, perennium
^s foueas
^t fractas
^u causæ

13 Quia duo mala fecit populus meus me dereliquerunt ^q venam aquarum ^r viuientium, ad excidere sibi ^s cisternas, cisternas ^t contractionum, quæ non vniuersitabunt aquas.

14 An seruus Israel, si natus domus ipse: quid ^u cognitionis fuit direptioni?

15 Super te rugient leones iuuenes, dederunt vocem suam: & posuerunt terram eius ^x afflatui, vrbes eius conflagrabitur de nequaquam habitante.

^x stupendæ-desolationi, abominandæ-vastitati

16 Etiam filij Noph, & Thachaphanes male-depascunt te vertice.

17 An non istud faciet tibi, derelinquere te IHVH ELOHIM tuum in tempore ambulare-facientis te in via.

18 Et nunc quid tibi ^y via Ægypti, ad bibere aquas Sichonis? & quid tibi via Assur ad bibere aquas fluminis?

^y datius. ad viam, vel cum via. sic statim

19 Disciplinabit te malitia tua, & reuersiones tuæ arguent te; & vide quia malum & amarum derelinquere te IHVH ELOHIM tuum: & non pauor meus ad te ^z Fidelis-Sermo ADONAI IHVH TZEBAOTH.

^z vt v. 3.

20 A saculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti: Non seruiam. In omni enim colle sublimi, & sub omni ligno frondoso, tu prosternebaris meretrix.

21 Ego autem plantaui te vineam electam, omne semen verum: quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena?

22 Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tua coram me, dicit Dominus Deus.

23 Quomodo dicis: Non sum polluta, post Baalim non ambulauit? vide vias tuas in conualle, scito quid feceris: cursor leuis explicans vias suas.

24 Onager assuetus in solitudine, in desiderii anima sua attraxit ventum amoris sui: nullus auertet eam: omnes qui quarunt eam, non deficient: in menstruis eius inuenient eam.

25 Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti. Et dixisti: Desperavi, nequaquam faciam: adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo.

26 Quomodo confunditur fur quando deprehenditur, sic confusi sunt domus Israel, ipsi & reges eorum, principes, & sacerdotes, & propheta eorum,

27 dicentes ligno: Pater meus es tu; & lapidi: Tu me genuisti. Verterunt ad me tergum, & non faciem, & in tempore afflictionis suae dicent: Surge, & libera nos.

28 Vbi sunt dii tui, quos fecisti tibi? surgant & liberent te in tempore afflictionis tuae: secundum numerum quippe ciuitatum tuarum erant dii tui Iuda.

29 Quid vultis mecum iudicio contendere? omnes dereliquistis me, dicit Dominus.

30 Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt: deuorauit gladius vester prophetas vestros, quasi leo vastator,

31 generatio vestra. Videte verbum Domini: Numquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina; quare ergo dixit populus meus: Recessimus, non veniemus ultra ad te;

32 Numquid obliuiscetur virgo ornamentum sui, aut sponsa fasciam pectoralis suae; populus vero meus oblitus est mei diebus innumeris.

33 Quid niteris bonam ostendere viam

20 Quia de æterno confregi iugum tuum, abrupi vincula tua, & dixisti, Non-seruiam: quia super omnem collem excelsum, & sub omni ligno viridi tu volutans meretrix.

21 Et ego plantaui te vitem-generosam; omne eius semen fidei: quomodo versa fuisti mihi discessionem vitis nothæ?

22 Quia si lauabis te in nitro, & multiplicauisti tibi borith: inaurata prauitas tua faciebus meis, Fidelis-sermo ADONAI IHVH.

23 Quomodo dicis, Non taminata-fui, post Beghalimos non ambulauit; vide viam tuam in valle; cognosce quid fecisti: dromas leuis excorriganis vias suas.

24 Onager doctus deserti in concupiscentia animæ suæ hausit spiritum; causam eius, quis reuertere-faciet eam? omnes quærentes eius, non defatigabuntur; in inuolutione eius inuenient eam,

25 Minue pedem tuum de discalceato, & guttur tuum de siti: & dixisti, Desperatum-fuit; non, quia amari alienos, & post eos ambulabo.

26 Sicut pudor furis quia inuenietur, sic pudefacient domum Israelis: eos, reges eorum, principes eorum, & sacerdotes eorum, & prophetas eorum.

27 Dicentes ligno, Pater meus tu; & lapidi, Tu genuisti me; quia faciauerunt ad me ceruicem, & non facies: & in tempore mali eorum, dicent, Surge, & salua nos.

28 Et vbinam dii tui, quos fecisti tibi? Surgent, si saluabunt te in tempore mali tui: quia numero urbium tuarum fuerunt dii tui, Iehudah.

29 Ad quid litigabit ad me? omne vestrum transgressi-fuistis in me, Fidelis-sermo IHVH.

30 Præcipitantia percussi filios vestros, disciplinam non acceperunt: comedit gladius vester prophetas vestros sicut leo funditus-perdens.

31 O generatio, vos videte verbum IHVH; an desertum fui Israel? Si terra caliginis IAH? quid cognitionis dixerunt populus meus, dominati-fuimus, non veniemus adhuc ad te.

32 An obliuiscetur virgo ornamentum suum, Sponsa periscelides suas? & populus meus oblitus-fuerunt me diebus non numerus.

33 Quid benefacies viam tuam ad

a, arbore vi-
rente, fronde
dosa, florēte

b rotum ip-
sius, totam
ipsam

c curitas,
distortio,
peruersitas
d datus,
ad facies
meas
e vs v. 3.

f affectu, des-
iderio, au-
ditare

g occasionis
eius
h inuolutione,
nouilunio,
mense

i Remoue
subtrahe
cohibe
k ab aperto
pedibus, à
nudipede,
vel à disca-
lceatione

l secundum
pudorem
furis quom

m peperisti
nos

n Eia, agedū

o Pro nume-
ro, iuxta num-
erum

p omnes
vestrum,
omnes vos
q vs v. 3.
r datus.

Ad præci-
pitantiam

s vide in
I Salm. 67.
v 5.

t cause
u ultra, aff-
plius
x tancas
y nullo nu-
mero, in nu-
meris

z bonif
cabis.

tuam ad querendam dilectionem, quæ in-
super & malitias tuas docuisti vias tuas,
34 & in alis tuis inuentus est sanguis
animarum pauperum & innocentum;
non in fossis inueni eos, sed in omnibus
quæ supra memorauimus.

35 Et dixisti: Absque peccato & inno-
cens ego sum: & propterea auertatur fu-
ror tuus à me. Ecce ego iudicio contendam
tecum, eo quòd dixeris Non peccavi.

36 Quàm vilis facta es nimis, iterans
vias tuas! & ab Ægypto confunderis,
sicut confusa es ab Assur.

37 Nam & ab ista egredieris, & manus
tuæ erunt super caput tuum: quoniam ob-
triuuit Dominus confidentiam tuam, &
nihil habebis prosperum in ea.

querere amorem: ad sic etiam ad ma-
la docuisti vias tuas,

34 Etiam in alis tuis inuenti fuerunt
sanguis animarum^a egenorum, vacuo-
rum: non^b in perfossione inuenisti eos,
quia super omnia ista.


35 Et dixisti, Quia vacuata fui, ve-
runtamen reuersus fuit nasus eius de à
me: ecce ego^c iudicatus ad te super di-
cere te, Non erraui.

36 Quid abriperis valde ad^d secun-
date viam tuam: etiam de Ægypto pu-
desies, secundum quod pude-
facta-
fuit de Assur.

37 Etiam de ad istum exibis, & manus
tuæ super caput tuum: quia^e fastidiuit
IHVH in confidentiis tuis, & non per-
rumpes eis.

^a innocuo-
rum, inson-
tium, inno-
centium,
^b vide in
Genes. 22.
v. 2.
^c iudicio-
contendens
tecum
^d iterare, re-
petere

^e fastidium-
habuit



COMMENTARIA.

VERS. 1.



FACTVM EST VER-
BUM DOMINI AD ME,
DICENS:] Alij: Et fuit
verbum Iehouæ ad me, edicen-
do. Huius, inquiunt, con-
ditionis (quæ temporibus Ios-
chijæ videtur fuisse habita) partes præcipuæ
sunt tres: prima est, exordium, vers. 2. & duo-
bus sequentibus: secunda est, contestatio, vs-
que ad vers. 36. tertia sententiæ dictio, ad
finem vsque, siue vsque ad vers. 6. Capitis 3.
nam inde Caput tertium exordiantur.

VERS. 2.

VADE, ET CLAMA IN AVRIBUS
IERUSALEM.] Alij: Abi ut proclames in au-
ribus Ieruschalaimorum, siue audientibus Ieruf-
chalaimanis, &c. His verbis, vt in sequenti-
bus omnibus prophetis auctoritatem sibi con-
ciliat propheta à mandato Dei.

RECORDATVS SVM TVI, &c.] Re-
cordatus sum tibi, vel recordor tibi. Exordium
hoc, inquiunt Deus adhibet, vt audientiam
faciat apud populum recordatione præterito-
rum beneficiorum suorum, & constantis suæ
misericordiæ ex fœdere: quibus nominibus
se adhuc eò adduci ostendit, vt populum suum
per administratos verbi sollicitet, vt diximus
supra cap. 1. vers. 16. Ait ergo, Recordor tibi,
id est, vel in memoriam tibi reduco. vel, re-
cordor in gratiam tuam.

MISERANS ADOLESCENTIAM TVAM.]
Hebr. pietatis, misericordia, benignitatis, bene-
ficentia, adolescentia, seu pueritia tua. id est,
qua te adolescentem ac pueram amplexus
sum, quum ex Ægypto educerem te: sic se-
quentia hypallagice accipienda sunt.

ET CHARITATEM DESPONSATIONIS
TVÆ.] Alij: amoris desponsationum tuarum,
vel sponsaliorum tuorum. id est, quo te depe-
rj quum te in sponsam accepi, vt mihi eam
fidem seruares quam sponsæ probæ maritus
suis seruare solent. Forsterus: [כלות] celu-

loh, consummationes, vniuersitates, scilicet
pulchritudinis & ornatus, quas puella habent eò
maximè tempore, quo sponsa sunt: tum enim in
sponsi gratiam aut proci ornare sese solent, vt
placeant illis.] vnde hunc locum ita vertit:
amorem pulchritudinis tuæ, & desponsationis
tuæ, quando consummatissima & amabilissima
eras. vel, quo te primum mihi desponsam cum
omni ornatu & mundo tuo muliebri adiunxi.
Factam alij vocem volunt à כלל callab sponsa,
quasi dicat, desponsationes, sponsalia, sponsali-
tia. Alij à כלל chahal, vniuersitavit, perfecit,
absoluit, consummavit, quasi omnimodam &
absolutam, seu consummatissimam & perfe-
ctissimam pulchritudinem.

QUANDO SEQVITA ES ME IN DE-
SERTO, &c.] Hebr. ambulando tu post me
in deserto, &c. Alij: te prosequutam esse me per
desertum, per terram non satam.

SANCTVS ISRAEL DOMINO.] Alij ex
Hebr. 1. Vt Sanctitas est Israël Iehouæ. 2. Sa-
cro sanctus erat Israël Iehouæ. 3. Sanctitatem
fuisse Israël ipsi Iehouæ. vt Exod. 19. vers. 6.

PRIMITIÆ FRVGVM EIVS.] Alij:
primitias prouentus eius. id est, qui Sanctus
fuit Domino ex omnibus populis terræ, vt
primitiæ ex omnibus fructibus agri sunt san-
ctæ, prout interpretatur Deus, Exod. 19. v. 5.
Ait ergo Israël fuisse primum populum, qui
consecratus est Domino.

OMNES DEVORANTES EVM, DELIN-
QVUNT.] Hebr. afflabuntur, piaculares erunt,
desolabuntur. vide in Isaïæ 24. vers. 6. Non-
nulli reddunt: quotquot comedebant illum,
reos fuisse. id est, quemadmodum, qui sacrum
prouentum interuertit, reus fit, & pœnas luit
ex lege Leuitic. 5. vers. 15. & sequent: ita reos
peractos esse, & pœnas pependisse inimicos
eius, vt Ægyptios, Hamalekitas, Sichonem,
Hogum, Midjanitas, Chenahanæos, &c.

QVID INVENERVNT PATRES VES-
TRI

VERS. 5.
TRI

TRI IN ME INIQUITATIS, &c.] hunc versum alij ex Hebr. transferunt: 1. *Quidnam iniquitatis deprehenderunt patres vestri in me, ut iam longè a me recederent, & sectarentur vanitatem, fierentque vani?* 2. *Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis, quod longè abscesserunt à me, & sequuti vanitatem euauerunt?* Contestatio hæc, qua grauissimè in populum suum totum Deus inuehitur, duas partes in vniuersum continet, vnam, qua Deus contestatur, versibus quatuor, se planè innocentem esse, neque vllam causam præbuisse maleficiis Iudæorum, quæ deindè euincuntur certis argumentis, vsque ad vers. 29. alteram, qua contestatur se è contrario omni benignitate Iudæos prosequutum esse, inde ad vers. 36.

EVANVERVNT.] vt Romanor. i. vers. 21.

ET NON DIXERVNT, VBI EST DOMINVS, &c.] Alij: *Adeo ut ne dicerent quidem, Vbi est Iehoua, qui, &c.* id est, Adeo vt omnes Dei, beneficiorumque eius memoriam abiicerent.

ET IN VIAM.] Hebr. & fouea, fissa, sepulcri. quidam & sepulcralem. id est, in qua humanitus non potuissetis viuere: vt Deuteron. 8. vers. 15. vel frequentibus fossis, ac foueis impeditam, quæ iter obrumperent & perfringerent.

ET IMAGINEM MORTIS.] Hebr. & umbra mortis, seu umbra lethalis. id est, horridam, & horrorem incutientem. vel periculis mortis plenam, seu tenebris densissimis obsitam.

ET INDUXI VOS IN TERRAM CARMELI.] Alij: 1. *Quod postquam introduxi vos in terram aruorum.* id est, in Chenahânâam promissam. vide Iudic. 2. vers. 10. & sequentibus. 2. *Quum tamen ego vos introduxerim in terram cultam ac fertilem.* כרמל *carmel* & potest esse nomen proprium montis & vallis; & appellatiuum, pro quauis regione ybere, fertili, pascua, feraci: vide in Ihaïæ 33. vers. 9.

ET IDOLA SEQVVTI SVNT.] Hebr. & post non subleuabunt, ambulauerunt. Alij: 1. & post ea, quæ non proderunt, ambulauerunt. 2. & abierunt post ea, quæ inuando non sunt. 3. & inutilia sectati sunt. id est, idola. sic infra vers. 11. id est, quæ illis nullo commo-
modo, emolumento, leuamento sunt futura.

VERS. 9. PROPTEREA ADHVC IVDICIÒ CONTENDAM VOBISCVM.] id est, vt antea contendi per prophetas seruos meos, iam denuo contendam.

ET CVM FILIIS VESTRIS DISCEPTABO.] Hebr. & cum filijs filiorum vestrorum litigabo. seu iurgabo, rixabo. Quidam: etiam cum nepotibus vestris contendam. postremo videlicet: nam Ioschijæ nepotes, & filij post contestationes multas cum ipsis, & populo, tandem deportati sunt.

VERS. 10. TRANSITE AD INSVLAS CETHIM, &c.] Alij: *Nam per-agrate regiones Cithæorum, &c.* Confirmatio præcedentis obiectio-
nis maleficiorum, ex quatuor potissimum ar-

gumentis petitur: primum est ab exemplo & comparatione gentium exterarû, his quatuor versibus: secundum, à suppliciis, quæ immittit Deus iudex iustissimus, versibus quatuor alteris: tertium, à demonstratione præsentis mali & subiectione ante oculos, quòd Iudæi etiam tum hominum deorumque auxilium alienorum omisso Iehoua procurarent, à v. 18. ad 25. postremum, ab inanitate idolorum cum Deo comparata. vsque ad vers. 29. Est autem huius argumenti summa, gentes non ita diis suis infidas esse, vt Iudæi vero Deo: quod cum ipsorum conscientia cognoscendum & videndum committit, duobus versibus; tum auger communi rerum creaturarum testificatione emphaticam exclamationem, vers. 12. & 13. vt Deuteronom. 32. vers. 1. & Ihaï. 12. v. 8. Cithæorum. vide Numer. 24. v. 24.

ET IN CEDAR, SEV KEDAREM, MITTITE.] vide Psalm. 119. vers. 5.

ET CONSIDERATE VEHEMENTER.] verbum est ex Hithpael, & adiuncto intentionis aduerbio, significat, *quam diligentissime & attentissime intelligite, obseruate, animaduertite, considerate.*

SI MUTAVIT GENS DEOS, &c.] Quidam hunc versum reddunt: *An mutauerit gens deos, quamuis illi non sint dii: at populus meus mutauit gloriam suam in idolum inutile.* vt Psalm. 105. vers. 20. Possis reddere: *Num amarauerit, vel amaricare fecerit, seu exacerbauerit gens deos suos. seu num rebellis fuerit gens diis: ut populus meus amaricauit, &c.*

OBSTUPESCITE CÆLI SVPER HOC.] vel de hac re. Exclamatio pathetica, vt diximus in vers. 10. Quidam reddunt: *Afflate cali super hoc.* id est, vt rem abominandam & horrendam auersate, flatu & sibilo exsufflate. Alij: *Stupende-desolamini cali.*

ET PORTÆ EIVS.] Proculdubio legit ערו *schegharau*, porta eius, cum Scin dextro, & interiecto Iod. modò exemplaria habent ערו *sagharu*, cum Scin sinistro, & sine Iod, & horrescite, exhorrescite, horripilate. Nos nostri lectionem, vt aptiorem retinimus, quòd verbo, exliccamini nulla præfiguratur coniunctio.

QUÆ CONTINERE NON VALENT AQVAS. Hebr. quæ non poterunt, non sustinebunt, continebunt, capient, vniuersitabunt, omnino sustentabunt aquas.

NVMQVID SERVVS, &c.] Alij: *An seruus Israel, an natus domi, seu verna est?* Secundum argumentum à flagellis Dei, vt diximus in vers. 10. ad quod transitur per admirationem, Estne hic populus seruus? inquit propheta, qui tractatur seruorum more, non autem amplius vt filius Dei, aut vt puella libera ipsi coniugata: *quamobrem est præda?* id est, non amplius à Deo Patre in libertatem asseritur, sed duræ seruituti mancipatur, vt fuerat factum temporibus Menaschis, 2. Regum 21. & 2. Paralipom. 33.

MEMPHEOS.] Hebr. נופ *noph*, vide in Ihaïæ 19. vers. 13.

TAPHNES.] Hebr. scribitur hic, תפנח *taphphanes*. At infra cap. 43. vers. 7. תפנח *taphphanes*; secundo *Cheth*; & Ezechiel. 30. vers. 8.

VERS. 11.

VERS. 12.

VERS. 13.

VERS. 14.

VERS. 16.

vers. 18. *תְּחַפְּנֵחֶשׁ* *techapneches*; plerique putant esse eam quæ *Tanis* dicitur Numeror. 13. vers. 23. Psalm. 77. vers. 12. Isai. 19. vers. 13. Heb. *Tzoghan*. Alij vero existimant eam ipsam esse, quæ Isaiæ 30. vers. 4. dicta est, *Hanes*, vel *Chanes*. de qua vide Com. in eum locum. Aliqui obseruant, hic detractum secundum *Cheth*, in nomine *Thachaphanes*, vel *Thachphanes*, forte ob indicandum aliquod mysterium; quod ego augurari nescio, nisi illud sit, vt innueret etiam debiles ac defectos eius vrbis & regionis oppressisse Israellem, quod maioris calamitatis & ignominie esse videtur. Tremellius & Iunius hunc versum ita reddunt: *Etiã Nophei, & Daphnai depascunt te vertice.* id est, non tantum Assyriis & Babylonis, sed Ægyptiis quoque sunt expositi: sunt enim Noph & Daphne Ægypti oppida, de quibus vide Isaiæ 19. vers. 13. & 30. vers. 4. Hoc autem ad amplificationem ponitur, quia tunc Ægyptij adhuc infirmiores erant: videlicet attriti partim bellis exteris ab Assyriis & Babylonis, partim ciuilibus, vt dictum est in Isaiæ 19. & hæc fortasse causa est cur nomini *Thachphanes* ademptum sit secundum *Cheth*. *depascunt te vertice.* id est, vtcunque infirmi sunt, tamen summam partem libere infestant, hoc est, oram tribus Iehudæ meridianam: nam regio, vel populus totus corpori comparatur, vt Deuteronom. 33. v. 12.

CONSTVPRAVERVNT TE VSQVE AD VERTICEM.] Alij ex Hebr. *disfrumpent, confringent te vertice.* id est, totam, à planta ad summum verticem, vt nihil sanum & integrum in te relinquunt. vel *confringent tibi verticem.* Hispanicus Interpres: *te quebrantaran la mollera.* Nos reddidimus: *male-depascunt te vertice.* vide in Isaiæ 24. vers. 19.

VERS. 17.

NVM QVID NON ISTVD FACTVM EST TIBI, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. *An non tu tibi id fecisti, eo quod deserueris Iehouam Deum tuum, tum etiam quum te in via dirigeret.* id est, tempore, quo tibi aderat. vel quo deducere te volebat per viam mandatorum suorum. 2. *An non hoc facis tibi, dum derelinquit Iehouam Deum tuum, quo tempore ducit te in via sua?* id est, in qua mandauit vt sequaris ipsum: sic comparatur transitus ad argumentum tertium, per viam illorum antithesin.

FACTVM EST.] *תְּוַיַּת* *thaghasch*, potest esse tertia persona futuri fœminea, & tunc constructur cnm infinito, *derelinquere tuum*, vel *te*, vbi affixum est fœmineum. quasi dicat, *An non istud faciet tibi, quod derelinquisti tu Iehouam.* id est, derelictio seu desertio tua, qua defecisti à Iehoua importatura tibi est hæc mala. Potest quoque esse secunda fœminea, *faciet tibi.* id est, tu tibi causa eris horum malorum. vt suppositum verbi sit Ierusalaim, quæ toto hoc capite effertur affixis fœmineis, de qua v. 1.

VERS. 18.

ET NVNC QVID TIBI VIS IN VIA ÆGYPTI, &c.] Alij: 1. *Nunc quoque quid negotij tibi est in via Ægypti.* 2. *Nunc enim quid tibi est in via Ægypti, &c.* nempe commodi ex adiunctione istorum Ægyptiorum & Assyriorum. Tertium argumentum, à rebus

præsentibus; quod Iudæi fiduciam partim in hominibus exteris collocarent, duobus versibus; partim in idolis, vers. 20. & sequentibus.

VT BIBAS AQVAM TVRVIDAM?] Heb. *Ad bibendum aquas Sichoris*, id est, Nili vide Iosue 13. v. 3.

FLVMINIS.] Euphratis, per antonomasiam: vide Paradisum nostrum cap 25. Rectè notant, Iudæos inter Ægyptios & Assyrios constitutos vicissim ab vtriusque auxilia solitos postulare: nam cum premerentur ab Assyriis, ad Ægyptios confugiebant; cum ab Ægyptiis, ad Assyrios.

ARGVET TE MALITIA TVA, ET AVERSIO TVA INCREPABIT TE.] Alij 1. *Afflictio tua te erudiet vel malitia tua te castigabit*, id est, dabis pœnas pro nequitia tua; & *auersiones tua à via recta te arguent* 2. *Erudiat te malitia tua, & auersiones tua corripiant te* id est, ex ipsis malitiæ tuæ fructibus discere sapere, vt Iudic. 2, v. 1. & 2.

SCITO ET VIDE QVIA MALVM ET AMARVM EST RELIQVISSE TE DOMINVM DEVM TVVM.] Alij: *Agnosce, inquam, & vide malum & quidem amarum esse, quod derelinquis Iehouam Deum tuum*, id est, hoc malum tuum esse grauissimum, ac proinde tibi esse istius amaroris causam ex te ipso: vt Iob. 20. v. 11. & sequentibus.

ET NON ESSE TIDOREM MEI APVD TE.] Heb. & *non pavor meus ad te.* Alij: *Non enim pavor mei incescit te.*

A SÆCVLO CONFREGISTI IVGVMEVM.] Heb. *A saculo confregi.* Quidam: *Etenim iam olim fregeram iugum tuum, &c.* Altera pars argumenti tertij, nimirum Iudæos immemores beneficiorum Dei inde ab Ægypto, & sponsonum factarum Deo, ad idola perfidè descivisse: quæ duo deinceps exorantur ab assiduitate, & obfirmatione illorum, vsque ad vers. 26. Itaque versum ita exponunt: *Etenim iam olim fregeram iugum tuum, disruperam vincula tua*, liberans te à seruitute Ægypti; ideoque dicis, vel dicebas, *Non seruitura sum*, domino alteri, seu idolis, Exod. 19. v. 15. & 24. v. 3. Iosue 24. v. 21. *quum tamen super omnem collem altum, & super omnem arborem virentem: vt Isaiæ 57. v. 5. & 7. tu pergas scortans*, scortatione spirituali cum idolis, cui maledicit Dominus Exod. 20. v. 5. quasi dicat, quum tot beneficiis à me affecta fueris, pergis tamen in idololatria.

NON SERVIAM.] Heb. est altera lectio: *Non transibo*, seu *transgrediar*, fœdus, vel mandata tua.

TY PROSTERNEBARIS MERETRIX.] Alij ex Heb. 1. *tu discurre vaga, o meretrix* 2. *tu discurrebas, peregrinabar, peragrabas, seu peragras, meretrix*, scilicet, ex vno lupanari, seu prostibulo in aliud, id est, ex vno luo, aut arbore, aut idolo in aliud. 3. *Tu volutabas te, vel volutabar, meretrix*, vt sit verbum obscenum.

EGO AVTEM PLANTAVI TE VINEAM BLECTAM.] Alij: 1. *Ego autem plantaueram te, vt esses nobilissima vitis* 2. *Et ego plantavi te sirculum.* 3. *Atqui ego te plantaueram vitem generosam,*

generosam, seu selectam. Exprobatio allegorica possessionis traditæ, ad amplificationem perfidiae: vt Exod. 15. v. 17. Psalm. 43. v. & 79. v. 9. Isaia 5. v. 1. & sequentibus. De voce שורק *forek*, quam hinc generosam vitem vertimus, vide in Genes. 49. v. 11. & in Isaia. 5. v. 2. Hispanicus Interpres, *yo pues te plante de buen viduenno.*

OMNE SEMEN VERVM.] Hebr. *Totam eam semen fidei*, seu veritatis, firmitatis. Alij: *Totum semen fidele*, id est, quod non facile posset amoueri, sed fide perstaret immotum ex promissione; cuius respectu Deus fidelis appellatur Deuteron 32. v. 4. & Iudæi contra esse dicuntur filij, in quibus non est fides, ibidem, v. 20. Nonnulli: & *totum fidele seminarium*, id est, germanum ac probum, non vitiosum aut adulterinum. Interpres Hispanicus: *toda ella semente de verdad*, id est, *plantas fieles que no podian dexar dedar buen fruto.*

IN PRAVVM VINEA ALIENA?] vocem סורים *surim* positam in regimine variè hinc reddunt: 1. *in sarmenta vitis alienæ.* 2. *in auersiones vitis alienæ?* id est, in talem vitem quæ à natura sua genuina, gratia & sapore recessit ac degeneravit: vel à qua me auerto, quam abhorreo & auersor. 3. *quomodo ergo mutata es mihi in degeneres-palmites vitis alienæ?* vt Deuteronom 32. v. 20. & 32. 4. *quomodo mutata es mihi vt sis vinea degener & aliena?* Heb. propriè est; *quomodo versa es mihi in discessiones, apostasias, vitis nothæ, alienigenæ, illegitima, adulterina.* Hispanicus interpres: *de vid montes*, id est, filiestris, vt exponunt Hebræi.

VERS. 22

NITRO.] נתר *nether*, vide Prouerbior. 25. vers. 20.

HERBAM BORITH.] Hebr. tantum est, בורית *borith*. Forsterus: [BORITH, materia quadam terrestris eluendis maculis ac sordibus idonea & usitata. Et hoc nomine borris, materia dicitur, qua aurifabri vtuntur, & ex ea liximum etiam colari asserunt. Alio nomine dicitur etiam בור *bor*, Job. 9. vers. 30.] vide ibi. Alij, herbam fullonum quam saponariam appellant, interpretantur, qua nimirum fullones in eluendis pannis vtuntur. Passim tamen, saponem, seu sinegma esse aiunt, quasi dicas, purgatorium, purificatorium, expurgatorium.

MACVLATA ES.] נכתם *nichtham*; participium Niphal, factum à nomine כתם *cethem*; quod *massam auri mundissimi* significat, Job 28. vers. 16. variè hic reddunt: 1. *signata, obsignata, descripta, impressa, sigillata, est iniquitas tua.* vt conueniat cum חתם *chatham*, per Cheth. 2. *inaurata est iniquitas tua.* id est, promicat, emicat, fulgida & insignis vt aurum est iniquitas tua. quasi dicat cunctis nota & perspicua. 3. ex significato Chaldaico & Rabbinico, *notata, maculata, vel maculosa est,* &c. Hunc versum ita explanat Leo Iudæ: *Etiam si laueris te nitro, & multum tibi sinegmatibus adhibueris, hoc est, multo te saponem perfricaueris: altius tamen impressa est iniquitas tua coram me, ait Dominus Iehoua.* Tremellius & Iunius: *Nam vt abluas te nitro, & plurimum adhibeas tibi sinegmatibus, obducatur se auro iniquitas tua coram me, dictum*

Maluenda, In libr. Ierem.

Domini Iehoua: vt sententia pendeat in sequentem versum: Quomodo dictura esses, Non pollui me, &c. Amplificatio criminis superioris, per hypothesein, à comparatione adulteræ; quasi dicat: *Laua, munda, orna, compara te vtcunque voles, hoc versu: non potest tamen celari vlla ex parte tua impuritas; quæ non tantum mihi perspecta est, versu sequente; sed etiam omnibus adeo manifesta, vt ne vlli quidem imperitissimo sit magnopere laborandum in ea videnda atque euincenda, vers. 24.* Interpres Hispanicus: *Aunque te laues con salite, ô greda, ô alumbre; y amontones xabon sobreti, tu peccado esta sellado delante demi.* id est, *impresso como vn sello que no se puede lauar: dixit el señor Iehoua.*

POST BAALIM NON AMBVLAVI.] Alij: *Babalimos sequuta non sum.* id est, *deos, numina, idola:* vide Iudic. 2. vers. 11. Sic infra cap. 9. vers. 14.

VIDE VIAS TVAS IN CONVALLE.] Alij: *vide viam tuam in ista valle.* id est, cum valle Hinnom, de qua Iosue 15. vers. 8. 2. Reg. 23. v. 10. infra cap. 7. v. 34. & 19. v. 2. & 6. tum aliis vallibus, in quibus ad torrentes sacrificabatur, Iesaiæ 57. v. 5. & 6.

CVRSOR LEVIS.] כברה קלה *bichrah kallah*, fœmineum, *dromas, dromedaria, leuis, velox:* vide in Isaia 60. vers. 6. Alij: 1. *dromedaria leuis.* id est camelus fœmina, iuuenis, ac parua, quæ masculo citius currit. 2. *Camelopardali veloci similis es.* vulgo *gyrassa.* de qua vide Angelum Politianum Miscellaneorum, cap. 3. 3. *ô dromas velox.* id est, quæ velocissimè ad idololatriam abriperis præceps, velocius dromade.

EXPLICANS VIAS SVAS.] Participium משרכת *mesarecheth*, à nomine שרוך *seroch*, corrigia, Genes. 14. vers. 23. & Isaia. 5. vers. 27. effectum variè exponunt: 1. *capiens vias suas.* vt calceus corrigiam, vel potius vt corrigia calceum capit & astringit, sic meretrix ista dromedaria arcè amplectitur praua sua studia & actiones. 2. *circumiens vias suas.* quemadmodum circumligat corrigia calceum. 3. *tenens vias suas.* id est, adolescentiæ & iuuenilis ætatis suæ. 4. *circumgyrans, circumflectens vias suas.* 5. *circumcursitans vias suas.* 6. *confundens, seu implicans vias suas.* id est quæ confuso & perturbato cursu huc illuc discurret, gyrat, circumflectitur more scorti vagantis, vt describitur Prouerbior. 7. vers. 11. & 12. 7. *ô corrigians,* vt ita dicamus; vel *ô qua corrigia notat vias suas.* id est, scortum aded effectum præ assiduitate sceleris, vt quocunque te vertas, terram veluti corrigiis & restibus tuarum sordium ex te defluentium coinquines, sequente versu. Ego potius verbum in contraria significatione acceperim; *excorrigians, decorigians, vias suas.* id est, dissoluens diffibulans, discingens, relaxans vias suas. id est dissolutissimè & impudentissimè viuens. Sic Hebræis multa sunt verba priuantia, ex nominibus habitus efformata, vt à זנב *zanab*, cauda, verbum in Piel, זנב *zinneb*, *decaudauit*, & passim alia. vide Præfationem dictionarij Forsteri, Numero 47. & pag. 151. & ita Noster aptè dixit *explicans vias suas.* id est, prosti-

VERS. 23

tuens. vel expedite velociter conficiens iter suum.

VERS. 24. ONAGER ASSVETVS IN SOLITVDINE, &c.] Hunc versum Hebraicè generum varietas obscurum facit; nam *אנאג* *pereh onager*, & *דובתוס*, sunt masculè, verbum, *attraxit* siue *hausit* est fœmineum, omnia affixa sunt fœminea: nisi quod primum, *in desiderio anima sua*, scribitur masculè & legitur fœmineè. Quidam existimant istam missionem generum promiscuè onagram marem & fœminam includere, quod vtrumque genus sit salacissimum & libidinis impatiens, sed magis adhuc fœminam, proinde hîc plura esse fœminea. Notant, onagram esse animal siluestre, ferum, indomitum, vnde dictum onagram, id est, asinum agrestem, salax, velox: vnde Virgilius 3. Georgicor.

Sape etiam cursu timidus agitabis onagros.

Xenophon lib. 1. de Expeditione Cyri: [*Plantities Arabia ex feris habebat siluestres asinos quam plurimos. Asini quidem isti, si quis persequeretur, præcurrerant, ac deinde restitabant, quod multo velocius equo currerent, & rursus equo propius accedente, idem factitabant. Itaque capi non poterant, nisi ex intervallo distarent equites, atque alius alij succedentes, eos venando urgerent.*] Quod vero sit salax, vel nomen ipsum indicat, quod à fructificatione & fecunditate dicitur. Ergo hunc versum variè ex Hebr. explanant: 1. *onager*, fœmina, *assuetus deserto*, id est, asina siluestris quæ non est curata. Varro de Re rustica lib. 2. cap. 6. [*Onagrus è fero sic mansuetus facile, & è mansuetus ferus nunquam.*] *pro desiderio anima sua*, id est, viuens in summa libertate & deliciis, sine lege & præceptis: vide in Iob 39. vers. 8. *sorbuit, hausit, ventum occasionis sua*, id est, accepta occasione captanda auræ. *quis auertet eam?* subaudi, ab hoc appetitu. *vel hausit ventum;* & *impetum eius quis reuocabit eam?* vel *ab impetu suo quis vocabit illam?* nam *אנאג* *taanah*, *occursum fortuitum* significat. *omnes quærentes eam non fatigabuntur, in mense suo inuenient eam.* id est, quum viderint eam sic currentem, non defatigabunt se currendo post illam, quia desperabunt se posse assequi: sed tempore, quo grauida erit, capient eam. Sensum allegoriæ ita concipiunt: Tu inquit similis es onagræ velocissime, quum tibi est iter ad idola tua; quotquot voluerint capere onagram illam, non multum curabunt currendo assequi illam, sed expectabunt mensem, quo grauida erit, & tum facile illam capient, vtpote fortu & cursu grauem. Sic tandem tu meretrix à me capieris, & punieris, quum grauida eris, id est, quum ad summum creuerint scelera tua. 2. *Sed & similis es onagro desertis assuetus, qui pro appetitu animi sui, destinato suo tempore anhelitum haurit, quis reuocet eum?* omnes, qui eum quærent, non fessierunt, quærendo, id est, non conabuntur currere post eum; *in mense suo inuenient eum.* id est, quum grauida fuerit. 3. Hispanicus Interpret: *Asina montes acostumbrada al deserto, que respira como quiere.* Hebr. *segun el deseo de su alma, causa natural de la ligereza del animal; de su occasion quien la detendra? todos los*

que la buscaren, nose cansaran: hallartaban en su mes. id est, *los que la quieren caçar, no quieren perder su trabajo en correr tras ella: mas aguardan a que estè ya cercana al parto, y entonces por estar pesada la toman facilmente.*

4. *Onager fœmina est assuetus deserto.* Altera comparatio, vehementissimum studium scortationis, & libidinem impotentissimam, obfirmationemque denotans; *deserto*, cui comparantur loca idololatriæ comparata & destinata: *que pro desiderio anima sua hausit ventum*, id est, libero cælo fruitur, non quiescit vno loco, sed huc illuc discursat liberè; vt Iob 39. vers. 8. *cuius occasionem quis reuocet?* id est, quam nemo oblata veneris occasione ab ea impedire potest: ita feruet, & liberè se ipsam ad libidinem proicit, vt Ezechiel. 16. vers. 24. & sequentibus. *omnes quærentes istam non fatigantur, mensibus eius inuenient eam.* id est, si quis adulteram istam quære institueret, nullo negotio inuenturus esset, quia extant singulis passibus vestigia sordium illius, tanquam mulieris ex mensium profluuio laborantis: sic accipitur vocabulum mensium Hoseæ 5. vers. 7.

IN DESIDERIO ANIMÆ SVÆ. [Exponunt, id est, viuens in summa libertate, cælo, & solo libero fruens. Alij, libidine incensum, vel pro feruente, siue vt cupiditatem suam assequatur.]

ATTRAXIT VENTVM AMORIS SVI. [Explicant, id est, odoratur vbi sit asina, vel potius asinus, nam verbum est fœmineum, cum quo coëat. Solent enim asini & equi odoratu percipere marem, vel fœminam tempore coeundi: qua accommodatissima comparatione declarat synagogam tanquam asinam olfecisse, vbicumque idolum aliquod esset, vt se illi prostitueret. Alij ex Heb. reddunt: *Sorbuit, hausit, anhelauit, inhauiit, respirauit, ventum occasionis sua.* seu *causa sua.* quasi dicat, onagri sunt velocissimi cursus, cuius causa & occasio est respirandi facilitas: nam difficultas respirandi causa est tardi incessus. Vel, hausit ventum, quem occasio currendi excitauit, nam currentes crebrius anhelant, & trahunt redduntque spiritum. Quidam: *hausit auram coartationis sua.* id est, libidinis. Nonnulli distinguunt: *hausit spiritum; occasionem seu causam eius quis reuertit fecit, vel reuocauit eam?* id est, ipsam eius occasionem quis interuertit? quod distinctionibus Hebraicis congruentius est.]

IN MENSIVS BIVS INVENIENT EAM. [Heb. *In mense eius, vel in mensibus eius, inuenient eam.* Hebræorum plerique menses hîc cum Nostro *menstrua* mulierum accipiunt: vt etiam Latini loquuntur, Plinius Lib. 21. Cap. 25. [*Ciet menses è vino pota.*] Et alibi sæpe. Atqui tunc illud de onagra accipi non poterit, sed de Ierusalaim, nam scribit Plinius Lib. 7. cap. 15. (*Solum autem animal menstruale mulier est.*) Alij: *in mense suo inuenient eam.* id est, eo anni tempore quo præ libidine incalescit onagra. Sicut tu tempore magni feruoris idololatriæ tuæ capieris. Quidam Hebræorum exponunt: *in mense suo, quo vterum gerit, & grauis est, facile*

cile capient eam. Alij: in inuentione sua inuenient eam. quasi dicat, frustra laborabunt in quærendo eam, semper enim reperient eam innouantem & instaurantem cursum suum, hoc est, cursu intentissimo volantem. Nec desunt, qui exponant: in nouilunio suo, in neomenia sua, in kalendis suis, id est, in festis suis cum idolis: Synedochice. quasi dicat, passim ac facile inuenietur in festis deorum, nam est eis deuotissima.

VERS. 25. PROHIBE PEDEM TVVM A NVDTATE.] Hebraicè, *Ne sis discalceatus, & guttur tuum a siti.* Verbi, vel prophetæ, quasi dicat, ô metetrix, contine te domi, & noli longum suscipere iter ad quærendum amatores tuos deos alienos, ne atterantur calcei tui ex tam longa via, & siti premaris: solent enim in longo itinere calcei consumi, & viatores sibi laborare præsertim in regionibus calidis, quasi dicat, ne siti te maceres, nec calceamenta atteras currendo ad alienos deos.

DESPERAUI, NEQUAQVAM FACIAM.] Heb. *Desperatum est, nequaquam.* id est, nulla spes est, vt desistam ab incepto, nequaquam definam colere deos. Vide in Isaïæ 57. v. 10. Quidam reddunt: *Expectoratum est.* quod ego non capio, nisi intelligas, *pectus seu animus abiectus est.* Alij: *Actum est.* Nonnulli: *Peruersè agitur? Nequaquam.* Non putabant se præuè agere deficientes à Deo. Tremellius & Iunius hunc versum ita exponunt: *Dicenti enim, Cohibe pedem tuum ne discalceatur, & guttur tuum a siti; dicis, Animus abiiceretur? nequaquam: nam amo deos externos, & eos sequutura sum.* Verba renocantis, & per euphemismum scelestæ adultære reprehendentis: nam pedis appellatione ctura & pudenda significari solent, vt Ezechiel. 16. v. 25. quasi dicat, ne amplius te ipsam ita prostituato, sed animum tuum sitientem nefariæ istius libidinis, ab insaturabili ista ueneris tui cohibeto. Quibus verbis responderet ipsa prostibula: Animumne propterea abiicerem? ab incepto desisterem? nequaquam, nam amo, &c. Sanè *pedem* in obscœna quoque significatione accepit Cicero lib. 2. ad Atticum, Epistola 1. quum ait: (*Sed soror, que tantum habeat consularis loci, vnum mihi solum pedem dat. Noli, inquam, de vno pede sororis queri, licet etiam alterum tollas. Non consulare, inquit, dictum. Fateor.*) Vbi Manutius, Gethofredus, & alij, *pedem.* obscœnum quid, & genus concubitus intelligunt.

VERS. 26. QVOMODO CONFVNDITVR FVR, &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt: *Tanquam pudore furis; quum deprehenditur.* Quartum argumentum ab inanitate & inutilitate exterorum deorum, de quibus præcedente versu, vti obseruauimus in vers. 10. ita *pudescient*, idola videlicet cultores suos, vt Isaïæ 44. vers. 11. 20. *dorum Israelis, ipsos; reges ipsorum, principes ipsorum, sacerdotesque ipsorum; & prophetas ipsorum.* Sanè verbum *pudescient*, seu *pudore afficient*, actiue commodus accipitur, quod sit ex Hiphil, quam neutraliter & intransitiue, *pudescient.*

VERS. 27. VERTERVNT AD ME TERGVVM.] Heb. *Maluenad, In libr. Jerem.*

quia faciauerunt ad me ceruicem. Alij: quia obuertunt mihi ceruicem.

ET IN TEMPORE AFFLICTIONIS SVÆ DICENT,] & Alij: *tempore verò mali sui dicunt, surge & serua nos, vt Iudic. 10. v. 10.*

SVRGANT, ET LIBERENT TE IN TEMPORE AFFLICTIONIS TVÆ.] Alij; *Surgant, si sum seruaturi te tempore mali tui.* Sarcasmus, vt Deuteronom. 32. vers. 37. & 38. Iudic. 10. v. 14 & Hoseæ 13. v. 10.

QVID VULTIS MECVM IVDICIO CON- TENDERE.] Heb. *Ad quid, quare, litigabitis, contendetis, disceptabitis, rixabitis, iurgabitis ad me? vel mecum, aut contra me.* Altera pars contestationis, vt dictum est supra v. 5. quæ Deus de obduratione Iudæorum conquærens, duobus versibus, beneficentiam suam commemorat, & comparat cum ingrato Iudæorum animo, vsque ad vers. 36.

OMNES DERELIQVISTIS ME.] Hebr. *Omnes vos transgressi estis; præuaricati estis; deficientes rebellastis, in me.*

FRVSTRA PERCVSSI FILIOS VESTROS.] Hebr. *Præcipitanter, temere, in vanum percussi, filios vestros.* Quidam: *Propter vanitatem, aut vaniloquentiam percussi, &c.* id est, quia filij vestri à pueritia sua didicerunt loqui vanitatem & mendacia.

DISCIPLINAM NON RECEPERVNT.] Hebr. *eruditionem, castigationem, correctionem non acceperunt.* id est, flagellis non respuerunt.

DEVORAVIT GLADIVS VESTER, &c.] Quidam reddunt: *consumpsit gladius vester prophetas vestros, tanquam leo interfector. seu perditor, aut corruptor, vel vastator.* id est, homicidæ fuistis prophetarum; vt Asæ, Ioaschi; & Menaschis temporibus antè fuerat factum: quod exprobat Christus Matth. 23. vers. 24. & sequentibus.

GENERATIO VESTRA VIDETE VERBVM DOMINI.] Alij ex Heb. *ô generatio, vel ô sæculum, id est, ô homines huius ætatis; vos animaduerte, considerate verbum Iehouæ.* Quidam: *Num generatio, aut sæculum vos? id est, an vixistis per vnam generationem aut sæculum, vt possitis testes esse corum; quæ feci.* Futilis & alienus sensus.

NVMQVID SOLITVDO FACTVS SVM ISRAELI?] quasi dicat non fui Israelitæ tanquam desertum; in quo omnia desunt: nam suppeditavi illis omnia necessaria. vel *num desertum, fui Israeli?* id est, inutilis & infructuosus, vt sunt terræ desertæ & incultæ.

AVT TERRA SEROTINA?] vocem מַפְלִיחַ mapel'iah, deduxit Noster ab אֶפְלוֹת aphilot, de quo vide Exodi 9. vers. 37. Tremellius & Iunius reddunt: *an terra fructumperdens? seu serotinans, quæ tardè & malè fructus profert, nec vñquam ad maturitatem perducit.* Plerique tamen compositam esse dictionem aiunt ex מַאֲפֵל maaphel, caligo, & nomine Dei יְיָ iab; augendæ significationis causa addito, quasi dicat, *an terra caliginis Dei? hoc est, maxima & obscurissima, a. que densissima.* Hispanicè dicimus, *tierra de sombrio.* quæ non producit fructus, carens tepore solis. vel *tierra añublada; en que se añeblan los frutos.*

RECESSIMVS. רדנו *radnu*, videtur deduxisse à ירד *iarad*, vel רוד *rud*, descendimus hoc est, defecimus, recessimus. Alij tamen à רדד *radad*, vel רדה *radah*. Forsterus: *Potestatem habemus, non veniemus, ad te.* id est, nos ipsi habemus subditos, non est opus vt tuæ nos potestari subiiciamus. Alij: *Dominamur, dominium accepimus.* quasi dicat, habemus reges & principes, nec est nobis opus alio nunc duce. Quidam: *Dilatati sumus.* vel *extensi, expansi sumus.* quasi dicat, bene nobis est, amplissima loca, & possessiones obtinemus. Tremellius & Iunius ita hunc versum explanant: *O generatio! vos animaduertite verbum Iekoua: an vt desertum fui Israeli? an terra fructum-perdens? quamobrem dicunt populus meus; Dominamur, non sumus venturi amplius ad te.* id est, quum ego deduxi te ex Ægypto per desertum, an durus erga te fui atque difficilis, vt ea ipsa terra qua tu ambulabas? imò verò nonne te vt sponsam modis omnibus exorauit etiam in deserto ipso: iam verò quum in possessionem terræ feracis peruenisti, cur tibi dominium arrogas, & me Dominum tuum repudias?

VERS. 32.

FASCIE PECTORALIS SVÆ?] vocem קשרים *kischschurim*, nos *periscelides* aut *taniyas* vertimus, vt etiam Isaïæ 3. vers. 20. Alij variè: 1. *miranularum suarum?* 2. *torquium, seu moniliuum suorum?* 3. *alligamentorum, ligaculorum suorum?* 4. *eorum, quæ alligat sibi?*

VERS. 33.

QVID NITERIS BONAM OSTENDERE VIAM TVAM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. transferunt: 1. *Cur bonificas viam tuam vt queras amicitiam.* id est, cur tanto studio apparatus profectioem vt in eas amicitiam cum externis populis & diis: *ideo etiam malas gentes docuisti vias tuas.* quasi dicat, non es contenta patrare tu grauissima scelera, nisi eadem quoque admittere impias gentes doceas, vel vt amicitiam externorum quam optas, assequaris, eos doces improbas vias seu actiones tuas. 2. *Cur dirigis viam tuam ad querendum dilectionem? ideo etiam malitias docuisti vias tuas.* 3. *Cur adornas viam tuam vt tibi compares amatores? subinde etiam adornas versutias vt doceas imposturam viarum tuarum.* 4. *Cur bonam facis viam tuam, vt ambias dilectionem? ob id etiam docebo vias tuas malas esse.* Hebr. est gemina lectio, in textu scribitur, *docui.* in margine legitur, *docuisti.* 5. *Quid bonam prædicas viam tuam, querendo amorem, siue quod amas.* id est, cur adeo es impudens vt te iustifices? cum tamen vitam tuam consumas in conciliandis amatoribus, & explenda tantum tua libidine? Sic accipitur verbum Hebræum, *facere bonum*, pro eo, quod est prædicare & iactare bonum; aut etiam profiteri: vt Matth. 13. vers. 33. *idcirco etiam malas ipsas docuisti vias tuas.* id est, hac tua impudentia, qua omnes superas, etiam improbissimos doces improbitatem: quamobrem hæc impudentia veluti digito commonstratur, vers. 34. & 35. Quidam sensum huius versus ita concipiunt: *Quorsum studes iustificare tete apud me, vt in eas gratiam meam, cum non solum malas reipsa feceris vias tuas; sed etiam eas alios docueris.* id est, cum non solum male

vixeris, sed etiam docueris alios male viuere. Mihi non satis apta videtur constructio illa, *malas vias tuas.* quod Hebraicè sit discordia generum, nam *malas* est fœmineum, *vias*, est, masculinum. Commodius reddes: *ad mala docuisti vel assuescisti vias tuas.*

VERS. 34.

ET IN ALIS TVIS INVENTVS EST SANGVIS ANIMARVM PAUPERVM, & INNOCENTIVM.] Alij: *Etiam in alis vestium tuarum inueniuntur sanguis animarum egentium, sanguis innocentium.* id est, nihil est in te, aut circa te non commaculatum sanguine: omnia testificantur aduersum te. 2. *Etiam in oris vestimentorum tuorum inueniuntur sanguis,* id est, vnusquisque ex sanguinibus, *animarum egenorum, innocentium.* id est, ne à cæde pauperum, & innocentium abstines; nam eorum sanguine aspersa inueniuntur vestimenta tua vsque ad extremas oras. Quidam istud de mactatis ad aras deorum accipiunt.

NON IN FOSSIS INVENI EOS, SED IN OMNIBVS QUÆ SVpra MEMORAVI.] Exponunt, hos autem interfectos à te, vel sanguines à te fusos, non in fossis aut foueis inueni, vt possit scelus inficiari, sed in manibus tuis, & in alis vestium tuarum, quæ supra dixi. quasi dicat frustra niteris occultare flagitia tua, cum sanguines ipsi innocentium non in terram defossi lateant, sed in vestibis & in manibus tuis conspicui extent. Aliqui exponunt: sed in collibus altis, & in quercubus, terebinthis, aliisque arboribus frondosis, quæ supra vers. 20. memoravi, in quibus diis homines immolabantur. Diuersimodè alij ex Hebræo. 1. *quos non in suffossione inuenisti,* id est suffodientes domum tuam, quos posses impunè occidere ex Lege Exod. 22. vers. 2. *sed propter omnia ista scilicet prædicta.* quod nimirum sis sceleratissima & ad omne genus maleficiorum proiectissima. vel quòd te innocentes illi carperent propter scelera tua superius commemorata. Videtur loqui de veris prophetis, qui populum arguebant, & ab illo interficiebantur. 2. *non effusione inuenio hæc, sed super omnia ista sunt.* id est, non sunt clam peccata tua, vt peruestigatione sit opus, patam sunt omnibus exposita.

INVENI EOS.] מצאתים *metzathim*. Noster, & alij pro prima persona præteriti masculina cum affixo accipiunt, *inueni eos.* Alij pro secunda fœminea: *inuenisti eos.*

VERS. 35.

ET DIXISTI, ABSQVE PECCATO ET INNOCENS EGO SVM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. *Et dicis, Innocens sum, duntaxat recedat furor eius à me. Ecce ego iudico te eo quòd dicis, Non peccavi.* 2. *Et dixisti, Quia innocens sum, item seu verè auersus est nasus eius à me: ecce ego iudicium subiens tecum super dicere te, Non peccavi.* 3. *At tamen dicis; Quia innocens sum, utique auersa est ira eius à me: ecce ego disceptaturus sum tecum, eo quòd dicis, Non peccavi.*

QVAM VILIS FACTA ES NIMIS, ITERANS VIAS TVAS?] Futurum תזלי *thezeli*, deduxit à זל *zul*: *Quam vilesces, vilis eris.* Alij ab זל *azal*, & variè reddunt: 1. *Cur discurris ita repetendo viam tuam?* 2. *Cur discurfas*

VERS. 36.

discursas crebro mutando viam tuam? id est, cur pergis tam studiose & anxie frequentibus itineribus ac variis mutando loca, & modo ad Aegyptios, modò ad Assyrios discurrendo?
 3. *Cur abibis valde ad mutandum viam tuam?*
 4. *Quo te abripis tam vehementer, vel quid discurreis adeò ad mutandum viam tuam?*
 5. *Quid cursitas adeò mutando viam tuam?* id est, quid causæ est cur te coniungas Aegyptio, & deficias à Babylonio, (in cuius manus Menasche fuerat traditus) atque fiduciam tuam ita in Aegyptio colloces, vt Achaz antea collocauerat in Assyrio? 2. Regum, 16. v. 7. Nam etsi hoc diserte in Scripturis legi non meminimus; non dubium est tamen quin hoc foedus cum Aegyptio aut per Menaschem postliminio venterum, aut per improbum Amonem fuerit initum: ac propterea Necho exponit Ioschia se non aduentare vt bellum gerat aduersus ipsum, 2. Paralipom. 35. vers. 21. Hinc autem incipit tertia pars concionis, vt dictum est in vers. 1. nimirum sententiæ dictio, qua continetur expositio pœnarum quas Iudæi erant luituri; & earum causa, quinque primis versibus sequentis capitis, quos alij huic capiti assuunt.

ET AB AEGYPTO CONFVNDERIS.] Alij: *etiam ab Aegypto erubesces.* qui Ioschiam interfecit, Ioachscum cepit, & Iudæos à Babylonio minimè liberavit.

SICVT CONFVSA ES AB ASSYRIO.] Alij: *quemadmodum erubuiisti ab Assyrio.* vt

exponitur 2. Paralipomen. 28. vers. 10. & sequentibus.

NAM ET AB ISTA EGREDIERIS, ET MANVS TVÆ ERVNT SVPER CAPVT TVVM.] Alij: 1. *Hinc etiam demigrabis,* id est, ab ista terra, quam possides, deportaberis in Babylonem: *manibus tuis super caput tuum complicatis.* 2. *Etiam ab illo Aegypto prodibis manibus impositis capiti tuo.* id est, in luctu grauissimo, vt fere lugebant mulieres, 2. Samuel. 13. vers. 19. Et sanè fuit luctus grauissimus in morte Iosia, 2. Paralipom. 35. v. 24. & 25. sed est elegantissimus Hispanismus, *prodire ab aliquo manibus capiti impositis.* pro eo quod est graui aliquo vulnere aut damno accepto discedere. *saldras las manos en lacabeça, vel descabrada.*


QVONIAM OBTREVIT DÓMINVS, &c.] Alij ex Hebr. 1. *quia contempsit, reiecit, repudiavit, abominatus est, Iehoua confidentias tuas, & non prosperaberis, vel neque prospere cedit tibi in eis.* 2. *quoniam fastidium habuit Iehoua in fiduciis tuis,* id est, cum fastidio & nausea reiecit confidentias tuas: *vt non possis habere fortunam ab illis.* 3. *quia spernit Iehoua praesidia tua,* quibus fidebas & à quibus pendebas; neque tibi cum eis prospere cedit. 4. *nam spernit Iehoua fiducias tuas, vt non secunderis in eis.* sed contra propter perfidiam tuam in Deum, & in Babylonium excindaris: litotes: vide 2. Reg. 24. v. 24. & cap. 25. vers. 1. & sequentibus 2. Paral. 36. v. 13. & sequentibus.


CAPVT III.

Deus incomparabili clementia populum suum ad se reuocat ab idololatria, in qua Iuda etiam Israelem excessit: promittens se assumpturum eos in filios, & veros pastores eis daturum, vt Ierosolymis in pace colant Dominum: de futura gloria & exaltatione Ierusalem, ac Gentium ad eam congregatione, & de populi pœnitentia.

Vulg.

Malus.

I  *Vlgò dicitur: Si dimiserit vir uxorem suam, & recedens ab eo, duxerit virum alterum: numquid reuertetur ad eam ultra? numquid non polluta & contaminata erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te.*
 2. *Leua oculos tuos in directam, & vide ubi non prostrata sis: in viis sedebas, expectans eos quasi latro in solitudine: & polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis.*
 3. *Quam ob rem prohibita sunt stilla pluuiarum, & serotinus imber non fuit,*

I  *D dicere: En dimittet vir viram suam, & ambulabit de^a ad eum, & erit viro alteri; an reuertetur ad eam^b adhuc? an non inficere inficietur terra ipsa? & tu meretricata fuisti^c sodales multos; & d^d reuertere ad me, c^e Fidelis-sermo IHHH.*
 2. *Leua oculos tuos super^f prominentias, & vide ubi non peruolutata fuisti: super vias sedisti eis, sicut Arabs in deserto: & infecisti terram in^g meretricationibus tuis, & in malitia tua.*
 3. *Et^h diminuti fuerunt imbres - tenues, & sera non fuit: & fons viræ meretricis*

a cum eo
 b ultra; amplius, vnquã
 c cum sociis, familiaribus, proximis, amicis multis
 d infinitinus, vel imperatius
 e vide in Genes. 22. 16.
 f præcipua: vide in Isai 41. 18.
 g Scortationibus, meretricis, fornicationibus
 h subtrahit, cohibiti

frons mulieris meretricis facta est tibi, noluit erubescere.

4 Ergo saltem amodo voca me: Pater meus, dux virginitatis mee tu es:

5 Numquid irascēris in perpetuum, aut perseuerabis in finem? Ecce locuta es, & fecisti mala, & potuisti.

Sup. 2. d. 20.

6 Et dixit Dominus ad me in diebus Iosia regis: Numquid vidisti qua fecerit auersatrix Israel? abiit sibi met super omnem montem excelsum, & sub omni ligno frondoso, & fornicata est ibi.

7 Et dixi cum fecisset hæc omnia. Ad me reuertere: & non est reuersa. Et vidit prauaricatrix soror eius Iuda,

8 quia pro eo, quod mæchata esset auersatrix Israel, dimissem eam, & dedissem ei libellum repudij: & non timuit prauaricatrix Iuda soror eius, sed abiit, & fornicata est etiam ipsa.

9 Et facilitate fornicationis sue contaminauit terram, & mæchata est cum lapide & ligno.

10 Et in omnibus his non est reuersa ad me prauaricatrix soror eius Iuda in toto corde suo, sed in mendacio, ait Dominus.

11 Et dixit Dominus ad me: Iustificauit animam suam auersatrix Israel, comparatione prauaricatricis Iuda.

12 Vade, & clama sermones istos contra Aquilonem, & dices: Reuertere auersatrix Israel, ait Dominus, & non auertam faciem meam à vobis: quia sanctus ego sum, dicit Dominus, & non irascer in perpetuum.

13 Veruntamen scito iniquitatem tuam, quia in Dominum tuum prauaricata es: & dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso, & vocem meam non audisti, ait Dominus.

14 Conuertimini filij reuertentes, dicit Dominus: quia ego vir vester: & assumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion:

15 Et dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina.

16 Cumque & multiplicati fueritis, & creueritis in terra in diebus illis, ait Dominus: non dicent ultra: Arca testamenti Domini: neque ascendet super cor, neque recordabuntur illius: nec visitabitur, nec fiet ultra.

reticis fuit tibi: renuisti ignominia affici.

4 An non de nunc vocaui mihi, Pater meus: ductor excussurarum mearum tu.

5 An obseruabit æterno? si obseruabit^k victoriæ? ecce loquuta fuisti & fecisti mala, & potuisti.

6 Et dixit IHVH ad me in diebus Iosiah regis: An vidisti^l quod fecit reuersa Israel? ambulans ipsa super omnem montem excelsum, & ad sub omni ligno viridi, & meretricata fuit ibi.

7 Et dixi, Post facere eam omnia ista, ad me reuertetur; & non reuersa fuit: & vidit incuratrix soror eius Iehudah.

8 Et vidi quia super omnes occasiones, quibus^p subagitauit reuersa Israel, dimisi eam, & dedi librum^q excisionum eius ad eam: & non timuit incurans Iehudah soror eius; & ambulauit, & meretricata fuit etiam ipsa.

9 Et fuit de voce^f meretricationis eius, & infecit terram: & subagitata fuit ad lapidem & ad lignum.

10 Et etiam in omnino non reuersa fuit ad me incuratrix soror eius Iehudah in omni corde suo: quia si in falsitate, & Fidelis-sermo IHVH.

11 Et dixit IHVH ad me: iustificauit animam suam reuersa Israel de incurante Iehudah.

12 Ambula, & vocabis verba ista in septentrionem, & dices: Reuertere reuersa Israel, & Fidelis-sermo IHVH: non cadere-faciam facies meas in vobis: quia benignus ego, Fidelis-sermo IHVH; non obseruabo æterno.

13 Veruntamen cognosce prauitatem tuam, quia in IHVH, ELOHIM tuo transgressa fuisti: & dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno viridi & in voce mea non audiuistis, Fidelis-sermo IHVH.

14 Reuertimini, filij reuertentes, Fidelis-sermo IHVH; quia ego positus sum in vobis: & accipiam vos vnum de vrbe, & duos de familia, & venire-faciam vos Tzizonem.

15 Et dabo vobis pastores secundum cor meum: & pascent vos cognitione & intelligentia.

16 Et erit, quia multiplicabimini, & fructificabitis in terra in diebus illis, Fidelis-sermo IHVH; non dicetis adhuc, Arca fœderis IHVH, & non ascendet super cor: & non recordabuntur in ea; & non visitabunt, & non conficietur adhuc.

i datus. in æternum, in seculum, olim
k datus. in victoriam. perpetuo quid, quæ l arbore m virente, frondosa, florida
n fornicata, scortata. sic v. 8.
o causas, rationes
p adulterij. committit
q repudiatorum: vide Deuteronom. 24. 1.
r perfidens

f ut v. 2.
t ut v. 8.

u ON 13
chi in
quinimo, nisi, sed
x ut v. 1.
y pro

z proclama-
bis, promul-
gabis
a ut v. 1. sic
statim

b ut v. 3.
c curuitate,
distortione,
peruersitate
d ut v. 6. sic
e. 2. v. 20.
e acquiescit,
obtemp-
perauistis
f ut v. 1. sic
v. 14. 15. 20.

g quod, quæ
h ut v. 1. sic
in sine ver-
sus, & v. 17.

17 Intempore illo vocabunt Ierusalem Solium Domini: & congregabuntur ad eum omnes Gentes in nomine Domini in Ierusalem, & non ambulabunt post prauitatem cordis sui pessimi.

17 Intempore ipso vocabunt Ierusalem Solium IHVH; & expectabuntur ad eam omnes gentes nomini IHVH Ierusalem: & ambulabunt adhuc post intentionem cordis sui mali.

i datus. et etiam paulo inferius,

18 In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Israel, & venient simul de terra Aquilonis, ad terram quam dedi patribus vestris.

18 In diebus iis ambulabunt domus Iehudah super domum Israelis: & uenerunt k vnite de terra septentrionis, super terram, quam hæreditare feci patres vestros.

x vnâ, simul, pariter

19 Ego autem dixi: Quomodo ponam te in filios, & tribuam tibi terram desiderabilem, hereditatem præclaram exercituum Gentium? Et dixi: Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis.

19 Et ego dixi, quomodo ponam te in filiis? & dedi tibi terram experitionis, hæreditatem nobilitatis, exercitus gentium: & dixi, Pater meus vocabis mihi, & de post me non reuerteris.

l exercitiu

20 Sed quomodo si contempnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israel, dicit Dominus.

20 Profecto incurrit vira de m sodali suo, sic incurristis in me domus Israelis, Fidelis-sermo IHVH.

m amico, socio, familiar

21 Vox in viis audita est, ploratus & ululatus filiorum Israel: quoniam iniquam fecerunt viam suam, oblitii sunt Domini Dei sui.

21 Vox super n prominentias audita, lacrymatio o gratiarum filiorum Israelis: quia deprauare fecerunt vias suas, oblitii fuerunt b IHVH, ELOHIM suum.

n vt v. s.

22 Conuertimini filij reuertentes, & sanabo auersiones vestras. Ecce nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noster.

22 Reuertimini filij reuertentes; sanabo reuersiones vestras. Ecce nos q venimus tibi, quia tu IHVH, ELOHIM noster.

o deprecationu, supplicationu pro gratia. vel deprecationes p accusatiuus q præteritum

23 Verè mendaces erant colles, & multitudo montium verè in Domino Deo nostro salus Israel.

23 Profecto falsitati de collibus multitudine montium: profecto in IHVH ELOHIM nostro Salus Israelis.

24 Confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra, greges eorum, & armenta eorum, filios eorum, & filias eorum.


24 Et pudor comedit laborem patrum nostrorum t de excussuris nostris ouem eorum, & bouem eorum, & filios eorum, & filias earum.

r ab adolescentiis, pueritiis. sic v. 2. s. s pccus, gregem t armentum u peccauimus, deliquimus

25 Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra: quoniam Domino Deo nostro peccauius nos, & patres nostri, ab adolescentia nostra usque ad diem hanc: & non audiuimus vocem Domini Dei nostri.

25 Cubabimus in pudore nostro, & cooperuit nos ignominia nostra; quia IHVH ELOHIM nostro u errauimus nos, & patres nostri de excussuris nostris, & vsque ad diem istam: & non x audiuimus in voce IHVH ELOHIM nostri.

x vt v. 13:



COMMENTARIA.

VERS. I.



VLGO DICITVR, &c.] Alij: Dicunt, vel aiunt. Nempe ex Deuteron. 24. vers. 1. & sequentibus. Quidam totum hunc versum ita ex Hebr. explanant: Dicendo, En dimiserit quis uxorem suam, & illa profecta ab eo, fuerit viri alterius, vel nupsit viro alteri, an reuerteretur ad eum rursus? nonne omnino contaminaretur terra illa? tu vero quamuis scortata sis cum amicis multis, tamen reuerteris ad me, dictum Iehoua. Quæ ita elucidant: Dicendo, Hæc verba à præcedentibus diuelli est iniquissimum: pendent enim ab eo, quod proximè dixit propheta, despicit Iehoua fiducias tuas. & illius dicti causam deinceps explicat. Est autem] ea causa ab oblata Dei

miseriordia hypotheticè, hoc modo: Si post tot scelera iam respisceres, & reuertereris ad me, adhuc mihi accepta esses, hoc versu sed perrexisti in peccatis tuis, sequente versu; neque vllis ferulis ad me reuocari potuisti, vers. 3. vel 4. cap. 2. denique ne nunc quidem respiscis, sed omnibus viribus contendis ad malum, duobus aliis versibus. En dimiseris quis, &c. Argumentum à comparatione legalis exempti. an reuerteretur ad eum rursus? id est, reuertentem eam reciperet? tamen reuertereris ad me. id est, reciperem te.

SI DIMISERIT.] Hebr. En dimittet, vel repudiabit.

ET RECEDENS AB EO.] Hebr. & ambulabit, ibit, de eum eo.

NVM QUID NON POLLVTA ET CONTAMINATA ERIT MVLIER ILLA?] Hebr. verbum חַנַּפּ chanaḥ habet omnia complectitur, 1. an non impiando impiabitur terra? 2. an non polluendo polluetur, contaminando contaminabitur, inficiendo inficietur. id est, omnino, valdè, vehementer polluetur, contaminabitur, inficietur terra? quia scelere hominum etiam ipsa terra inficietur. 3. an non prauaricando prauaricabitur terra? 3. an non hypocrisando hypocrisabit terra? id est, impiam, hypocritam, sceleratam vehementer aget terra ipsa? sumptum id est Deuter. 24. vers. 4. Sic vers. 2. & 9.

VERS. 2.

LEVA OCVLOS TVOS IN DIRECTVM.] Alij: Attolle oculos tuos ad excelsa loca, vel eminentia loca, ad vertices, ad cliuos, ad precipitia: vide de hac, voce in Isaiæ 41. vers. 18. in his enim locis constituebantur idola, & simulacra, aræ, luci, &c.

VBI NON PROSTRATA SIS.] Alij: vbi non fueris vitata, constuprata, subagitata, peruolutata, violata. גַּבְשַׁח gabshal aiunt esse obsecratum verbum, pro quo Hebræi honestius aliud cubandi, aut iacendi, seu dormiendi, substituant, scilicet, honestiores ipsi Sanctissimo propheta, qui ita locutus est: vide Isaiæ 13. vers. 16.

IN VIIS SEDEBAS EXPECTANS EOS.] ex Hebr. iuxta vias sedisti illis. id est, sedens præstolata es amatores, meretricum more: vt Genes. 38. v. 14.

QVASI LATRO IN SOLITVDINE.] tanquam Arabs in deserto. id est prædo, seu latro, ex grassationibus viuens, vt Isaiæ 13. v. 20. Et sunt sanè Arabes latrocinandi insigni arte præclari: de quibus Diodorus Siculus lib. 2. Numero 92. [Ad ortum solis Arabes, qui Nabathæi vocantur. vita iis prædatoria est, & accolæ longe lateque incurfantes latrocinii vocantur.] Strabo lib. 16. pag. 747. [Arabes Scenitæ latrocinii & pascendo pecori dediti homines, & qui facile in alia loca demigrant, vbi præda eos & pascua deficiunt.] Plinius lib. 6. cap. 26. [Attali latrones, Arabum gens.] S. Hieronymus: Hebr. [Harabi, quod potest & Arabas significare: quæ gens latrocinii dedita, & que hodie incurrat terminos Palestina.] Hebræi ita accipiunt, vt Arabes fixis tentoriis iuxta vias, suas merces exponunt, aut à transeuntibus emunt: sic tu meretrix merces tuas exponebas, & à prætereuntibus pretium expectabas.

VERS. 3.

STILLÆ PLVRIARVM.] רֵבִיבִים reuivim, reuiues ac minuti imbres: vide in Deuter. 32. vers. 2. intelligunt imbres pluuie temporaneæ ac præpoperæ, quæ Octobri seu in autumnno decidere solent, quæ Hebraicè dicitur יוֹרֵחַ ioreh Deuter. 11. v. 14.

SEROTINVS IMBER.] מַלְקוֹשׁ malkosch. vide Deuter. 11. vers. 14. Hunc versum alijs ex Hebr. reddunt: Et quamuis cobiberentur imbres, serotinaque pluuia non esset: frons mulieris scortantis fuit tibi, renuisti pudore suffundi. id est, quamuis assiduis & grauissimis, iisque manifestis afflictionibus reuocareris ad respicientiam à via tua mala; summa tamen impudentia obdurasti in scortationibus tuis.

ERGO SALTEM A MODO VOCA ME.] Hebr. est duplex lectio, in textu scribitur, vocauit me. in margine verò, vocasti me. Variè itaque reddunt: 1. Nonne ex hoc tempore vocabis me, Pater mi, &c. id est debebis, seu deberes me vocare, seu inuocare vt patrem. 2. An non vel posthac, id est, tot attrita malis, ad me clamabis, dicendo, Pater meus es tu, &c. 3. An non saltem ab hoc tempore, vocauit me, seu te docui vt me voces, Pater mi, &c. id est, An non nunc demum respiciens, coles me, & adhæresces mihi?

DUX VIRGINITATIS MEÆ TV ES.] חַנּוּכָּה channukah, præceptor, doctor, dux, ductor, rector, vt Psalm. 54. v. 14. pueritiarum, seu adolescentiarum mearum.

VERS. 5.

NVM QUID IRASCKERIS IN PERPETVVM, &c.] Alij hanc partem versus ex Hebr. reddunt: 1. Num retinebit iram in perpetuum? num in finem usque obseruabit scelera? 2. Num perpetuo iniuriarum memor erit? num in finem usque obseruans? 3. An asseruaturus est Deus iram in sæculum? an obseruaturus in æternum? nimirum si resipueris, nonne condonaturus esset: vt Psalm. 102. vers. 9. & infra v. 12.

ECCE LOQVITA ES, &c.] Alij: 1. At tu loquuta es, id est, iactasti te patraturam scelera, & designasti mala, & potuisti, seu præualuisti. 2. Ecce loqueris, & perficis ista mala quantum potes. Demonstratione hac Deus omnem culpam futuri mali in Iudæis esse arguit, & se omni officio erga ipsos perfunctum esse confirmat.

ET POTVISTI.] Hispanicus Interpres: y saliste con ello.

ET DIXIT DOMINVS AD ME IN DIEBV IOSIÆ REGIS, &c.] Hinc quidam initum exordium capitis 3. & haud sanè, vt videtur, ineptè: & vnicam concionem esse obseruant, his quatuor capitibus comprehensam, vsque ad cap. 7. Huius, inquiunt, concionis (qua Deus in vniuersum peccata contumacissima Iudæis exprobrat, suppliciaque denuntiat per Babylonios aduentura) partes sunt quinque: prima est narratio peccati, cuius Iisraëlitæ & Iudæi rei erant coram Deo, vsque ad vers. 6. seu 11. Secunda est, hortatio ad pœnitentiam, & fidem suis argumentis confirmata, inde vsque ad cap. 5. tertia est, confirmatio peccati & suppliciorum, quæ antea fuerant dicta, inde vsque ad vers. 10. cap. 6. quarta est, confuratio eorum, qui negabant ita præcisè desperandum esse de populo, & denuntianda iudicia Dei, vsque ad vers. 27. postrema est, conclusio summam in functione sua, ad finem vsque. Narratio autem, quam primo loco statuimus, per antithesin Iisraëliitarum, Iudæ contumaciam & obstinationem ostendit, quinque versibus: ac propterea Iisraëlitæ Iudæis anteponit, vers. 6. seu 11. & minus iniustos pronuntiat. Itaque reddunt:

DIXIT AVTEM IEHOVA MIHI TEMPORIBVS IOSCHIJÆ REGIS.] id est, iis ipsis temporibus, quibus Iudæi recuperata lege, instaurato Dei cultu, & fœdere redintegrato cum Deo, secum optimè actum hac externa specie iudicabant. Nam etsi ad manda-

tum

tum Ioschijæ Ecclesia instaurata est, tamen dubium est, quin repetito fœdere, perfidia Iudæorum magis fuerit aucta cuiusque, vt vers. 8. & 10. propheta exponit. Quamobrem ab eo ipso tempore, quo fœdus redintegruerat cum Iudæis Dominus, id est, ab anno quarto decimo Ioschijæ, peccatum Iudæorum incipit, Iechez. 4. v. 6.

AVERSATRIX ISRAEL.] מַשְׁכַּחַת מִשְׁכַּחַת, reuersa, auersa, auersatrix, Israël. & Israël est in recto casu, nam MESCHVBAN non est in regimine, & Israël videtur hic fœminee poni, id est, congregatio, synagoga Israël. Non tam recte alij substantiuè, auersio Israël. quod vt diximus, MESCHVBAN non sit constructum. Nisi Israël dicatur ipsa auersio, abstractè, ad maius sententiæ incrementum, ô tu Israël, qui nedum auersus, sed ipsissima auersio es, & defectio à Deo. Sic versu sequente, & 8. & 11. & 12. Quidam exponunt: *Vtdistine quid fecerit auersa Israël? vel rebellis, refractaria Israël?* videlicet, auersa à Deo, cuius fœdus iniuerat, & coniugio spiritali iuncta fuerat, infra vers. 14. allegoria in Scripturis frequens.

ABIIT SIBIMET SVPER OMNEM MONTEM, &c.] Alij: *profecta est illa super omnem montem alium, & sub omnem arborem virentem, ubi scortaris.* id est, illa auersa Israëlitarum natio ex eo iam tempore, quo cœpit corrumpi animus Schelomonis, 1. Reg. 11. v. 4. cœpit scortari & ipsa cum idolis & lucis suis: vt tu Iehuda hactenus scortata es, imitata nempe scortationes illius.

ET FORNICATA EST IBI.] Futurum תִּזְנֶה, plerique Hebræorum & nostrorum volunt esse tertiam personam fœmineam, vt Iod sit positum pro He, תִּזְנֶה, vt & alia eiusdem terminationis reperiuntur. Sed recte quoque posse esse secundam personam fœmineam: & scortata es, vel scortaris, iidem Hebræi ostendunt; vt non omnino absurda sit hinc transitio à tertia persona ad secundam, quæ etiam aliàs in Scriptura satis crebra est. vide Bonauenturam Bertramum, in Thesaurò Pagnini, colum. 591. Sed quidam vt paulò ante dicebamus, enallagen personæ ad diuersum suppositum referunt, tertiam ad Israëllem; secundam, ad Iehudam, quam præsentem propheta alloquitur.

VERS. 7.

AD ME REVERTERE.] Heb. potest reddi: *ad me reuertere.* vel *ad me reuertetur.*

PRÆVARICATRIX.] בַּגְדוּבָא, bagdubâ, exeursatrix, incuratrix, vi & iniuria in alios, vel perfida. Hic & vers. 10. nomen est, sequente verò versu participium, vt v. 11. Aliqui hunc versum ex Heb. transferunt: *Quumque dicerem, postquam fecit omnia hæc, ad me reuertatur; non est reuersa vidente hoc perfida sorore eius Iehudâ.* Nimirum vidente auersionem, scortationemque Israëlitarum, & reuocationem meam.

VERS. 8.

QUIA PRO EO QVOD MOECHATA ESSET AVRSATRIX ISRAEL, DIMISI EAM.] Variè alij ex Heb. 1. *Et vidi etiam quod vidit quod propter omnes causas, quibus fornicata est rebellis Israël, dimisi eam.* 2. *Et vidi etiam quod non egerit penitentiam, vidi Maluenda, In libr. Ierem.*

inquam, quod propter omnes, &c. 3. *Iungunt superioribus: Hoc vidit prævaricatrix soror eius Iehudâ, videlicet quod ego viderem, quodque ob omnes illas causas quod adulteria commisset auersio illa Israël, dimissem eam, &c.* 4. *Itaque vidi, seu visum est mihi; vt Deuteroti. 12. v. 13. Omnibus de causis, quibus adulterata est auersa Iisrael, dimittere eam, & dare ei libellum repudiij, &c.* id est, abdicere à me & prorsus abdicare, exterisque tradere: vt factum legimus 2. Regum. 17. & 18.

ET FACILITATE FORNICATIONIS, &c.] VERS. 9. Hunc versum alij ex Heb. reddunt: 1. *Facilemque est, vt ob lubricitatem scortationis eius, terra pollueretur, vel terram polluerit: adulterium enim commisit cum lapide & igno.* 2. *Fuitque præfamosa scortatione sua, vt contaminaret terram; nam adulterabatur cum lapide & cum ligno.* id est, cū idolis lapideis & ligneis metonymia, Adulterio terra contaminari dicitur Deuteronom. 24. vers. 4. מִקְהָל mikkol, nonnulli exponunt: *lubricitatem, leuitatem, vel præleuitate, seu lauore, hoc est, facilitate, vt Noster doctè exposuit scortationis eius, & polluta est terra, vel: à leuitate, vilitate, scortationis eius.* Vtrumque à לָקַי Alij; à voce, sequitur, id est, fama, rumore, scortationis eius, Nempe לָקַי & hoc est receptius: vide Theaurum Pagnini, colum. 2484. Possis reddere: *à leuitate, seu velocitate, fornicationis sue.* id est, qua omnia loca mira celeritate impleuit adulteriis.

ET IN HIS OMNIBVS NON EST CONVERSA AD ME, &c.] Hunc versum Alij ex Heb. reddunt: *Nec tamen, toto hoc reuersa est ad me perfida soror illius Iehudâ ex toto animo suo, sed falso, seu, simulate. dictum Iehudâ.* id est, tota hæc fœderis & cultus Dei redintegratio per Ioschiam effecta, mera fuit hypocrisis in Iudæorum populo tametsi animus regis integer cum Deo fuerit: *toto hoc, exemplo videlicet auersionis Iisraelitarum, & severissimi supplicij, quod de auersa Iisraele sumpsit Deus.*

VERS. 10.

IUSTIFICAVIT ANIMAM SVAM AVERSATRIX ISRAEL, &c.] Alij: *Iustificat se ipsam auersa Iisrael, magis quam perfida Iehudâ.* Hoc est, iustior est, aut potius minus iniusta, vt dictum, secundum quid.

VERS. 11.

VADE, ET CLAMA SERMONES ISTOS CONTRA AQUILONEM.] Alij: *Sibi, vt proclames verba hæc versus Aquilonem.* Secunda pars concionis, vt dictum est in vers. 6. Iudæos Iisraelitas hortatur ad seriam penitentiam, & fidem, hoc & sequente versu; duobus argumentis; primum à fœdere & promissionibus restituendæ & ampliandæ Ecclesiæ, vsque ad vers. 19. quibus subnectitur suæ penitentia forma, vsque ad v. 5. cap. 4. deinde à prophetica venturorum malorum denuntiatione, nisi respiscant, vsque ad cap. 5. *Versus aquilonem.* quasi dicat, hoc signo demonstra te non tantum Iudæos reuocari, sed etiam Iisraelitas, qui in Mediam & Assyriam fuerant deportati versus Aquilonem. Alij: *contra Aquilonem.* id est, contra Israellem, qui respectu Iehudæ erat aquilonaris. Id quidem de situ terræ verum est: sed iam

VERS. 12.

hoc tempore abductus fuerat Israel in Mediam & Assyriam.

ET NON AVERTAM FACIEM MEAM A VOBIS.] Alij: 1. non conisciam vultus meos contra vos. 2. non faciam ut irruat facies mea irata in vos.

QUIA SANCTVS EGO SVM.] חסיד חסיד, pius, gratiofus, benignus, beneficus, misericors.

ET NON IRASCAR IN PERPETVVM.] Alij: non asseruo, vel reseruo iram in saculum. Vt supra vers. 5.

VERS. 13. VERVM TAMEN SCITO INIQUITATEM TVAM, &c.] Alij: Tantummodò agnosce iniquitatem tuam, te à Iehoua Deo tuo defecisse.

ET DISPERSISTI VIAS TVAS ALIENIS SVB OMNI LIGNO FRONDOSO.] Alij: nam spartim iniuisti vias tuas ad externos sub omni arbore vivente, id est, non vni tantum idolo adiunxisti te, sed omnes vias & semitas peruestigasti, vt cum singulis adulterari posses. Alij: huc illuc sparsim discurristi vt quæreres & coleres varia idola. Nec penitus absurdè acciperis: & sparsisti sordes tuas menstruas diis alienis sub omni ligno vivente. id est, spurcicias adulte riorum tuorum: sic enim nomen Via accipi interdum solet, vt Genes. 18. v. 11. & Genes. 31. v. 35: vide supra cap. 2. v. 24.

CONVERTIMINI FILII REVERTENTES, &c.] Alij: Reuertimini filij auersantes, &c. Prius argumentum hortationis à fœdere coniugali, & promissionibus Dei, vt diximus in vers. 12.

REVERTENTES.] Heb. reuersi, auersi, vagi, praefracti, refractarij, rebelles, seducti, abducti. hoc est, deficientes à vero Deo, & adiuncti idolis: vt Isaiæ 57. vers. 17. sic infra vers. 22.

QUIA EGO VIR VESTER.] Verbum בעלתי baghalthi hæc omnia continet: quia ego potius sum in vobis, dominatus sum, potestatem, possessionem habui, patronus fui in vobis. Quidam reddunt: & ego conuubium vobiscum conciliabo. Alij: Nam ego coniugio iunctus sum vobis. Nam id verbum sapius dicitur de coniugio.

ET ASSVMAM VOS, VNVM DE CIVITATE, ET DVOS DE COGNATIONE, &c.] Alij: & recipiam vos, vnum ex ciuitate, & binos ex familia, vt adducam vos Tzizonem, id est, residuum vestri, seu reliquias conseruabo secundum electionem gratiæ, & intromittam in Ecclesiam meam, cum ex Iudæis & Iisraelitis, tribus versibus; tum ex gentibus omnibus ad Ecclesiam agglutinatis per fidem & pœnitentiam, cum Iudæorum reliquiis, vers. 17. & 18. Quidam, vnum de ciuitate, & duos de cognatione, exponunt, paucos, ac si dicat, paucas reliquias ex vobis seligam, & conseruabo, vt Isai. 10. v. 21. Aliqui: si vel vnus tantum relictus fuerit ex vobis in vrbe, vel duo in familia vna, eos colligam.

VERS. 15. ET DABO VOBIS PASTORES, &c.] Alij hunc versum reddunt: Vbi daturus sum vobis pastores ex sententia animi mei, qui pascent vos scientia & intelligentia, vt copiosius promittitur infra Cap. 23. & Ezechiel. 34.

CVM QVE MVLTIPlicATI FVERITIS, &c.]

Hunc versum alij ex Heb. exponunt: Eritque quum augetis, & fecificabitis in hac terra temporibus illis, Dictum Iehoua, vt non dicant amplius, Arca fœderis Iehoua, neque veniat in animum: neque recordabuntur eius, neque recensebunt, nedum vt fiat seu vt magnificetur amplius. vt Deuteronom. 32. v. 6. id est, vt non amplius gloriètur de externis symbolis, aut nitantur cæremoniis, sed veri adoratores adorent Deum spiritu, & veritate, quales Pater quærit, qui ipsum adorent, Ioann. 4. v. 23. Est autem in his verbis gradatio elegans: non gloriabuntur, nec recordabuntur quidem: quorum verborum exegesis sequente membro continetur.

NEQVE VISITABVNT.] Exponunt, neque recensebunt eam, aut memores eius erunt, vel non inuisent, adibunt, ad consulendum Deum.

NBC FIET VLTRA.] alia noua arca; vel non ornabitur, aut magnificabitur, vt sumi volunt verbum faciendi, Deuteronom. 32. v. 6. vel non obseruabitur; aut celebrabitur & coletur, seu in veneratione erit: vt accipitur Deuteronom. 5. v. 15. Quidam explicant, nec fiet ultra tale quicquam.

IN IULO TEMPORE VOCABVNT IERVSALEM, &c.] Alij hunc versum ex Heb. conuertunt: Tempore illo vocabunt urbem Ierusalaimorum, urbem solij Iehoua, id est, Ecclesiam, quam tum figurabant Ieruschalaima: & retà confluent eò omnes gentes ad nomen Iehoua, Ieruschalaima: neque ibunt amplius post aspectum cordis sui, seu neque sequentur amplius sententiam animi sui mali.

ET CONGREGABVNTVR AD EAM.] idem verbum קָוֶה kavah, quod Genes. 1. v. 9. & hic tantum reperitur in formula Niphali: vide Com. in eum locum.

ET NON AMVLAVNT POST PRAVITATEM CORDIS SVI PESSIMI.] Heb. & non ambulabunt amplius post intentionem cordis sui mali, de voce שְׁחֵרִיטֻחַ scheriruth, & de hac loquutione vide in Deuteronom. 19. v. 19. & Psalm. 80. v. 13. Quidam reddunt: neque sequentur ultra libidinem cordis sui malam. Quod non satis congruit, nã Heb. libidinem est fœmineum, malum vero, masculine, potius dicendū: cordis sui mali sic infra Cap. 7. v. 24.

AD DOMVM ISRAELIS.] Heb. super alij cum domo Iisraëlis.

ET VENIENT SIMVL DE TERRA AQVILONIS, &c.] Alij: venient pariter è terra aquilonis, &c. id est, è loco suæ captiuitatis, qua figurata est spiritualis illa captiuitas, vnde eripiuntur filij Dei per Christum & vindicantur in libertatem suam, atque in Ecclesia collocantur, quam terra promissa adumbrat, vide supra vers. 12.

EGO AVTEM DIXI QVOMODO PONAM TE IN FILIOS, &c.] Alij: Nam ego indicens quomodo repositurus essem te inter filios, & daturus tibi terram desiderij, seu desideratam, possessionem decoris, seu decoram, exercituum gentium, dico, Pater mi, &c. Etiologia superiorum promissionum erga respicientes, à decreto Dei gratiofo, & immutabili erga filios suos: quorum pœnitentia informatur primùm

VERS. 16.

VERS. 17.

VERS. 18.

VERS. 19.

primùm sanctis precibus ad Deum, toto hoc capite, deinde emendatione vitæ, quatuor primis versibus sequentis capitis: quæ duo prolepticè hoc versu proponuntur.

TERRAM DESIDERABILEM.] Heb. *terrâ in expetitionis, desiderij appetitus, appetitionis*, id est, terram valde expetitam, & desideratam.

HEREDITATEM PRÆCLARAM.] Heb. *hereditatem, seu possessionem* וְצִבְיָהּ de qua voce vide in 2. Samuel. 1. v. 19. omnia ista rectè complectitur, *nobilitatis decoris, ornatus, elegantiæ, gloria, placiditatis, incunditatis, voluptatis, oblectationis*, id est, terram nobilissimam, ornatissimam, elegantissimam, &c.

ET DIXI, PATREM VOCABIS ME, ET POST ME, INGRËDI NON CESSABIS.] Alij: *Dico*, id est, non aliam viam promissionum consequendarum expono, quam orationem fidei, & pœnitentiam: *Pater mi, invocato me, & à me sequendo ne aueritas te*, quasi, dicat, & si indigna es, quæ voceris filia, tamen freta veritate & constantia mea, agnoscito me tibi patrem in æternum esse.

VERS. 20.

SED QVOMODO SI CONTEMNAT, &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt: 1. *Veruntamen, quemadmodum fidem frangit femina amatori suo, sic fidem fregistis mihi, ô domus Israelis, dicit Iehoua.* 2. *Vtique perfide desciuit uxor ab amico suo*, id est, domus Israelis à Deo; vt sequentia explicant: *vtique perfide egistis in me domus Israelis: Dicitum Iehoua.* Exornatio prioris membri prolepsios de qua versu præcedente, vt Israel euctus perfidiæ suæ hoc versu, inclamet Deum reuocantem se, versibus sequentibus.

VERS. 21.

VOX IN VIIS AVDITA EST, &c.] Alij ex Heb. hunc versum transferunt: 1. *Vox in verticibus audita est, & fletus deprecationum filiorum Israelis; quod deprauauerint vias suas, & obliuisci sunt Iehoua Dei sui.* 2. *Vox in locis eminentibus audiatur, fletus, deprecationes Israelitarum; quia peruerterunt viam suam, obliuisci sunt Iehoua Dei sui dicentis*, id est, palam vox illa audiatur confessionis, & pœnitentiæ vestræ, quæ exponitur à secunda parte versus sequentis, vsque ad finem capitis.

VERS. 22.

CONVERTIMINI FILII REVERTENTES, &c.] Hunc versum alij reddunt: *Reuertimini filij auersantes, curabo auersiones vestras:*

vox, inquam, audiatur: Ecce nos accedimus te, quia tu es Iehoua Deus noster, Huius confessionis & orationis, qua Israelitæ sistant se Domino, partes sunt duæ: vna, qua ad Deum conuertuntur, his primis vocibus; altera, qua causas enarrant, quibus se committunt Deo. Sunt autem illæ primum à natura Dei; & fœdere gratioso eiusdem, hoc versu: deinde ab effectis eius, quæ per antithesin idololatriæ amplificântur, duobus sequentibus. postremo ab impotentia piorum, qui se in peccatis iacere & sepultos esse agnoscunt, ac proinde se minimè posse erigere sentiunt, nisi Deus ipsorum miseratur.

VERS. 23.

VERB MENDACES ERANT COLLES, &c.] Alij hunc versum ex Heb. exponunt: *Vtique falso à collibus multitudine montium expectatur: vtique in Iehoua Deo nostro est salus Israelis*, id est, frustra & inaniter expectatur salus ab idolis; quæ in montibus & collibus multis colebantur: metonymia: cum à solo Iehoua expectanda sit.

VERS. 24.

CONFUSIO COMEDIT LABOREM PATRVM NOSTRORVM, VEL CONFUSIO IPSA.] id est, idololatria, quæ à fine sic dicitur, nam à sua spe homines fallit, & pudore cõplet. Alij: *Nam pudor vel pudendum*; id est, idolum, vt infra cap. 11. v. 13. & Hoseæ. 9. v. 10. *consumpsit laborem patrum nostrorum, à pueritia*, id est, nunquam desistit nobis obesse, atque rebus nostris, quasi dicat, causa omnium malorum, quæ nobis euenerunt, idololatria fuit.

VERS. 25.


DORMIEMVS IN CONFUSIONE NOSTRA, &c.] Alij ex Heb. hunc versum efferunt: 1. *Nos iacemus in impudètia nostra & ignominia nostra operit nos*: metaphora à lecto, in quo se collocant homines, & stragula veste se cooperiunt, q. d. magno pudore & dedecore affecti sumus: *quia Iehoua Deo nostro peccauimus nos & patre nostri à pueritia nostra in hunc usque diem, nec voci Iehoua Dei nostri obediuimus.* 2. *Iacemus in pudore nostro, & operit nos ignominia nostra, quia Iehoua Deo nostro peccauimus nos & patres nostri à pueritia nostra usque in hodiernum diem: neque auscultauimus voci Iehoua Dei nostri*, quasi dicat. Iacemus in peccatis nostris & illis obruimur, nec ex eis surgere possumus nisi ope & gratia Dei. Forsterus exponit: *Nos iacemus in pudorem nostri, & operiet nos ignominia nostra, &c.*

CAPVT IV.

Promittit Dominus veniam si se verè conuertant & corde circumcidant, comminando graua mala si in malis persistant: quapropter luget propheta videns terram deuastandam, & in solitudinem redigendam: ita tamen vt non fiat consummatio.

Vulg.

Malu.

1  I reuertèris Israel, ait Dominus, ad me conuertere: si abstuleris offendicula tua à facie mea, non commoueberis.

2 Et iurabis: viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iustitia: & benedicent eum Gentes, ipsùmque laudabunt.

Osec. 10.
d. 12.

3 Hac enim dicit Dominus viro Iuda & Ierusalem: Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas:

4 circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum viri Iuda, & habitatores Ierusalem: ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat propter malitiam cogitationum vestrarum.

5 Annuntiate in Iuda, & in Ierusalem auditum facite: loquimini, & canite tuba in terra: clamate fortiter, & dicite: Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas,

Sup. r. c. 14.


6 leuate signum in Sion. Confortamini, nolite stare, quia malum ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam.

7 Ascendit leo de cubili suo, & prado Gentium se leuauit: egressus est de loco suo, vt ponat terram tuam in solitudinem: ciuitates tue vastabuntur, remanentes absque habitatore.

8 Super hoc accingite vos ciliciis, plangite & ululate: quia non est auersa ira furoris Domini à nobis.

9 Et erit in die illa, dicit Dominus: Peribit cor regis, & cor principum: & obstupescunt sacerdotes, & propheta consternabuntur.

10 Et dixi: Heu, heu, heu Domine Deus, ergone decepisti populum istum & Ierusalem, dicens: Pax erit vobis. & ecce peruenit gladius vsque ad animam?

1  I reuerteris Israel, a Fidelis-sermo IHVH, ad me reuerteris: & si discedere feceris abominaciones tuas de fa-

ciibus meis & non diuagabis.

2 Et iuramento-obstrictus eris, viuens IHVH in fide in iudicio & in iustitia: & benedicere-fese-facient in eo gentes, & in eo extollere-fese-facient.

3 Quia sic dixit IHVH viro Iehudah, & Ierusalaim: Nouellate vobis nouale, & non seminabitis ad spinas.

4 Circumcidere facite IHVH, & discedere-facite præputia cordis vestri vir Iehudah, & habitantes Ierusalaim: ne quando exhibit sicut ignis ardor meus, & exardebit, & non extingvens; de faciebus mali Iudiciorum vestrorum.

5 Annuntiate in Iehudah & in Ierusalaim audire-facite; & dicite, & infigite tubam in terra: vocate, implete, & dicite, colligimini, & venimus ad vrbes munitiois.

6 Leuate vexillum in Tzizonem obfirmate, non stabitis: quia malum ego venire-faciens de septentrione, & contrafractionem grandem.

7 Ascendit leo de perplexo suo, & funditus-perdens gentes mouit, exiuit de loco suo: ad ponere terram tuam afflatui; vrbes tuæ auolabunt de non habitante.

8 Super istud accingite faccos, plangitum-celebrate, & eiulate: quia non reuersus fuit ardor nasi IHVH de à nobis.

9 Et erit in die ipsa, Fidelis-sermo IHVH, auferetur cor regis, & cor principum; & afflabuntur sacerdotes, & propheta obstupescunt.

10 Et dixi, Ahah, Adona IHVH, profectò seducere seduxisti populo isti, & Ierusalaim, ad dicere; Pax erit vobis; & tetigit gladius vsque ad animam.

a vide in
Genes. 22. 16

b res abominandas, execrandas, detestabiles

c datiuus

d datiuus

e æstus ira, ardēs, æstuanans ira, excaedescencia
f imprimite,
g buccinam, Hispanice,
clarin
h vt veniamus

i afflatiois, afflandæ, stupendæ-desolatiois
x tuas inuolabunt, irruent

l vt v. r. m
m tolleretur, disperibit
n stupendæ-desolabuntur
o imponedo
imposuisti, illudendo
illuisti. vt
Genes. 3. 13.
p datiuus

11 In tempore illo dicetur populo huic & Ierusalem: Ventus urens in vis, quae sunt in deserto via filiae populi mei, non ad ventilandum & ad purgandum.

12 Spiritus plenus ex his veniet mihi & nunc ego loquar iudicia mea cum eis.

13 Ecce quasi nubes ascendet, & quasi tempestas curvus eius: velociores aquilis equi illius: va nobis quoniam vastati sumus.

14 Leua à militia cor tuum Ierusalem; ut salua fias: vsquequò morabuntur in te cogitationes noxiae?

15 Vox enim annuntiantis à Dan, & notum facientis idolum de monte Ephraim.

16 Dicite gentibus: Ecce auditum est in Ierusalem custodes venire de terra longinqua, & dare super ciuitates Iuda vocem suam.

17 Quasi custodes agrorum facti sunt super eam in gyro: quia me ad iracundiam prouocauit, dicit Dominus.

Sap. 1. a. 3.
b. 5.

18 Via tua & cogitationes tuae fecerunt haec tibi: ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum:

19 Ventrem meum, ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me: non tacebo, quoniam vocem buccinae audiuit anima mea, clamorem praelij.

20 Contritio super contritionem vocata est, & vastata est omnis terra: repente vastata sunt tabernacula mea, subito pelles mea.

21 Vsquequò videbo fugientem, audiam vocem buccinae?

22 Quia stultus populus meus me non cognouit: filij insipientes sunt, & vecordes: sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nescierunt.

23 Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihil: & caelos, & non erat lux in eis.

24 Vidi montes, & ecce vacua erat, & omnes colles conturbati sunt.

25 Intuitus sum, & non erat homo, & omne volatile caeli recessit.

26 Aspexi, & ecce Carmelus desertus: & omnes vrbes eius destructae sunt à fa-

11 In tempore ipso dicetur populo isti, & Ierusalaim; spiritus limpidus prominentiarum in deserto via filiae populi mei: non ad spargere, & non ad expurgare.

12 Spiritus implens de istis veniet mihi: nunc etiam ego loquar iudicia ad eos.

13 Ecce sicut ^q nubes ascendet, & sicut turbo^r curvus eius: leui- facti- fuerunt ^f de aquilis equi eius, oi nobis quia deuastati- fuimus.

^q pluri- lo
^r quadrigae,
vehicula
^f pra

14 Laua de malitia cor tuum Ierusalaim, ^t correspondentia saluaberis: vsque- ad quando pernoctabis in intimo tuo ⁿ excogitationes concupiscentiae tuae?

^t datus ad
correspon-
dentiam
ⁿ vniuersa
que exco-
gitationum

15 Quia vox annuntians de Dan, & audire faciens concupiscentiam de monte Ephraimi.

16 Recordare facite gentibus, ecce audire- facite gentibus, ecce audire- facite super Ierusalaim; ^x asseruantes venientes de terra longinquitatis; & dederunt super vrbes Iehudah vocem suam.

^x obserua-
tores veni-
t

17 Sicut obseruantes ^y agri fuerunt super eam de circuitu: quia ad me mutauit, ^z Fidelis sermo IHVH.

^y genitum
singularis
^z vt v. 1.

18 Via tua & ludicra tua fecerunt ista tibi: ^a ista malitia tua, quia ^b amarus, quia tetigit vsque ad cor tuum.

^a istud ma-
lum tuum
^b amarum,
amaritudo

19 Viscera mea, viscera mea aegrotare- faciam, parietes cordis mei, sonans mihi cor meum, non ^c silere- faciam: quia vocem ^d tubae audiisti anima mea, taratantara caesionis.

^c tacebo,
cessabo
^d vt v. 5. ^f v. 21.

20 Confractio super confectionem vocata fuit, quia deuastata- fuit omnis terra: subito deuastata- fuerunt tentoria mea; ^e rigore ^f alae meae.

^e memento
^f cortinae,
aulea

21 Vsque ad quando videbo vexillum, audiam vocem tubae?

22 Quia ^g ardilio populis meus, ad me non cognouerunt, filij stulti ij, & non intelligentes ij: Sapientes ij ad malefacere, & ad benefacere non cognouerunt.

^g vide Job,
5. 2.

23 Vidi terram, & ecce ^h inordinatio & vacuitas: & ad caelos, & non lux eorum.

^h vide Ge-
nes. 1. 2.

24 Vidi montes, & ecce commouentes, & omnes colles leuificare- sese- fecerunt.

25 Vidi, & ecce non homo: & omne volatile caelorum diuagati- fuerunt;

26 Vidi, & ecce Carmelus, desertum: & omnes vrbes eius ⁱ demolitae- fue-

ⁱ passim,
diruta

cie Domini, & à facie ira furoris eius.

27 Hæc enim dicit Dominus: Desertæ erit omnis terra, sed tamen consummationem non faciam.

28 Lugebit terra, & marebunt celi desuper: eo quod locutus sum, cogitavi, & non pœnituit me, nec auersus sum ab eo.

29 A voce equitis, & mittentis sagittam, fugit omnis ciuitas: ingressi sunt ardua, & ascenderunt rupes: vniversæ vrbes derelictæ sunt, & non habitant in eis homo.

30 Tu autem vastata quid facies, cum vestieris te coccino, cum ornata fueris monili aureo, & pinxeris stibio oculos tuos, frustra componeris; contempserunt te amatores tui, animam quærent.

31 Vocem enim quasi parturietis audisti, angustias ut puerperæ: Vox filie Sion intermorientis, expandentisque manus suas: va mihi, quia defecit anima mea propter interfectos.

fuerunt, de faciebus IHVH, de faciebus ardoris nasi eius.

27 Quia sic dixit IHVH, ^k Afflatus erit omnis terra: & consummationem non faciam.

k afflatio, afflata, stupenda: solatio

28 Super istud lugebit terra, & obscurabuntur cæli desuper quia loquutus fui, cogitavi, & non pœnitui, & non reuertar de ab ea.

29 De voce equitis & eleuantis arcum, fugiens omnis vrbs; venerunt in densitatibus, & in petris ascenderunt: omnis vrbs derelicta, & non habitans in eis vir.


leo

30 Et tu deuastasti quid facies, quia vesties ^m coccineum - secundarium, quia ornabis te ornatu auri, quia discindes in furo oculos tuos; ⁿ præcipitantiæ pulchrescere tete-facies: ^o fastidiuerunt in te ^p adamantes, animam tuam quærent.

m vide Genes. 38. 28. Exod. 25. 4. n temeritati o fastidium habebunt p amaliij

31 Quia vocem sicut ægrotantis audiui, eoangustationem sicut primogenitare-facientis; vocem filie Tziionis efflare sese-faciet, expandet ^r volas suas: oi euge mihi, quia defatigatafuit anima mea ^s interficientibus.

q qua efflare, &c r curuitates, palmas, manus f darius, interfecto-ribus



COMMENTARIA.

VERS. 1.



IREVERTERIS ISRAEL, &c.]

Notat iam hic esse alteram partem respicientiæ seu veræ pœnitentiæ, de emendatione vitæ, ut diximus supra Cap. 3. v. 19.

Est autem, inquiunt, hæc concessio vehementissima ad flectendos animos, pro eo, quod est, si vnquam debes, ut vulgus loquitur, te conuertere, aut, si vnquam futurum est ut conuertaris, quæso iam conuertaris ad me. Itaque versum ita ex Heb. reddunt.

1. Si reuersurus es, Israel, dictum Iehouæ, ad me reuertere: & si amonebis abominationes tuas à facie mea, ne ergo vageris. id est, vias quamplurimas sparsim ne incas, ut dixit supra cap. 3. vers. 13. sed in me vno acquiescas, ut docent verba sequentia. 2. Si reuertere voles, o Israel, dicit Iehoua, ad me reuertere. vel ad me quiesces, siue tranquille-ages apud me, pace animi & corporis frueris: & si amoueris abominationes tuas à conspectu meo, non demigrabis. aliud. vel non eris extorris. Alij reddunt: & non amoneberis, non agitaberis.

VERS. 2.

ET IURABIS, VIVIT DOMINVS, &c.] Quidam hunc versum ita reddunt: Et iurabis, Vivit Iehoua, siue per viuentem Iehouam, quasi dicas, non inuocabis alium deum in re seria confirmanda, in veritate. vel pro veritate, id est, ad veritatem confirmandam; in iudicio & Iustitia, id est, pro re seria & necessaria, &

causa iusta: & benedicent se gentes in eo. quasi dicat, gentes optabunt se & suos esse tibi similes, cum volent aliquem laudare, quod sic iustus & felix, dicent illum similem esse Israelitis: atque in eo sese iactabunt, vel laudabunt. Alij: Quin iures, vivit Iehoua, in veritate, in iure, & in iustitia, seu verè, ritè, & iuste: contra quam facis, ut demonstratur Cap. 5. ut benedicant sibi in ipso omnes gentes, & in ipso laudent sese. ex promissione Genes. 12. v. 3. 18. v. 12. illud, in ipso, vel in Israele, ut sit mutatio personæ, pro in te: vel in ipso Deo. Quidam exponunt: Et iurabis per viuentem Iehouam. id est, non coles alium Deum præter Iehouam: nam sæpe iuramentum ponitur pro diuino cultu synecdochicè, quia pars est cultus Dei, Psalm. 62. v. 12. & lege veritum erat iurare per falsos deos Exod. 23. v. 13.

IN VERITATE, ET IN IUDICIO, ET IN IUSTIA.] Rectè & piè theologo hostres comites legitimi Iuramenti exponunt, de quibus, vide S. Thomam 2. 2. Quæst. 89. Art. 3.

HÆC ENIM DICIT DOMINVS VIRO IVDÆ ET IERUSALEM.] Alij: Nam sic ait Iehoua viris Iehuda, & Ieruschalaiminis, &c. ætiologia præcedentis hortationis ad respicientiam & emendationem vitæ, (quæ primum allegoria, hoc versu deinde typo, circumcissionis, sequente versu) propter mala grauissima impendètia eis diuinitus, qui abauerint respicere.

VERS. 3.

piscere : ita comparatur transitus ad secundum hortationis argumentum. Comparatur enim Iudæorum populus cum agro iam diu inculto, & spinis horrente : pœnitentia verò cum nouatione, & renuntiatione spinarum: vt Hoseæ 10. v. 12.

NOVATE VOBIS NOVALE.] Alij ex Hebr. *Arate vobis arationem, vel aruum, vel sulcate vobis sulcum.* Auenarius magnus aucupator similitudinis vocum verbum ניר *nir*, mutato N, in L, *lirare* vertit: *Lirate vobis liram.* M. Varro lib. 1. de Re rusticâ, Cap. 29. (*Terram cum primum arant, proscindere appellant: quum iterum, offringere dicunt: quòd prima aratione gleba grandes solent excitari; quum iterum, offringere vocant.* Tertio quum arant iacto semine bones *lirare* dicuntur: id est, cum tabellis additis ad vomerem, simul & satum frumentum operiunt in porcis, & sulcant fossas, quo pluvia aqua delabatur.] Vide Plinium lib. 18. cap. 20.

VERS. 4.

CIRCUMCIDIMINI DOMINO.] Verbum ex Hiphil significatum auget: *Circumcidere facite, circumcidite, succidite vos, Iehoua, & auferite præputia cordis vestri.* vt Deuteronom. 10. v. 16.

COGITATIONVM VESTRARVM.] מגללים *maghalalim*, variè reddunt, *actionum, studiorum, conatum, operum, ludicrorum, illusionum, ludificationum, vestrorum.* Vidè in 1. Samuel. 25. v. 3. Sic infra v. 18.

VERS. 5.

ANNUNTIATE IN IYDA, &c.] Alij hunc versum ita reddunt ac exponunt: *Indicate in Iehudab & in Ieruschalaimis pronuntiate, ac dicite, clangite, tuba in terra: conuocate inquam, implete, seu cegite multitudinem, & dicite, Congregamini & ingrediamur in ciuitates munitiois; seu munita.* Secundum hortationis argumentum, vt diximus Cap. 3. v. 12. à prophetalorum denuntiatione, quæ obfirmatis erant euentura: quo in argumento continentur tria, primum denuntiatio vsque ad vers. 14. deinde hortatio hypothetica, si volent Iudæi prænuntiata mala declinare, inde ad v. 19. postremò pathetica exornatio per hypotiposin, vsque ad cap. 5. sunt autem hoc loco Dei verba denuntiantis trepidationem Iudæis ab hostis violentia, tribus versibus; stuporem, vers. 9. & 10. & hostium violentiam vers. 11. & duobus sequentibus & dicite, *Congregamini, &c.* verba Iudæorum inter se, in munita loca metu hostis se recipientium.

VERS. 6.

LEVATE VEXILLVM IN SION.] Alij: *Attollite vexillum Tzizionem versus.* id est, clamate arma, synecdochicè: vel more militiae, erigite vexillum in fastigio arcis Tzizonis, vt omnes intelligant proclamari bellum. Virgilius initio 8. Æneidos:

*Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu.*
vbi vide Seruium:

CONFORTAMINI, NOLITE STARE.] Alij: 1. *firmate, ne consistite.* 2. *intendite nervos, ne stetis.* 3. *firtificate, corroborate præsidia, vrbes, arces, muros, munitioes, ne stetis.* id est, ne moremini, aut tardetis. quasi dicat, citò, celeriter confortate. Alij: *ne stetis* stupore defixi, vt solent; qui animo consternantur. Nonnulli imperatium נצו *dicendo,*

haghizu. non à נצו *ghazaz, confirmare, sed à נצו ghuz, vel נצו ghiz, deducunt: congregate vos, recipite vos, confugite in urbem.* vt etiam Iſaia 10. vers. 31. Sic infra cap. 6. v. 1.

A B A Q V I L O N E.] vt supra Cap. 1. vers. 14.

ASCENDIT, PRÆTERITUM, LEO DE CVBILI SVO.] variè alij ex Hebr. 1. *Ascendit leo de mbraculo suo* 2. *de latibulo suo.* 3. *de septo suo.* 4. *Ascendit leo,* id est, Chaldeus, seu Babilonius potentissimus & ferocissimus, vt Iſaia 5. vers. 29. *de perplexo, seu intricato vepreto suo.* id est, è denso latibulo perripit; etiam iam minimè cernitur, vtur præterito propter prophetiæ certitudinem, & quia in proximo erat à Chaldeis excidium.

VERS. 7.

ET PRÆDO GENTIVM.] מושחח *maschchihb, perduor, corruptor, vastator, interfector gentium,* vt supra cap. 2. v. 30.

VASTABVNTVR.] verbum נצח *nazah* diuersimodè exponunt, *desolabuntur, destruentur.* Forsterus: *exardescunt, exurentur.* Marinus, Auenarius: *auolabunt.* id est, ciues urbium tuarum diffugient, vel auferentur. Possis reddere: *inuolabuntur, irruentur, obruentur.* quamquam verbum sit ex Kal.

SVPER HOC ACCINGITE VOS CILICIIS, &c.] Alij: *Propterea accingite cilicia, &c.* Breuis repetitio hortationis ad pœnitentiam, & tempestiuum luctum, (quem ciliciis Scriptura depingit, synecdochicè,) propter iram Dei, & stuporem omnibus ob venturum ab hostium violentia.

VERS. 8.

A NOBIS.] Hebr. potest reddi: *ab eo.* scilicet Deo. vel populo. vt sit relatiuum sine antecedente.

ET ERIT IN DIE ILLA, &c.] Alij hunc versum reddunt: *Erit enim die illo, dictum Iehoua, vt pereat animus regis, & animus principum: obstupefiantque sacerdotes, & propheta mirentur.* Quemadmodum fuisse gestum Sacra historia narrat 2. Regum, & 2. Paralipom. vltimis capitibus, & copiosè infra cap. 39. & 52. Sunt autem huius stuporis duo genera: vnus est infidelium proprius, vt stupeant attoniti & confundantur iudiciis Dei, hoc versu? alter fidelium, vt in tanta rerum conturbatione de nulla re sint tantopere solliciti; quàm de gloria & veritate Dei, quæ ab improbis ita oppugnari solet, ac si Deus ipse Ecclesiam suam fefellisset: atque hoc, suo ipsius exemplo demonstrat propheta, versu sequente.

VERS. 9.

ET DIXI, HEV, HEV, HEV, &c.] Heb. tantum est vna dictio; *Abah.* vt cap. 1. vers. 6. Quidam hunc versum ita reddunt: *Et dixi, Abah Domine Iehoua, verè decipiendo decepisti populum istum; & Ierusalaim, dicendo, Pax erit vobis; & pertingit gladius vsque ad animam.* Quasi dicat, ex quo tu differis iram tuam, pseudopphetis seducentibus illos, atque imponentibus eis, ac promittentibus illis omnia sua salua & integra fore, profectò perinde est atque tu imponeres illis: existimat enim populus quod tu per illos loquaris. Hanc tu iniuriam à falsis prophetis accipis. Alij: *Et dicam, Abah Domine Iehoui, utique planè dicèris seduxisse populum hunc; & Ieruschalaima, dicendo,*

VERS. 10.

dicendo, per pseudoprophetas videlicet, qui quum satanæ ministrarent, peruersè tamen obtendebant nomen Dei, infra cap. 6. vers. 14. *Pax erit vobis: quum pertigerit gladius vsque ad animam.* id est, quum Deus exequens seuerum iudiciũ suum vos morti tradet.

VERS. II.

IN TEMPÖRE ILLO DICETVR POPVLO HVIC, &c.] Narratio prophetica, inquit, violentæ irruptionis Chaldæorum in Iudæam, qua propheta per antithesin euerit præcedentia pseudoprophetarum verba, & veritatem Dei ex eo asserit, quod disertè ventura mala prænantiat Deus: quod genus argumentationis sæpius vsurpatur apud Iesachiam cap. 40. & sequentibus octo.

VENTVS VRENS IN VIIS QVÆ SVNT IN DESERTO, &c.] Alij ex Hebr. 1. *Ventus siccus*, seu *aridus*, in quo scilicet nulla est utilitas hominibus: vel *ventus serenus*, *sudus*, ac *nitidus*, in excelsis locis spirans in deserto, via filia populi mei, id est, veniet rectà ad filiam populi mei; non ad ventilandum, neque ad repurgandum. 2. *Ventus limpidus*, id est, non humectans in excelsis, siue in præcipitiis per desertum; via filia populi mei, non ad ventilandum, neque ad expurgandum. 3. *Ventus exsiccans per pertices venit in deserto.* vel *qui flat in locis abruptis ac extantibus*, seu in locis altis, & in deserto: nam sunt deserta inter Babylonem & Ierusalem; & Babylon sita est ad Boream, ad quod alludit: *via filia populi mei*, non ad ventilandum neque ad repurgandum. id est, veniet rectà in Ierusalem hostis Chaldæus, non vilius commodi causâ, sed in maximam perniciem & cladem. 4. *Ventus nitidus*, id est, Babylonius, qui tanquam ventus vehementissimus tollet, eueritque omnia: allegoria: *locorum eminentium in deserto*; id est, qualis loca eminentia in patentibus, latisque campis exposita solet percellere: sic ostendit propheta nihil fore, quod Chaldæorum imperum remoretur: *viâ ad filiam populi mei*; non ad ventilandum neque ad purgandum. sed ad perdendum videlicet: eclipsus contrarij, vt Genes. 33. vers. 10. Euphemismus frequens.

VERS. 12.

SPIRITVS PLENVS EX IIS VENIET MIHI.] vel *præ iis*; magis quam ij. 1. *ab his*, id est, ventus plenior, seu fortior aut vehementior iis ventis, quibus repurgari solent frumenta in arcis. Alij ex Hebr. 1. *ab his*, scilicet Chaldæis, *veniet mihi ventus plenus*. 2. *Plenus ventus*, fortior istis adueniet mihi. id est, qui abripet istos omnes, quorum meminerat supra vers. 9. & 11. *mibi*. id est, meo iussu, qui perficiat mandatum & voluntatem meam: quamobrem Nebuchadnetzar *seruus Dei* appellatur, infra cap. 25. vers. 9. & cap. 27. vers. 6.

ET NVNC EGO LOQVAR IVDICIA MEA CVM EIS.] Alij ex Hebr. *nunc etiam ego loquor iudicia* seu *iura eis*. Verba prophetæ, quibus ostendit se fideliter prænuntiare populo iudicia, quæ Deus imperavit verbis præcedentibus. *iura eis*. id est, quæ Deus dedit superioribus verbis, & propheta exponit sequente versu, pergens in eadem allegoria.

ECCE QVASI NVBES ASCENDET.] VERS. 13.
fulmina & imbres malorum depluitura.

ET QVASI TEMPESTAS CVRRVS EIVS.]
Heb. & *tanquam turbo quadriga eius*, vt Isaia 5 vers. 28.

VÆ NOBIS QVIA VASTATI SVMVS.]
Propheta verba, communem Iudæorum calamitatem deplorantis. Alij per præsens: *quia vastamur*. Nonnulli: *quia in prædam dati sumus*. vel *quia direpti & consumpti sumus*.

VERS. 14.

LAVA A MALITIA COR TVVM, &c.]
Alij: *Ablue a malo cor tuum Ierusalaima*, vt *serueris*. Hortatio ad pœnitentiam, vt diximus supra in vers. 5. coniuncta primam contestatione, hoc & sequente versu: tum denuntiatione infesti aduentus Babyloniorum, duobus sequentibus; ac postremò malitiæ Iudæorum incusatione, v. 18.

VSQVE QVO MORABVNTVR IN TE
COGITATIONES NOXIÆ:] Alij ex Hebr. 1. *vsque quo morabitur*, *permanebit*. singulare pro plurali, *morabuntur*, *permanebunt*, vel *perseuerabunt*. vel *vsque quo morari fines in medio tui cogitationes iniquitatis tuæ?* id est, iniuriæ à te aliis illatæ. 2. *quousque differis in te cogitationes vanitatis tuæ?* id est, fictam & inanem pœnitentiam. 4. *quousque pernoctabit illud scilicet malum*, in medio tui, siue in animo tuo, nimirum, *cogitationes vanitatis tuæ?*

VERS. 15.

VOX ENIM ANNVTIANTIS A DAN, &c.] Hunc versum plerique cum S. Hieronymo & Hebræis accipiunt, quod ea parte, qua tribus Dan & Ephraim sitæ sunt, venturi essent Chaldæi ad euerendâ Ierusalaima: vt infra cap. 8. vers. 16. Sed versum ex Hebr. variè exprimunt: 1. *Vox enim annuntiantis veniet à Dan*. id est, quæ annuntiabit aduentum Babylonij. Dan terminus erat aquilonaris terræ sanctæ, & oppidum, quod primum occurrit venientibus à Chaldæa: & *audire facientis vox iniquitatem*. id est, calamitatem, afflictionem, seu contritionem, de monte Ephraim. qui est inter Dan & Ierusalem, medio fermè itinere, & propior Ierusalaimis quam ipse Dan, qua vtraque parte venere Chaldæi. 2. *Nam vox indicat maiorem, quam Danis, & pronuntiat vanitatem maiorem, quam montis Ephraimi*. Exornatio præcedentis dicti de cogitationibus vanitatis Iudæorum: clamare nimirum iniquitatem ipsorum plusquam Iisraelitarum, quorum fines Dan, & Ephraim terminabantur, vbi idola sua collocauerant, 1. Reg. 12. vers. 29. simile est supra cap. 3. vers. 11.

VERS. 16.

CONCITATE GENTES.] Alij: 1. *Memorare de gentibus*, *Ecce*. siue *Adsunt*. id est, dicite, narrate, annuntiate, gentes, id est, Babylonios non procul abesse. 2. *Mentionem horum*, quæ mox dicturus sum, *facite apud gentes*. 3. *Commemorate gentibus*. id est, Iudæis, vt sequens membrum ostendit. Denuntiatio aduentus Babyloniorum in Iudæam obfirmatam, vt diximus in v. 14.

ECCE AVDTVM EST IN IERVSALBM.] Illud *ecce*, quidam antecedentibus, alij sequentibus, quod aptius, iungunt. variè reddunt: *Ecce predicare in Ierusalaim*. 2. *Ec-*

ce predicare in Ierusalaim. 2. Ecce audiri facite de Ierusalaim. 3. Ecce pronuntiate contra Ierusalaima.

CVSTODES VENIRE seu ADVENIRE, DE TERRA LONGINQVA.] id est, Chaldaeos, qui videlicet observant agros, sequente versu, vel urbem, ne quis euadat, aut prædam seu spolia, ne quid effugiat, aut eripiat sibi. Quidam putant vocem נוצרים *notzerim*, quam custodes reddunt, effectam hinc & decurtatam à nomine Nabuchadnetzer, quasi dicas *Nabuchadnetzeri*, id est, milites Nabuchadnetzeris, ut à Cæsare Cæsariani.

ET DARE SVPER CIVITATES IVDAE VOCEM SVAM.] Alij: *qui edunt contra civitates Iehuda vocem suam*. id est, inuadunt cum barritu militari, synecdochicè. Dicuntur autem ij duo versus allegoricè à similitudine venatorum, qui concæde facta in ambitum silvæ omnes transitus observant, ne feræ vociferatione facta consternatæ & perterritæ effugiant in patentibus campos. *Concedes* Latinis dicuntur, rami cæsarum arborum. qua voce utitur Tacitus Annali. i. cap. 50. & Ammianus lib. 16. cap. 25. nam locus quem Lipsius citat ex cap. 20. libri nouissimè à Gruthero editi non *concedibus*, sed, *in commeabiles*, habent. vide Cælium Rhodiginum lib. 5. Lectionum Antiquarum, cap. 14.

VERS. 17. QVASI CVSTODES AGRORVM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. *Sicut custodes agrorum fuerant, vel erunt contra eam circumquaque, quia exasperavit me, dicit Iehona.* 2. *Ut qui observant agros, id est, agrorum aditus, ne erumpant à siluis feræ: sunt contra eam circumquaque; quia mihi rebellis fuit, dicitum Iehona.*

QVIA ME AD IRACVNDIAM PROVOCAVIT.] Hebr. *quia ad me; vel erga me, vel mecum mutavit*, scilicet in peius, à me defecit; *mihi inobediens, immorigera, rebellis fuit, me irritavit, exasperavit, exacerbavit, amaricavit.* Hispanicè, *me amargo.*

VERS. 18. VIA TVA ET COGITATIONES TVÆ, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. exponunt: 1. *Via tua, & studia tua fecerunt tibi ista: hæc est malitia tua, vel istud admisit malitia tua; qua quandoquidem amara est, cor penetrat.* vel *quia quod accidit, tibi, amarum est, ita ut pervenerit usque ad cor tuum.* id est, affligat te admodum. 2. *Via tua & actiones tuæ faciunt ista tibi: hoc mali tui est, quod amarus sit Babylonius; quod pertingat in cor tuum.* Incusatio Iudæorum, ut diximus in versu 14. qua docet propheta, quod hosti tam infestus est Iehuda, & quod morte ipsos multaturus est, id suis ipsorum peccatis acceptum ferendum esse, propter quæ Deus Chaldaeis ipsos, ut feræ venatoribus, exposuerit.

VERS. 19. DOLEO.] Futurum, *דולתי ochilab*, plerique è *דלתי iachal* deducunt, *Visceribus meis, visceribus, inquam, meis expectabo anxio, vel viscera mea, viscera mea expectare-faciam.* subaudi bonum. Alij, à *דולתי chulab*, vel *דולתי chulab*, agrotare, seu dolere faciam. Sed cognatæ sunt radices, & significationibus communicant. Versum diuersimodè ex Hebræo accipiunt. *Maluenda, in libr. Jerem.*

piunt: 1. *Visceribus meis, visceribus meis torquebor*, geminatio indicat ingentem dolorem ex intimis visceribus: *parietes cordis mei.* subaudi, *torquebor.* id est præcordia, quæ sunt veluti parietes cordis, quia sunt ferè cordi coniuncta: *resonat, seu tumultuatur, fremit, obstrepit, in me cor meum: non tacebo, quoniam vocem tubæ audisti anima mea, & clamorem belli.* Ait autem *audisti anima mea, non auris mea:* quia antequam auris audiret, audiuit anima mea per spiritum propheticum. 2. *Viscera mea, viscera mea doleo, præcordia mea, fremit mihi cor meum, non possum silere: nam sonum buccinæ audis anima mea, clangorem belli, vel classicum bellicum.* id est, denuntiationem belli spiritu Dei afflata intelligis. Pathetica exornatio præcedentis denuntiationis, ut diximus in versu 5. primum per hypotyposin prophetæ deplorantis calamitates populi, tribus versibus; & maleficia, calamitatum causas, usque ad versu 27. deinde iudicium Dei ad luctus sui confirmationem repetentis, ad finem usque capituli. Quamobrem ad exprimendam huius schetliasi, seu queritationis & lamentationis vehementiam initium fit per congeriem, & eorundem verborum repetitionem, ut ferè lugentes faciunt.

CONTRITIO SVPER CONTRITIONEM VOCATA EST.] Alij: 1. *Clades super cladem clamatur, siue accidit, aut occurrit.* Quidam totum versum reddunt: *Contritionem super contritionem proclamari, quia vastanda est tota hæc terra: repente vastabuntur tentoria mea; momento aula mea.* id est, novæ subinde clades alias aliis succedere usque ad deletionem regni, prout factum esse inde à temporibus Ioschiæ legimus 2. Regum 24. & 25. quod ait, *tentoria mea, & aula mea.* id est, populi mei habitationes, synecdochicè: Sic infra cap. 10. v. 20.

VSQVEQVO VIDEBO FUGIENTEM?] Legit *דן* nas participium à *דן* nus, fugientem. Nunc exemplaria habent, *דן* nes signum, vexillum. Aliqui versum reddunt: *quousque visurus sum vexillum? audietur sonum buccinæ?* Interrogatio lugubris viam faciens ad maleficiorum hypocrisin. quasi dicat, quousque videbo signa hostium & bellum quo excindetur Iehudah?

QVIA STVLTVS POPVLVS MEVS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. exponunt: *Quoad stultus erit populus meus, quoad me non agnoscent, quoad filij stolidi erunt, neque intelligentes erunt: quoad sapientes erunt ad malefaciendum & benefaciendi ignorantes.* subiectio, seu responsio ad præcedentem interrogationem, exponens peccata, suppliciaque populi, quæ enumeratione singulari demonstrantur quatuor versibus sequentibus.

ASPEXI TERRAM, &c.] Quidam hunc versum ex Hebr. exponunt: *Quum respicio in terram, ecce res inanis est & vacua: sin autem celos, nulla est lux eorum.* id est, omnia horrent peccatis ubique, ac propterea tam severa Dei iudicia in regionem hanc propter peccata immittentur, ut omnia Iudæis futura sint luctuosissima: quod hyperbolis elegantissimis propheta narrat versibus quatuor.

ecce est inanis est & vacua. quum prius afflueret lacte & melle, dum ambularent coram Deo, Exod.3. vers.8. nulla est lux eorum. id est velut atri ac lugubres erunt, vt Isaiæ 50. vers.3.

VERS. 24. ET ECCE MOVEBANTVR.] Alij: & erant contremiscentes, vel & ecce commouentur. abhorrentes à peccatis populi, & feueris Dei iudiciis, ac proinde decutientes habitatores suos, vt sequens versus indicat.

CONTURBATI SVNT.] Alij ex Hebr. 1. concutiebantur, 2. destructi fuerunt. 3. lenificauerunt te. id est, fugiendo fuerunt celeres. 4. lenissime mouent se.

VERS. 25 INTVITVS SVM, ET NON ERAT, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. 1. Inspexi, & ecce nihil est hominum, & omnes volucres cali recesserant. 2. Si aspicio, ecce nullus est homo: etiam omnes aues calorū euagantur.

VERS. 26. ASPEXI, ET ECCE CARMELVS DESERTVM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: Inspexi, & ecce locus pascuus & fertilis desertum erat, & omnes vrbes eius diruta erant à facie Iehouæ, atque à facie astus nasi eius. id est, propter grauem ac vehementem iram eius. 2. Si aspicio, ecce arua ipsa sunt desertum, & omnes ciuitates istius deiecta sunt propter Iehouam, propter astum iræ eius. CARMEL & nomen loci proprium, & appellatiuum, esse potest: vide supra cap. 2. v. 7.

VERS. 27. HÆC ENIM DICIT DOMINVS, &c.] Alij: Nam sic ait Iehoua, Desolata futura est tota hæc terra. confirmatio præcedentis hypotyposeos, à decreto Dei ireuocabili, quemadmodum Deus iam ante per Chuldam prophetissam dixerat, 2. Reg. 22. vers. 14. Sunt autem huius confirmationis partes duæ: vna, qua Deus grauissimum iudicium enuntiat, tribus versibus; altera, qua per apostrophem, Iudæorum fiduciam inanem excutit, duobus vltimis: sed consummationem nondum fecero. id est, nondum consummauero iram, & iudicium meum, nondum puniendi finem faciam, quum terram desolauero; sed desolatam per diu continebo, vt permaneat in luctu longissimo, sequente versu, secundum legis interminationem, Leuit. 26. vers. 34. & 43. Quidam: at consummationem non faciam. vel consumptionem. id est, terram istam cum incolis suis non funditus perdam: reliquias enim conseruabo, Isaiæ 10. v. 21. & 22. & Roman. 9. v. 27. sic infra cap. 5. v. 10. & 18.

VERS. 28. LUGEBIT TERRA.] Alij: Idcirco, vel ad hæc lugebit terra. id est, desolata manebit: allegorice.

ET MOCREBUNT CÆLI DESUPER.] Alij: 1. & cali supernè obtenebrescent. 2. & atrati erunt cali supernè. vt supra vers. 23. nam prius insignis & illustris erat terra, quum oculi Iehouæ curarent eam, Deuter. 11. vers. 12.

VERS. 29. A VOCE EQVITIS, ET MITTENTIS SAGITTAM FVGIT OMNIS CIVITAS.] Alij: 1. A strepitu equitum & sagittariorum fugit omnis habitator ciuitatis. 2. A voce equitis, & eius, qui arcu ferit, fugit vniuersa ciuitas. 3. A sono equitum & iaculantium arcu fugient omnes oppidani. Est hic Hebr. numerus sin-

gularis pro plurali, & metonymia, scilicet, continens pro contento.

INGRESSI SVNT ARDVA.] Heb. venerunt, seu ingressi sunt in densitates, id est, in siluas densas, quærentes latibula in densis & spissis nemoribus ab ira hostis. Aliqui: venient in densas-nubes, id est, in loca præalta & ardua, vt consulant vitæ suæ: hyperbole.

ET ASCENDERVNT RVPES.] Alij: & in petras ascendent: כִּפְיִם chephim, petras cauas aut concauas, quæ foramina, seu cavitates aut speluncas habent. Habetur hæc vox hic & Iob 30. v. 6. Hinc nomen כִּפְיָהּ chephah, Hebræum & Chaldæum, quo Christus Petrum Apostolorum principem ornauit, non sine mystetio. quod is veluti petra concaua futurus esset, ad quam omnibus Christianis receptus esset. כִּיִּי ciph vulgò, sed rectius à כַּפְפָּה chaphaph iudicio eruditorum deducitur.

TV AVTEM VASTATA QVID FACIES?] **VERS. 30.** Heb. Tu, & facies sunt fœminea vastata, aurem est participium masculinum, vnde non videtur apta syntaxis: proinde quidam subaudiunt: Tu autem regio vastati, seu vastandi populi, quid facis? &c. Apostrophe ad Iudæam, quæ cum scorto impudentissimo comparatur, mangonio suo & lenociniis pelliciente amatores suos.

QVVM VESTIERIS TE COCCINO, &c.] Reliquum versum alij ex Heb. reddunt: 1. Si te indues coccino, si aureis monilibus ornabis te, si pinges fucō faciem tuam, frustra pulchram te reddes: spernent enim te, qui te hactenus insaniè deperierunt, & animam tuam quærent haurire. 2. Quod induis te dibapho, quod ornas te ornatu aureo, quod laceras fucō oculos tuos: vt de Izebela dicitur 2. Reg. 9. v. 30. in vanum reddis te pulchram: respiciunt te amasij, animam tuam querunt, id est, vitam, vt alibi passim.

ET PINXERIS STIBIO OCVLVS TVOS.] Heb. quia scindes, disrumpes, dilacerabis, in fucō oculos tuos, præ frequenti, assidua, & nimia scilicet fucatione. Mira emphasis. De פֶּחַח puch, seu fucō, vide 1. Paralipom. 29. v. 2. Fortasse indicat illud, quod etiam Plinius Scribit de fucō, seu stibio lib. 33. cap. 6. (Principalis autem eius vis circa oculos: namque ideo etiam plerique platyophthalmion id appellauerunt, quoniam in callibtepharis mulierum dilatat oculos,) quod hic scindere vocat propheta. Hispanicè, rasgar los ojos quod pulchritudinis est.

FRVSTRA COMPONERIS] Alij: in vanum formosam te facies. verbum ex Hithpahel auget significatum.

AMATORES.] עֲוֹגְבִים ghoghebim, forma participiali, ardentes, exardescentes amore, ad amatores, amasij, possis ex nomine עֲוֹגְבָהּ ghugbah, organo, reddere, organizantes, pulsantes organa, seu instrumentorum musicorum pulsatores, nam ij inter psaltrias, & fidicinas meretrices versari solent.

QVASI PARTVRIENTIS.] חֹלֵה cholah, **VERS. 31.** agrotantis, dolentis, saucie vel enixè parientis seu anxie enitentis.

ANGVSTIAS VT PVERPBRÆ.] Alij: 1. angustiam quemadmodum eius, quæ primum puerperium experitur. 2. angustiam similem primi

primipare, nam à natura ordinarie difficili-
ores esse primos quosque partus inter medicos
conuenit, vt Virgilius 4. Georgicorum.

Alteram tum primum Lucina experta labores.
מבכירא *mabcirah*, participium fœmineum
Hiphil, ex verbo: Sicut primogenitare-facien-
tis, seu primogenitantis, quæ primogenitum
seu primum parit.

VOX FILIÆ SION INTERMORIENTIS.]
Alij ex Heb. 1. Vox filia Tzionis, qua lamen-
tatur, vel qua loquitur, fremit, conqueritur. 2.
Vocem filia Tzionis, qua suspirabat. 3. Vocem
scilicet filia Tzionis magna in animo molientis.
4. Vocem filia Tzionis subinde anhelantis
תִּיחַאֲפֵאֵח *tithiappheach* tertia persona fœminea
futuri Hithpael. Efflare, anhelare, spirare,
suspirare sese faciet. Scilicet Tziion. Noster

accepit, pro expirare, efflare-animam.

EXTENDENTISQVE MANVS SVAS.] Alij:
Pudentis, spargentis, palmas suas more mu-
lierum fessatum ac lamentantium dicendo.


VÆ MIHI QVIA DEFECIT ANIMA MEA
PROPTER INTERFECTOS.] Heb. propter
interfectores, id est, milites interficientes fi-
lios meos. Quidam reddunt: *Væ iam mihi,*
quod fessa fuerit anima mea ab intersectoribus,
id est, quod ad lassitudinem vsque maximam
discursauerim, vt amatores conciliarem mi-
hi, & pro amatoribus interfectores compa-
rauerim. Nam ita allegorice Iehudæi confi-
tentur se perniciem sibi iusto Dei iudicio
acceruisse ab iis, quorum operam sibi iu-
cundam fore sperauerant; vt de Assyrio nat-
rat Isaias. 8. v. 7.

CAPVT V.

Dominus in Ierusalem querit virum iustum, vt illi misereatur: sed tam plebs
quàm optimates in prauitatibus suis & idololatria indurati sunt & effusi,
ideò comminatur eis vastationem ab extraneo populo, eò
quòd cæci & surdi facti sunt, non tamen vsque
ad consummationem.

Vulg.

Malu.

rcuite vias Ierusalem,
& aspiciate, & considera-
te, & querite in plateis
eius, an inueniatis vi-
rum facientem iudi-
cium, & quarentem fidem: & propitius
ero ei.


2 Quòd si etiam, Viniit Dominus, dixe-
rint, & hoc falsò iurabunt.

3 Domine oculi tui respiciunt fidem:
percussisti eos, & non doluerunt: attriui-
sti eos, & renuerunt accipere disciplinam:
indurauerunt facies suas supra petram,
& noluerunt reuerti.

4 Ego autem dixi: Forsitan pauperes
sunt, & stulti, ignorantés viam Domini,
iudicium Dei sui.

5 Ibo igitur ad optimates, & loquar eis:
ipsi enim cognouerunt viam Domini, iu-
dicium Dei sui: & ecce magis hi simul
confregerunt iugum, ruperunt vincula.

6 Idcirco percussit eos leo de silua, lu-
pus ad vesperam vastauit eos, pardus vi-
gilans super ciuitates eorum: omnis, qui
egressus fuerit ex eis, capietur: quia mul-
tiplicata sunt prauaricationes eorum,
Maluenda, In libr. Ierem.

rcumeundo - dimitte-
vos in plateis Ierusalaim,
& videte, obsecro, & co-
gnoscite, & querite in
plateis eius, si inuenietis virum, si
existencia facientis iudicium, quæren-
tis iudicium, quærentis fidem, & con-
donauit ei.

2 Et si, viuens IHVH, dicent; ad sic
falsitati iuramento obstricti erunt,

3 IHVH oculi tui an non d fidei: per-
cussisti eos, & non e ægrotauerunt; f
consummauisti eos, renuerunt accipe-
re g disciplinam? obtinuerunt facies
suas de rupe; renuerunt ad reuertete.

4 Et ego dixi, h veruntamen i exhaui-
sti ij; stultuerunt; quia non cognoue-
runt viam IHVH, iudicium ELOHIM
sui.

5 Ambulabo mihi ad grandes, k &
loquutus fui ad eos; quia ij cognoue-
runt viam IHVH, iudicium ELOHIM
sui: veruntamen ij l vnite confrege-
runt iugum, m abruperunt vincula.

6 Super sic percussit eos leo de silua,
lupus vespere deuastabit eos; par-
dus vigilans super vrbes eorum; omnis
exiens de eis, discerperetur; quia mul-
tiplicatæ fuerunt transgressiones eo-
rum;

a vide Ierem. 21. 8.

b est facies
&c
c vt condonem, parca, remittam. sic v. 7.

d datus.
ad fidem
e doluerunt
f consump-
sisti
g eruditio-
ne, correc-
tionem
h profectò,
certè
i attenuati,
tenues;

k vt allo-
quar eos

l pariter, si-
mul, vnà
m adulserunt

confortata sunt auersiones eorum.

7 Super quo propitius tibi esse potero? filij tu dereliquerunt me, & iurant in his qui non sunt dii: saturavi eos, & machati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur.

8 Equi amatores & emissarij facti, sunt: Vnusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat.

9 Numquid super his non visitabo, dicit Dominus, & in gente tali non ulciscetur anima mea?

10 Ascendite muros eius, & dissipate, consummationem autem nolite facere: auferte propagines eius, quia non sunt Domini.

11 Præuacatione enim præuacata est in me domus Israel, & domus Iuda, ait Dominus.

12 Negauerunt Dominum, & dixerunt: Non est ipse: neque veniet super nos malum: gladium & famem non videbimus.

13 Propheta fuerunt in ventum locuti, & responsum non fuit in eis: hac ergo euenient illis.

14 Hec dicit Dominus Deus exercituum: Quia locuti estis verbum istud: ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, & populum istum in ligna, & vorabit eos.

15 Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo domus Israel, ait Dominus; gentem robustam, gentem antiquam, gentem, cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur.

16 Pharetra eius quasi sepulchrum patens, uniuersi fortes.

17 Et comedet segetes tuas, & panem tuum: deuorabit filios tuos, & filias tuas: comedet gregem tuum, & armenta tua: comedet vineam tuam, & ficum tuam: & conteret vrbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gladio.

18 Verumtamen in diebus illis, ait Dominus, non faciam vos in consummationem.

Inf. 16. b. 10. 19 Quod si dixeritis: Quare fecit nobis Dominus Deus noster hec omnia? dices ad eos: Sicut dereliquistis me, & seruistis Deo alieno in terra vestra, sic seruietis alienis in terra non vestra.

20 Annuntiate hoc domui Iacob, & auditum facite in Iuda, dicentes:

rum, offata fuerunt reuersiones eorum.

7 Vbi ad istud condonabo tibi? filij tui dereliquerunt me, & iuramento-obstricti fuerunt in non diis: & saturavi eos, & subagitauerunt; & in domo meretricis latrocinari-fese-facient.

8 Equi bene pasti p manè fuerunt: vir ad viram sodalis sui hinnient.

9 Et super ista non visitabo, q Fidelis sermo IHVH? & si in gente: quæ sicut ista non vindicare sese-faciet anima mea?

10 Ascendite in propugnaculis eius, & funditus-perdite; & consummationem non facietis: discedere facite dimissiones eius, quia non s IHVH ij.

11 Quia t incurrere incurrerunt in me domus Israelis, & domus Iehudah, Fidelis-sermo IHVH.

12 Denegauerunt in IHVH, & dixerunt, Non u ipse: & non veniet super nos malum; & gladium & famem non x videbimus.

13 Et prophetæ erunt y spiritui; & loquutio non in eis: sic conficietur eis.

14 Ad sic, sic dixit IHVH ELOHIM TZEBAOTH; Correspondentia loqui eos verbum istud; ecce ego dans verba mea in ore tuo, z igni, & populum istum ligna, & comedet ea.

15 Ecce ego venire-faciens super vos gentem de longinquo, domus Israelis: Fidelis-sermo IHVH: gens dura ipsa, gens non cognosces linguam eius, & non a audies quid loquatur.

16 Pharetra eius sicut sepulchrum apertum: b omne eorum c præualidi.

17 Et comedet d decurtationem tuam, & panem tuum e comedent filij tui, & filia tuæ; comedet f ouem tuam & g bouem tuam; comedet vitem tuam, & ficum tuam: depauperabit vrbes munitationum tuarum, quibus tu confidens in eis, in gladio.

18 Et etiam in diebus iis, Fidelis-sermo IHVH, non faciam ad vos consummationem.

19 Et erit quia dicetis, sub quid fecit IHVH ELOHIM noster nobis omnia ista? & dices ad eos, secundum quod dereliquistis me, & seruistis diis h nothi in terra vestra, sic seruietis alienis in terra non vobis.

20 Annuntiate istud in domo Iaghab, & audire-facite illud in Iehudah, ad dicere:

n adultera
ti-lunt
o domum
p manicans;
diluculans.
quisque eorum

q vide Genes 22. 16.
sic v. 11. 15.
18. 22.

r vide Genes 49. v. 6.

s datus.
t excurrere
excurrerunt

n ipsum
x sumus
visuri, seu.
expertui

y vento

z in ignem

a intelliges
b omnis, vel
omnes ipsi
c potentes,
heroes, gigantes
d messem
e quem com
medissent
f pecus, gregem
g armentum

h alieni, alienigenæ

21

21 Audi popule stulte, qui non habes cor: qui habentes oculos, non videtis; & aures, & non auditis.

22 Me ergo non timebitis, ait Dominus: & a facie mea non dolebitis? Qui posui arenam terminum mari, praeceptum sempiternum, quod non prateribit: & commovebuntur, & non poterunt: & intumescunt fluctus eius, & non transibunt illud.

23 populo autem huic factum est cor incredulum, & exasperans, recesserunt & abierunt.

24 Et non dixerunt in corde suo: Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam & serotinam in tempore suo; plenitudinem annuae messis custodientem nobis:

25 Iniquitates vestrae declinauerunt haec; & peccata vestra prohibuerunt bonum a vobis.

26 Quia inuenti sunt in populo meo impij insediantes quasi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros.

27 Sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plena dolo: ideo magnificati sunt & ditati.

28 Incrassati sunt & impinguati: & praterierunt sermones meos pessime. Causam viduae non iudicauerunt, causam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt.

29 Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut super gentem huiusmodi non ulciscetur anima mea?

30 Stupor & mirabilia facta sunt in terra:

31 prophetae prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis: & populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in nouissimo eius?

21 Audite, obsecro, istud popule stulte, & non cor: oculi eis, & non videbunt; aures eis, & non audient.

22 An me non timebitis, Fidelis-sermo IHVH, si de faciebus meis non exgrotabitis? qui posui arenam terminum aquis, constitutum aeterni, & non transibunt illud.

23 Et populo isti fuit cor refractarium, & mutans: discesserunt, & ambulauerunt.

24 Et non dixerunt in corde suo, Timebimus, obsecro, IHVH ELOHIM nostram: dantem nimbum, & praeproperam, & seram in tempore suo: septimanas constitutorum decurtationis obseruabit nobis.

25 Prauitates vestrae extendere fecerunt ista: & errata vestra minuerunt bonam de vobis.

26 Quia inuenti fuerunt in populo meo improbi: contemplabitur secundum residere illaqueatores; stare fecerunt funditus-perdentem, homines capient.

27 Sicut canistrum plenum volatili, sic domus eorum plena fallacia: super sic granduerunt, & ditati-fuerunt.

28 Oleati-fuerunt, nituerunt, etiam transuerunt verba mali; iudicium non iudicauerunt, iudicium orphani, & perruperunt: & iudicium egenorum non iudicauerunt.

29 An super ista non visitabo, Fidelis-sermo IHVH? si in gente, quae sicut ista non vindicare-sele-faciet anima mea?

30 Afflatus, & horripilatio facta-fuit in terra.

31 Prophetae prophetauerunt in falsitate, & sacerdotes descendere-facient super manus suas; & populus meus amauerunt sic: & quid facietis posterioritati eius?

excors
enixe, anxie dolebitis
statuto seculi, perpetuo


m vide Deuteron. 21. 18. n deficiens, rebelle, immorigerum olimbicum vide Genes. 7. 12. p vide Deuteron. 11. 14. q vt v. 17.

r curuitates, distorcionnes, peruersitates
s, sub straxerunt, ademerunt, cohibuerunt
t intender, obseruabit, qui/que
u aucupes
x perditore, corruptore laqueum, vel recte sup perditionem
y vide Genes. 27. 35.
z pupilli,

a afflatio, stupenda desolatio

b postremi tati

Isa. 1. f. 23. Zach. 7. c. 10.



COMMENTARIA.

VERS. 1.



IRCUTE VIAS IERUSALEM.] Heb. Perscrutamini, explorete, perlustrate, discurrete, discurrete-quarendo per plateas, seu vicos Ierusalem. Quidam: Percurrete plateas orbis Ierusalaimorum. Tertia pars concionis, vt annotatum est cap. 3. vers. 6. nimirum confirmatio, cum peccati,

quod Iudaeis propheta exprobat, versibus quinque: tum supplicij denuntiati, vers. 6. quae duo primum exornantur per contestationem, inde vsque ad vers. 20. deinde amplificantur vsque ad vers. 19. sequentis capituli. Exprobratur autem peccatum Iudaeorum, primum ex eo, quod nemo iustus in illis inueniri possit; etsi vnus causa

Deus se vrbis totius miserurum esse pollicetur, duobus versibus: deinde ex eo, quod ferulis non corriguntur, sed obdurantur magis, vetf. 3. postremò quod ne ipsi quidem præfecti, & administratores populi resipiscerent, sed ianuam omnis licentiæ sibi totique populo aperient.

AN INVENIATIS VIRVM, &c.] Posteriorem hanc partem versus ita quidam reddunt: *an inueniatis virum*, scilicet, hoc nomine dignum, *an sit qui exerceat ius, requirat fidem, & condonabo illi*. Nimirum vrbi Ierusalaimorum (nam est affixum fœmineum) propter iustum illum: vt Genes. 18. v. 23. & sequentibus.

VERS. 2.

QVOD SI ETIAM, VIVIT DOMINVS, DIXERINT ET HOC FALSO IVRABVNT.] Alij ex Heb. 1. *Et si, vivit Iehoua, dixerint; verè mendacium iurabunt.* vel ob id mendacium iurabunt, id est, ob id, quod studiosi Dei non sunt, & nomen Dei contemnunt. Aut mendaciter tamen iurant. 2. *Sed quum, vivit IHVH, dicunt, sic,* seu hoc pacto falso iurant. Ita sumitur particula לַחֶן *lachen*, 1. Samuel. 27. v. 6. & 28. v. 2. Quidam sensum huius versus ita concipiunt: aut non iurabunt per Deum viventem, sicut præcepi eis Deuteron. 6. v. 13. sed per falsos Deos, quod prohibui eis, Exod. 23. v. 13. aut si iurauerint per Deum viventem, data opera falsum iurabunt, vt illi faciant iniuriam. Hanc enim volunt esse vim particulæ לַחֶן, *data opera*. Hispanice. *ansi*. quasi dicat, sic etiam falso iurabunt.

VERS. 3.

DOMINE OCULI TVI RESPICIVNT FIDEM.] Alij ex Heb. 1. *Iehoua, nonne oculi tui ad fidem intenti sunt?* id est, nonne oculi tui vident, si qua sit in animo hominis iurantis fides? quasi dicat, nonne vides & probe nosti an homo verò an falso iuret? Falluntur ergo, qui nomine tuo ad periuria abutuntur, putantes periuria & fraudes humani animi te latere posse. 2. *Iehoua, nonne oculi tui sunt ad stabilitatem,* seu ad res stabiles. Vt scilicet conserues ac stabilias omnia in hoc mundo, quasi dicat, Domine providentia tua solet operam dare, vt, quæ condita sunt, conseruet: at contra morem tuum facere videris, dum Iudæos percutis & perdis: verum percussisti eos, vt resipiscerent, non vt perirent: illi tamen noluerunt resipiscere. 3. *Iehoua oculi tui an non respiciunt ad fidem, seu, veritatem?* id est, ad homines fidei & veritatis amantes. Quidam exponunt, *ad fidem*. id est, rectum & integrum iudicium. quasi dicat, merito illos punis, qui vides eorum demerita. 4. *ò Iehoua, oculi tui, an non spectarent ad fidem?* Apostrophe ad Deum, velut testem, & cognitorem, & iudicem ob firmationis populi.

PERCVSSISTI EOS, ET NON DOLVERVNT, &c.] Alij. *percutis eos, non dolent,* &c. id est, & infideles sunt, & quo magis verberas, eo magis in perfidia obfirmantur.

INDVRAVERVNT FACIES SVAS SVPER PETRAM.] Alij: *Roborauerunt vultus suos magis quam saxum.* 2. *Reddunt faciem suam obfirmatiorem petra, vel rupe, saxo, silice.*

EGO AVTEM DIXI, &c.] Hunc versum VERS. 4. ex Heb. efferunt: *Et ego dixi: Nimirum pauperes sunt isti, despicerunt, vel per imprudentiam stulti sunt, quòd non cognouerunt viam Iehoua, iradicium Dei sui.* hoc est, leges. 2. *Quamobrem ego dicebam, vtrique tennes sunt isti, nimirum qui renuerunt accipere eruditionem, & obfirmant sese: tennes enim hic accipiuntur pro vulgo & plebe infima: vt 2. Reg. 24. v. 14. & 25. v. 12. & infra cap. 40. v. 7. stultè agunt, quia ignorant viam Iehouæ, ius Dei sui. id est, imperiti sunt: & stulti נְאֻלָּוּ noalu, hæc omnia complectitur, stultuerunt ausi fuerunt, attentarunt, resoluti, seu dissoluti fuerunt: vt Isaia 19. v. 13.*

IBO] Heb. *Ambulabo mihi.* Vide Genes. 12. v. 1. Hispanice, *Meyre*, illud, *mihi*, hic coram, & diligentiam innuit.

AD OPTIMATES.] גְּדוֹלִים *ghedolim*, magnos, maiores, magnates, proprie grandes. Sic Hispanice vocamus, primores, principes regni, & maiores seu primos procerum, quos Persæ vocarunt *Megistanas*.

CONFREGERVNT IVGV.] Dei legis, & omnis discipinæ.

ID CIRCO PERCVSSIT.] Vel percutiet, præteritum pro futuro, eos, &c. Brevis pænæ instantis denuntiatio, scatehs allegoriis.

LEO DE SILVA. Vt supra cap. 4. v. 7.

LVPVS AD VESPERAM.] Heb. *lupus vesperarum.* seu *vespertinus.* vel *nocturnus.* Ad prædam, inquit vesperi excurrunt lupi, post totius diei inedia aciores, & audiores prædæ famelici. Quidam: qui sub vesperam reductis in caulas gregibus, ouili insidiari solet. Pulcherrime diuinus poeta, 9. *Æneidos: Ac velut pleno lupus insidiatus ouili.*

Quum fremit ad caulàs, ventos perpeffus & imbreis.

Nocte super media tui sub matribus agni Balatum exercent: ille asper, & improbus, irâ Senie in absentes: collecta fatigat edendi Ex longo rabies, & sicca sanguine fauces.

Vel dicitur lupus vespertinus, quod lupi noctu videant, & ad prædam excurrant. *Ælianus lib. 10. de Animalium Natura, cap. 26. (Lupus acerrimis atque acutissimis prædibus est oculis: enim vero intempesta nocte, vel luna ipsa silente, lucis usura perfruitur: & tamen si omnibus tenebra offundantur, non huic tamen lux eripitur.)* Forsterus reddit: *lupus campestrium.* ad discrimen luporum montanorum, quod campestres magis hominibus insidiari soleant: Alij: *lupus Arabia, seu Arabiarum.* quod in iis regionibus lupi truculentiores inuenirentur. Tremellius & Iunius: *lupus vespertinus vastabit eos.* id est, hostis veteratorius, qui similis est lupoiæ diu exercitato in præda vespere comparanda, vt feræ solent, Psalm. 102. n. 20. sic Chabakuk, 1. v. 8. & Tzephan. 3. v. 3.

PARDVS VIGILANS SVPER CIVITATIS FORVM.] Heb. *intendens, attente inuigilans, vigilanter obseruans.* Quidam reddunt: *pardus; obseruabit ad ciuitates eorum.* cuius naturam ita describit Plinius lib. 10. Cap. 73. [*Infiduus*

[*Insiidunt in eadem Africa pardi condensa arborum, occultatque earum ramis, in pretereuntia desiliunt, atque e volucrium sede grassantur.*] Sic Hosea 13.v.7.

QVIA MULTIPLICATAE SVNT PRAVARICATIONES EORVM.] Alij : quia plurime sunt defectiones, transgressiones, rebelliones eorum.

CONFORTATE SVNT.] Ex verbo : *offatae sunt corroborata, condensata, consolidata, compacta, confirmata sunt.* Aliqui : *numerosa sunt.* Alij : *inualuerunt auersiones, seu rebelliones eorum.*

VERS. 7.

SVPER QVO PROPITIUS TIBI ESSE POTERO?] Alij ex Heb. 1. *O propter hoc parcam tibi?* 2. *Quomodo super hoc, vel obid parcerem tibi?* 3. *Non ob istud indulgebo, remittam tibi.* 4. *Vbi in hac re propitius tibi essem?* 5. *Vbi est hic vbi, unde condonem tibi?* Exornatio duarum confirmationis partium, vt diximus in vers. 1. quae confirmat cum Iudaeorum peccata per contestationem, vsque ad vers. 14. tum supplicia diuinitus in fligenda, vsque ad vers. 20. quibus duabus partibus sua deinde sigillatim amplificatio sub iungitur. Incipit autem haec contestatio ab eodem argumento, quod proposuerat Deus vers. 1. condonarem, inquit, si quisquam aut quidquam esset, quare ad condonandum adduceret: sed vbi est? quasi dicat, nusquam est in tota ciuitate sancta. Qui Hebraice nouit, scit etiam, vt particula *in ei*, quam *vbi*, ferè reddunt, variè accipiatur.

FILII TVI DERELIQUERVNT ME] Alij per praesens; *filij tui de relinquunt me*, &c. id est, ciues tui omnes deficient à Deo, in idolis gloriantur, spiritali, atque corporali scortatione voluntantur, vt mox subditur,

ET IVRANT IN HIS, QUI NON SVNT DIJ.] Alij : *& iurant per non aeos, seu per eos, qui non sunt dij.*

SATURAVI EOS, ET MOECHATI SVNT.] Alij : *simul ac satiaui eos copia bonorum, adulterantur.* Nonnulli legentes verbum *שב* *schabagh* cum *sein* dextro, reddunt: *iure iurando eos astrinxeram ad praestandam mihi fidem seu sacramento adegeram: sed adulteri facti sunt.*

ET IN DOMO MERETRICIS LVXVRIBVNTVR.] *יחבדאדו* *jichbodadu*, futurum Hithpahel, quod maximè intendit significatum, haec omnia continet, *turmatim congregantur, turmatim conueniunt; se se colligunt, in modum exercitus se se congregant, excurrere, incurere se se faciunt, incurSIONem faciunt, conglobantur, grassantur, latrocinium exercent:* Vide in Genes. 49. vers. 19.

VERS. 8.

EQUI AMATORES.] Heb. duplex est lectio, in textu scribitur *מוזנים* *muzanim*, à verbo *זן* *zun*, vel *זנא* *zanah*, exponuntque: *equi bene-pasti, saturati-pabulo, saginati*, à voce *זון* *mazon*, opsonio, vt Genes. 45. v. 43. vel *equi lasciuientes, lasciuini, luxuriantes, scortantes, vt solent equi saginati.* In margine vero legitur, *מוזנים* *meuzanim*, à *זן* *jazan*, vel *זן* *zajan*, transposito, quod nonnulli Hebraeorum exponunt, *armati*. scilicet, ingenti membro genitili, cum illud extra vaginam projiciunt.

vel armati instrumentis armorum & bellicis. Auenarius: *cincti ad aures ornamentis & phaleris, seu phalerati. vt cognationem habeat, cum זון* *ozen, auris.*

EMISSARIJ.] vel *admissarij.* משכים *mascheim*, à *שכח* *schacham*, habet formam participij Hiphil, quasi dicas, *manicans, diluclans, mane surgens*, sed quod verbo iunctum aduerbialcat, vt volunt. vnde hic reddunt: *Equi saginati mane fuerunt.* id est, singulis diebus mane, seu quotidie manè. Alij : *Vt equi phalerati mane-educti fuerunt.* Nonnulli à *שך* *maschach*, *protrahere, quasi protrahentes.* scilicet membrum genitale. quod Noster sequutus videtur. Nec defunt ex Hebraeis, qui velint nomen משכים *maschim* esse à *משך* *Meschech*, filio Iapheth, Genes. 10. vers. 2. redduntque: *Equi benepasti Tusci, seu Hetrusci fuerunt.* Ex Tuscia enim veniebant equi fortes hinnientes & concupiscentes faeminam. Sed minus ineptè dixisset: *Equi benepasti Cappadoces Pontici, seu Moschonite.* quod haec regiones per MESCHECH intelligantur, & equis abundant. Quidam totum versum ita reddunt, 1. *Fuerunt tanquam equi saginati, mane educti, quisque ad uxorem proximi sui adhinnit.* 2. *Vt equi pasti sunt quum mane surgunt, quisque ad uxorem proximi sui adhinnunt.*

VERS. 9.

NUMQVID SVPER HIS, &c.] Alij hunc versum reddunt: *An propter ista non visitarem? dictum Ichoua: & an de gente huiusmodi non sumeret ultionem anima mea?* vel ego ipse. Postremum verbum est ex Hithpahel, & grauissimam ultionem more coniugationis significat. Hic versus repetitur infra vers. 29. & cap. 9. vers. 9.

VERS. 10.

ASCENDITE IN MVROS EIVS ET DISSIPATE, &c.] Quidam: *Dicens, Ascendite in muros eius, ac perditis, &c.* Breuis descriptio iudicij ex mandato Dei per Chaldaeos exequendi, vt habetur 2. Reg. 24. & 25.

CONSUMMATIONEM AVTEM NOLITE FACERE.] vel *ne facitote.* id est, sed ne his quidem rebus gestis existimate vos consummauissè iudicia mea: adhuc plura vobis & mihi restabant facienda, vt supra cap. 4. vers. 27. & infra vers. 18. Alij: *at consumptionem ne faciatis.* id est, nolite eos funditus perdere, vt reliquiae seruentur; vide cap. 4. vers. 27.

AVFERTE PROPAGINES EIVS.] נטשוט *netischoth*, *propagines, palmitis, sarmen-ta, qua ex vite dimittuntur & promanant.* vide Isaia 18. vers. 5. Forsterus: *remouete propagines eius.* vocat autem hoc nomine propagationem seu posteritatem liberorum allegoricè. Alij: *auferre ramos extentos eius.* quasi dicat truncum ipsum seu radicem ne succidatis, non extirpetis; ramos duntaxat & propagines abscindite. Nolite radicitus populum extirpare, vt de radice Iesse nascatur Christus; Isaia 11. vers. 21. ramos tantum expansos tollite. Plerique tamen vertunt: *amouete pinnas, minas, moenia, muros, turres, propugnacula eius, vel minas-murorum eius.* id est, diruite muros, vt 2. Reg. 25. vers. 10. & Nchem. 1. vers. 3. & 2. v. 3. sed *pinnarum* haec significatio plurimis meritò suspecta

suspecta est. Ad verbum : *auferite dimissiones eius.* id est, si quid dimissum aut derelictum fuerit ex muris seu propugnaculis eius, prorsus euellite, & diruite, vt conueniat cum Psal. 136. v. 7.

QVIA NON SVNT DOMINI.] Alij: *quia isti non sunt Iehoua.* Datus casus est Iehoua, id est, ad Iehouam non pertinent, non sunt ipsi curæ, ab eo defecerunt, & ipse abiicit eos.

VERS. 11. PRÆVARICATIONE ENIM PRÆVARICATA EST IN ME.] Alij: *Nam perfidendo perfide-egerunt, seu omnino perfide egerunt contra me.* Geminatio, ingenti & desperata perfidia egisse eos ostendit.

VERS. 12. NEGAVERVNT DOMINVM.] Alij ex Hebr. 1. *Mentiti sunt in Iehouam.* 2. *Eminentur in Iehouam.* 3. *Defecerunt à Iehoua.*

ET DIXERVNT, NON EST IPSE.] Alij: 1. *& dixerunt, Ipse non est.* id est, non est ille ipse Deus cuius nutu omnia sunt in hoc mundo. 2. *& dicunt, Non ita est.* vt Iehoua per prophetas dicit: vide 2. Paralipom. 36. vers. 15. & 16.

VERS. 13. PROPHETÆ FVERVNT IN VENTVM.] Alij: *Et isti propheta abibunt in ventum.* id est, pseudoprophetae euanescent & disflabuntur. Non pauci de probis prophetis accipiunt, ac si dicat, putant Iudæi vento vaniora esse quæ ipsis prophetae ex ore Dei denuntiant mala.

ET RESPVSVM NON FVIT INEIS.] Alij: 1. *& verbum, vel sermo, scilicet Dei. non est in eis.* id est non afflantur diuino spiritu aut ex ore Dei loquuntur, sed ex suo cerebro sua somnia. 2. *& verbum nullum est in eis.* id est, nihil horum, quæ prænantiant, eueniet. vel non amplius prophetare audent, aut valent. 3. *& qui loquatur non est inter eos.* כִּי דִבֶּבֶר, proprie loquutio, loquela, verbum, sermo, non est eis: id est, non audent loqui, mutire, hircere, quod à populo obfirmato non audiantur, sed interficiantur. De veris Prophetis.

HÆC ERGO EVENIENT ILLIS.] Quidam superioribus neclunt: *& qui loquatur non est inter eos, quod sic eueniat eis.* id est, nullus prophetarum audent eis loqui ac denuntiare quæ eis euentura sunt mala. vel non loqui Deum per eos equum dicebant, *Sic fiet istis.* Alij reddunt: *ita fiet ipsis.* id est, potius hæc mala, quæ nobis denuntiant, in ipsos prophetas recident, & nos male multabimus ipsos; prout denuntiant nobis, ipsos gladio perdemus & fame: Sic tentatum fuisse in Iirmeiam legimus infra cap. 11. & 18. & 20. & 26. & 37. & sequentibus.

VERS. 14. HÆC DICIT DOMINVS DEVS EXERCITVVM: QVIA LOQVVTI ESTIS VERBVM ISTVD, &c.] Alij: *Idcirco sic ait Iehoua Deus exercituum, eo quod loquimini verbum istud, &c.* Exortatio suppliciorum, vt diximus in vers. 7. qua Deus primum prophetam instruit, & armat potente verbo, vt liberè iudicia pronuntiet, hoc versu; deinde iudicia illa explicat, quinque sequentibus.

ECCE EGO DO VERBA MEA IN ORE TVO IN IGNEM.] Alij: *ecce ego redditurus*

sunt verba mea in ore tuo velut ignem, populum autem hunc velut ligna, qua ille consumat. Apostrophe ad Iirmeiam, qui prænantians verbo calamitates populi illud facere dicitur, quod Deus præstat opere versibus sequentibus: Sic Ezechiel. 24. vers. 5. & 9. vide supra cap. 1. vers. 10.

GENTEM DE LONGINQVO.] vt Isaiæ 5. vers. 26. ex interminatione legis Deuteron. 28. vers. 49.

GENTEM ROBVSAM.] Hebr. *gens dura, fortis, pertinax, vehemens, intractabilis, ipsa.* Quidam: *qua gens robusta est.*

GENTEM ANTIQVAM.] Hebr. *gens ab aeterno, à seculo, ab olim ipsa.* Aliqui: *gens antiquissima est.* id est, cuius monarchia & republica iam olim fuit rerum publicarum princeps: vide Genes. 10. v. 10.

QVASI SEPVLCHRVM PATENS.] vel *aperitum.* id est, multos conficiet & consumet fagittis è pharetra de promptis: metonymicè.

CONTERET VRBES MVNITAS TVAS.] Hebr. *depauperabit, ad extremam paupertatem rediget, vrbes munitionum tuarum. vel munitissimas tuas.* Forsterus: *exterminabit ciuitates munitionum tuarum. vel exterminio-delebit.* id est, vt non amplius habitentur, aut sint possessiones, & hæreditates in illis.

NON FACIAM IN VOS CONSVMMATIONEM.] Alij: *non faciam vobiscum consummationem.* Quidam totum versum: *Sed ne temporibus quidem illis; dictum Iehoua, fecero vobiscum consummationem.* vt supra v. 10.

ANNVNTIATE HOC DOMVI IACOB, &c.] Alij: *Indicate hoc in domo Iahakobi, & pronuntiate ipsum in Iebuda dicendo.* Iam sequitur amplificatio duorum præcedentium locorum confirmationis, vt diximus in v. 7. primum enim contestatio peccati Iudæorum illustratur, hoc toto Capite reliquo: deinde iudiciorum prænantiatio, versibus nouem Capitis sequentis.

QVI HABENTES OCVLOS NON VIDETIS; ET AVRES, ET NON AVDITIS.] Hebr. in tertia persona: *quibus oculi sunt, & non vident; quibus aures, & non audiunt.* vt Isaiæ 42. vers. 18. & 43. vers. 8.

ME ERGO NON TIMEBITIS, &c.] Alij: *An me non reuerberimini, &c.* Primum contestationis argumentum, increpans obfirmationem Iudæorum ab exemplo admirabilis operis Dei, qui arena coërcet immanes fluctus maris.

ET A FACIE MEA NON DOLEBITIS.] Alij: 1. *an à facie mea non contremiscentis?* 2. *an non à facie mea pauebitis, formidabitis? & commouebuntur, & non poterunt.* Alij: 1. *quammis incutiant se, non tamen preualent.* 2. *sciuunt quidem fluctus eius, sed nihil possunt.* Proprie; *& commouere, collidere, percellere fecerunt, & non poterunt, vel preualebunt.* Formula Hithpahel magnam commotionem, & collisionem, seu percussorem significat.

ET INTVMESCENT ELVCTVS EIVS, ET NON TRANSIBVNT ILLVD.] Alij: *quammis fremant, perstrepan, tumultuentur, resonent, fluctus eius, non tamen transgrediantur illud.*

VERS. 23. POPULO AVTEM HVIC FACTVM EST COR INCREDVLM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. 1. *At populo huic fuit cor rebelle ac contumax; defecerunt & abierunt.* 2. *Populo autem huic fuit cor declinans ac rebelle, vel prauum, & peruersum, declinauerunt ad alios deos, & recesserunt à Deo vero.* 3. *At populo isti est animus contumax, & rebellis: ut recesserunt, pergunt.* id est, nulla re coercerentur, quum decretum Dei arenâ coerceret fluctus inaris ingentissimos.

VERS. 24. ET NON DIXERVNT IN CORDE SVO METVAMVS DOMINVM DEVM NOSTRVM, &c.] Alij: *Neque dicunt cum animo suo, Reuerentur iam Iehouam Deum nostrum, &c.* Secundum contestationis argumentum: *Neque reuocantur, inquit, singularibus erga ipsos beneficiis.*

PLENIFVDINEM ANNVÆ MESSIS CVSTODIENTEM NOBIS.] Alij ex Hebr. 1. *iuramentis statutis messem seruat nobis.* videtur, inquit, dicere de iuramento & pacto de quo Genes. 8. vers. 22. & Leuit. 26. vers. 3. & sequentibus. 2. *Distinctè, septimanas, statuta messis seruat nobis.* Exponunt, septimanas, id est, annos illos intermissionis terræ, quibus singularem benedictionem Deus promiserat, Leuitic. 25. vers. 20. & sequentibus. Statuta messis, quæ ipse promisit in messem, Leuitic. 26. vers. 4. & 10. Sed שבועות *schebuboth*, est in regimine: & exponi postulat, *septimanas statutorum.* 3. Forsterus: *hebdomadas statutorum messis custodit nobis.* id est, hebdomadas statas ac certas messis. Quidam exponunt, qui tempus, commodum, & idoneum metendis segetibus seruat nobis; quasi dicat, qui nobis nedum fertiles messes, sed & serenitatem temporis metendis segetibus apertam tribuit. Alienius alij: *hebdomadas præceptorum messis custodit nobis.* id est, referuat nobis serenum tempus ac sudum spatio septem hebdomadarum, quas nos seruare præcepit tempore messis triticeæ, ex die, quo primitias frugum offeremus, Exod. 34. vers. 22. Leuitic. 23. v. 15. & Deuterom. 16. v. 9.

VERS. 25. INIQUITATES VESTRÆ DECLINAVERVNT HÆC.] Alij ex Hebr. 1. *Iniquitates vestre auerterunt ista.* 2. *declinare fecerunt, vel deflectere fecerunt ista.* scilicet bona à vobis. id est, effecerunt ne vobis darem pluitiam præproperam & serotinam, & statuta tempora messium. Minus rectè alij, *declinauerunt ista.* id est, inuexerunt in vos hæc mala, quæ vobis interminatus sum.

VERS. 26. QVIA INVENTI SVNT IN POPVLO MEO IMPII.] Alij: *Nam præsto sunt in populo meo improbi.* Descriptio iniquitatis Iudæorum, quam neque exemplis omnipotentis, neque beneficentia Dei corrigi, propheta demonstravit, tribus versibus præcedentibus.

IMPII.] *רשעים reschagim, proprie inusti, improbi, turbidi, seducti, turbulenti, irrequieti.*

INSIDIANTES QVASI AVLVPE.] Alij ex Hebr. 1. *huc illuc aspiciunt, ut qui disponunt laqueos, capiendis auibus.* 2. *qui obseruant, ut is, qui laqueos ponit.* 3. *aspiciet ad Malueda; In libr. Ierem.*

vias ut qui ponit laqueos. 4. *prospiciet velus residere aucupes.* ita Forsterus, qui etiam vertit: *respectat tanquam ex condensis frondibus illaqueatorum, seu irretitorum, captatorum, aucupum.* videtur legisse ש, *sach*, cum Scin sinistro, seu Samech, pro iugurio, trichila, vel casa frondea. 5. *intuebitur secundum positionem, expositionem, expansionem laqueorum.* id est, quum posuerit laqueos, obseruabit. 6. *quisque contemplatur, ut tendentes aucupes.* ex verbo, *secundum tendere aucupum, vel aucupes.* Descriptio allegorica obfirmata & accuratissima malitiæ populi, hoc & sequente versu cui similis est Prouer. 1. v. 17.

LAQEOS PONENTES ET PEDICAS, &c.] Alij paraphrasticè: *feneas fodiunt, in quibus homines perdant ac accipiant.* 2. *statuunt perditionis instrumenta, homines capiunt.* 3. Forsterus: *ponent, statuunt perditionem, in qua homines capient.* מושחתים *maschchith*, vsurpatur hic abstractè ut aliàs sæpenumero, & pro retis genere ponitur, eadem ratione qua חרחרה *cherem*, Habakuk 1. vers. 15. & Michæ 7. vers. 2. 4. *statuerunt exterminatorium, homines occupabunt.*

DECIPVLA.] *כלוב chelub, id est, cors, cauea, canistrum, corbis, fiscus, fiscella.* Valentinè dicimus, *Serpell.* Quidam esse volunt, caueam, quæ fieri solet ad capiendas aues, superposita tabella, quæ leuissimo momento deprimitur, rursusque sponte attollitur: quo instrumento perdices potissimum capi solent.

PLENÆ DOLO.] id est, rebus dolo partis, metonymicè.

IDEO MAGNIFICATI SVNT ET DITATI.] Alij: *propterea magni & diuites sunt.* id est, neque tantum non afficiuntur conscientia mali, sed etiam ex illis auerscunt, in illis gloriantur, ditantur, pinguescunt, &c.

INCRASSATI SVNT.] Hebr. *pinguerunt, pingues facti sunt, saginati sunt, oleati, seu oleosi, quasi oleo peruncti sunt:* ut Deuteronom. 32. vers. 15.

ET PINGVATI.] *גחש ghascherhu* exponunt, *nitidi, tersi, politi, splendidi fuerunt.* nempe bene curata cute. Quidam reddunt: *pingues, nitidi sunt.* Alij: *obesi facti sunt, & nitida cute fuerunt.* Hispanicus Interpres: *hizieron rez res blandeciente.*

PRÆTERIERVNT SERMONES MEOS PESSIMI.] Alij ex Hebr. *etiam superarunt facta pessimi.* cuiusque. id est, sunt peiores pessimis quibusuis. 2. *sunt etiam, qui transgrediuntur malis rebus.* 3. *etiam transcendunt res malas.* id est, expertes sunt omnis mali & calamitatis: non sunt nexus eis vsque ad mortem eorum, &c. ut Psalm. 72. & vers. 4. & sequentibus.

CAVSAM VIDVÆ NON IVDICAVERVNT, &c.] *vidue,* non est Hebr. sed acceptum videtur ex Isai. 1. vers. 13. vbi est eadem sententia. Hoc hemistichium alij ex Hebr. reddunt: 1. *causam non iudicant, causam pupilli, tamen prosperantur: & ius egenium non iudicant.* 2. *ius non dicunt, nec pupilli causam, nec pauperum iudicium expediunt, &*

ramen res eorum prosperè cadunt. vel felicem vitam agunt.

VERS. 29. NVMQVOD SVPER HIS NON VISITABO? &c.] Regressio ad contestationis verba, supra vers. 9.

VERS. 30. STVPOR ET MIRABILIA FACTA SVNT IN TERRA.] Alij: 1. Stupenda, vel fetida, & horrenda sunt in terra. 2. Res stupenda & horrenda fit in terra hac. videlicet res, quæ exponitur sequente versu. 3. Forsterus: Afflatus-abominantis, & horror, seu horripilatio facta fuit in terra. vel horrendum, horribile. 4. Admiratio, ecstasis, & turpe, sceditas, facta est in terra.

VERS. 31. PROPHETÆ PROPHETABANT MENDACIVM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. connertunt: 1. Propheta vaticinantur falsò, seu mendaciter, & sacerdotes acceperunt subaudi, munera, in manus suas, vt scilicet peruertant causas: & populus meus dilexerunt sic, id est, dele ctantur in eo, quod sic à maioribus suis decipiantur, & depilentur: quid autem facietis in nouissimo eius? rei. vel eius stuporis & sceditatis. Affixum est foamineum. 2. Propheta prophetant falsum, & sacerdotes condescendunt, seu applaudunt illis manibus suis, populo autem meo placent ista, quid vero tandem facietis? 3. Propheta ipsi prophetant falsò, & sacerdotes dominatum exercent per manus horum, siue horum operâ. id est, dominos agunt

in hæreditatem Domini, vt dicitur i. Petri 3. vers. 3. idque ministerio pseudo prophetarum, quos sacerdotes ad conciliandam sibi auctoritatem submittebant: & populus meus ira amant, fieri, vel hæc amant: quid autem facturi essetis in extremitate huius? seu tandem? videlicet, nisi reprimeremini suppliciis, quæ mox denuntiantur sequente capite.


APPLAVDEBANT MANIBVS SVIS.] Verbum רדד radah, proprie est dominari, imperitare, potestatem habere, ius & dominium usurpare, exercere. [Et nota, inquit Forsterus, quod quando hoc verbum constructur cum nomine יד iad, manus, tum habet לך ghal prepositionem, sicut verbum ידד in tertia coniugatione הוריד horid, descendere-facere; & significat in manus desumere, demittere ex loco superiore, Iudic. 14. vers. 9. (Et desumpsit illud in manus suas.) Respicit autem ad fauum, quem quum apes in altum desigunt, qui eum accipere velit, in manus descendere faciat, & desumat super manus. Sic hoc loco: & sacerdotes desumebant scilicet oblationes & leuandas in manus suas.] itaque in eiusmodi constructione R A D A H mutuatur suam significationem à I A R A D, in Hiphil, cognata radice. Auenarius reddit: & sacerdotes deducunt, id est, torquebunt, ad manus suas. id est, ad sua comoda.

CAPVT VI.

Prædicatur calamitas ac vastitas Ierosolymorum ab Assyrijs, eò quòd contempserint legem Domini, nec audire voluerint increpationes; sed omnes, & potissimum primates, propheta ac sacerdotes auaritia & dolo studuerint ideoque & ipsos & eorum sacrificia Deus abiicit: iubet ergo propheta eos lugere quoniam purgari conflatario non potuerunt.

Vulg.


Malu.

1  Onfortamini filij Benjamin in medio Ierusalem, & in Thecua clangite buccina, & super Bethhacarem leuate vexillum: quia malum visum est ab Aquilone, & contritio magna.

2 Speciosa & delicata assimilauit filiam Sion.

3 Ad eam venient pastores, & greges eorum: fixerunt in ea tentoria in circuitu: pascet vnusquisque eos, qui sub manu sua sunt.

4 Sanctificate super eam bellum: consurgite, & ascendamus in meridie: va nobis, quia declinavit dies, quia longiores facta sunt vmbra vesperi.

1  Bfirmate, filij Binjaminis, deintimo Ierusalaim; & in Thekoagh^a infigite tubam; & super Bethhacherem leuate leuandam. quia malitia prospecta fuit de septentrione, & confractio grandis.

2 Concupitæ & ^b deliciis - præditæ assimilauit filiam Tziionis.

3 Ad eam venient pastores, & greges eorum: infixerunt super eam tentoria circuitu, ^c pauerunt vir manum suam.

4 Sanctificate super eam cætionem, surgite, ^c & ascendimus in meridiebus: oi nobis quia ^c faciavit dies; quia extendentur vmbra vesperæ.

5 Surgite

^a imprimate clangite buccina, Hispanicè, clarin, sic v. 17.

^b delicate-nutritæ

^c depastifunt dvt ascendamus, sic v. 1.

^c aspexit, faciem-vertit

5 Surgite, & ascendamus in nocte, & dissipemus domos eius.

6 Quia hæc dicit Dominus exercituum: Cadite lignum eius, & fundite circa Ierusalem aggerem: hæc est ciuitas visitationis, omnis calumnia in medio eius.

7 Sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam: iniquitas & vastitas audietur in ea, coram me semper infirmitas & plaga.

8 Erudite Ierusalem, ne forte recedas anima mea à te, ne forte ponam te desertam, terram inhabitabilem.

9 Hæc dicit Dominus exercituum: Usque ad racemum colligenti quasi in vinea reliquias Israel: conuerte manum tuam quasi vindemiator ad cartellum.

10 Cui loquar? & quem contestabor ut audiat? ecce incircumcise aures eorum, & audire non possunt: ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium, & non suscipient illud.

11 Idcirco furore Domini plenus sum, laboravi sustinens: effunde super paruulum foris, & super consilium iuuenum simul: vir enim cum muliere capietur, senex cum pleno dierum.

12 Et transibunt domus eorum ad alteros, agri & uxores pariter: quia extendam manum meam super habitantes terram, dicit Dominus,

13 A minore quippe usque ad maiorem omnes auaritia student: & à propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt delum.

14 Et curabant contritionem filie populi mei cum ignominia, dicentes: Pax, pax: & non erat pax.

15 Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: quum potius confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt, quam ob rem cadent interruentes: in tempore visitationis sue corruent, dicit Dominus.

16 Hæc dicit Dominus: State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea: & inuenietis refrigerium animabus vestris. Et dixerunt. Non ambulabimus.

17 Et surgere-faciam super vos speculatores. Maluenda, In libr. Ierem.

5 Surgite, & ascendimus in nocte, & funditus-perdidimus palatia eius.

6 Quia sic dixit IHVH TZEBAOTH, Excindite lignum & effundite super Ierusalem aggerem: ipsa vrbs visitari-facta est, omne eius, fraudulentia in intimo eius.

7 Secundum venificare puteum aquas suas, sic venificauit malitiam suam: violentia & deuastatio audietur in ea super facies meas ioges, & agrotatio, & percussio.

8 Disciplinare Ierusalem, nequando luxabitur anima mea de à te: nequando ponam te afflationem; terram non habitatam.

9 Sic dixit IHVH TZEBAOTH, Dehonestate dehonestabunt sicut vitem reliquiam Israelis: reuertere-fac manum tuam sicut vindemians super canistra.

10 Super quem loquar, & contestatus-fui, & audierunt: ecce præputiata auris eorum; & non poterunt ad auscultare: ecce verbum IHVH fuit eis probro, non bene-complacebunt in eo.

11 Et ardorem IHVH impleui, defatigatus-fui sustinere; effundere super paruulum in foris, & super consilium electorum vnite; quia etiam vir cum virâ capientur, senex cum pleno dierum.

12 Et circumgyrabuntur domus eorum alienis, agri & mulieres vnite: quia extendam manum meam super habitantes terræ, & Fidelis sermo IHVH.

13 Quia de paruo eorum, & usque ad grandem eorum, omne eius auarizans auaritiam: & de propheta & usque ad sacerdotem omne eius faciens falsitatem.

14 Et sanauerunt contractionem filie populi mei super leuifactionem, ad dicere: Pax, pax; & non pax.

15 Pudefecerunt quia abominationem fecerunt: etiam pudescere non pudescerunt, etiam ignominia afficere non cognouerunt; ad sic cadent in cadentibus; in tempore visitabo eos, impingent, dixit IHVH.

16 Sic dixit IHVH, State super vias, & videte, & postulate semitis æterni, vbi ista via boni, & ambulate in ea; & inuenietis repausationem animæ vestræ. Et dixerunt; Non ambulabimus.

17 Et surgere-faciam super vos speculatores.

farces

stratam

i vide Genes. 6. 11. k agritudo, moibus

i afflatum, afflandam, stupendam, defolationem m vide in Leuit. 19. 16.

n præputiata habens

o æstum, iræ, exca, descensionem p vniuersitate q secretum, arcanum r iuuenum, s pariter, simul, vna. sic v. 12.

p extensis, extraneis u vide in Genes. 22. 16.

x omnis is sic statim

y quo visitabo

z datius a sæculi, olim b datius

Ier. 1. 56. d. 11. Inf. 8. d. 10.

Matt. 21. d. 29.

Audite vocem tubæ. Et dixerunt: Non audiemus.

18 *Idè audite gentes, & cognosce congregatio, quanta ego faciam eis.*

19 *Audi terra: Ecce ego adducam mala super populum istum, fructum cogitationum eius: quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt.*

20 *Vt quid mihi thus de Saba affertis, & calamus suauolentem de terra longinqua? holocausta vestra non sunt accepta, & victima vestra non placuerunt mihi.*

21 *Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego dabo in populum istum ruinas, & ruent in eis patres & filij simul, vicinus & proximus peribunt.*

22 *Hæc dicit Dominus: Ecce populus venit de terra Aquilonis, & gens magna consurget à sinibus terra.*

23 *Sagittam & scutum arripiet: crudelè est, & non miserebitur, vox eius quasi mare sonabit: & super equos ascendent, preparati quasi vir ad prælium, aduersum te filia Sion.*

24 *Audiuimus famam eius, dissoluta sunt manus nostra: tribulatio apprehendit nos, & dolores ut parturientem.*

25 *Nolite exire ad agros, & in viæ ambuletis: quoniam gladius inimici, pavor in circuitu.*

26 *Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere: luctum vnigeniti fac tibi, planctum amarum, quia repentiè venit vastator super nos.*

27 *Probatores dedi te in populo meo robustum: & scies, & probabis viam eorum.*

28 *Omnes isti principes declinantes, ambulantes fraudulentè, as & ferrum: vniuersi corrupti sunt.*

28 *Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum, frustra confluuit conflator: malitia enim eorum non sunt consumpta.*

30 *Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos.*

culantes, Auscultate voci tubæ. Et dixerunt, Non auscultabimus.

18 *Ad sic audite gentes: & cognosce*

19 *Audi terra; Ecce ego venire faciens malitiam ad populum istum, fructum excogitationum eorum: quia super verba mea non auscultauerunt; & legem meam, & fastidiuerunt in ea.*

20 *Ad quid iste mihi thus de Saba veniet, & canna bona de terra longinquitatis? ascensiones vestræ non s beneplacito, & sacrificia vestra non miscuerunt se mihi.*

21 *Ad sic sic dixit IHVH, Ecce ego dans ad populum istum impactiones: & impingent in eis patres & filij vnité, k scenitans & sodalis eius l auferentur.*

22 *Sic dixit IHVH, Ecce populus veniens de terra septentrionis: & gens grandis excitabitur de femoribus terræ.*

25 *Arcum, & rhomphæam m obtinebunt, n crudelis o ipse, & non p inuiscerabunt; vox eorum sicut q mare r sonabit; & super equos vehentur: ordinatus sicut vir s cæioni, super te, filia Tziionis.*

24 *Audiuimus auditionem eius, remissæ fuerunt manus nostræ: coangustatio obtinuit nos, dolor sicut parturientis.*

25 *Non exibis in agrum, & in via non ambulabis; quia gladius malevolentis pavor de circuitu.*

26 *Filia populi mei r accinge saccum & volutare te ipsam fac in cinere, luctum v vnici fac tibi, celebrem planctum x amaritudinum: quia subito venit deuastans super nos.*

28 *Probamentum dedi te in populo meo, munitionem: & cognouisti, & probabis viam eorum.*

28 *Omne eorum discedentes refractariorum, ambulantes z delatoris; a æs & ferrum: omne eorum b funditus perdentes ij.*

29 *Exustum fuit sufflatorium de igne, consummatum plumbum c præcipitantiæ, visis vrere, & d mali non abrupti fuerunt.*

30 *Argentum fastiditum vocauerunt eis, quia e fastidiuit IHVH in eis.*

e cœtus, cōgregatio, concilium, collegium d quæ sunt

e fastidium habuerunt

f holocausta g sunt benevolentia, acceptationi, h offensiones, scandala i vt v. 11. j tabernaculans, scolaribus l disperibunt, vel & peribunt

mprehendent, arripient n ferrox, sauus o vel ipsa p visceribus miseribus cordia cōplectentur q maris

r fremet, perstrepet, tumultuabitur s prælio, bello t cilicium u vnigeniti x amarissimum y omnes ipsi sic statim z delationis a chalybs b perditores, corruptores, exterminatores

c temeritati d mala

e vt v. 19.

COMMENTARIA.

VERS. I.



CONFORTAMINI FILII
BINJAMIN, &c.] Amplificatio
alterius partis in confirmatio-
ne positæ, vt diximus cap. 5.
vers. 20. qua propheta velut bel-
licum canens maximas clades Iudæis prænun-
tiat, vsque ad v. 10.

Confortamini. Imperatiuum *וְיָצִי* *ghaghizu*,
ex Hiphil plerique deducunt à *וְיָצִי* *ghuz*, vel
וְיָצִי *ghiz*, exponuntque, *congregate-vos, recipite-*
vos, fugite, confugite. Alij ab *וְיָצִי* *ghazaz*, *robo-*
rate, confirmate, fortificate vos. vide supra cap. 4.
vers. 6. Denuntiatio iam iam instantis hostis.
Quidam Hebræorum volunt esse ironiam,
quasi dicat, scilicet, Roborate vos, vel confu-
gite, quasi vobis vires sint ad resistendum ho-
sti, aut spes vlla effugij: Sanè nulla erit. Obsi-
debitur enim Ierusalem, & in potestatem ho-
stis deueniet.

FILI BENJAMIN.] seu *Benjanimita.* Qui-
dam exponunt, id est, Ierosolymitani, quod
Ierusalem magna ex parte esset in tribu Binja-
minis. vide in Iosue 15. vers. 63. Alij, Binjani-
mita, id est, Iudæi omnes, synecdochicè: sed
Binjanimita probrosè videntur appellari pro-
pter scelus Ghibhæ, de quo Iudic. 19. & se-
quentibus: vt Hoseæ 9. vers. 9. & 10. vers. 9. qua-
si dicat, scelerati adulteri: quomodo vocan-
tur principes Sedomi, & populus Gamoræ;
Isai. 1. v. 10.

IN MEDIO IERUSALEM.] Hebr. *de intimo,*
intraneo, Ierusalaimorum. id est, excurrite in
fines vestros, ad repentinam hostilis aduentus
significationem.

ET IN THECUE CLANGITE BUCCINA.]
תְּקוּ תְּהִקּוֹחַ *Thekoagh*, oppidum erat sortis Iehudæ,
vt apparet ex 1. Paralipom. 2. vers. 24. & cap. 4.
vers. 5. & 2. Paralipom. cap. 11. vers. 6. & 1. Ma-
chabæor. 9. vers. 33. de quo vide in 2. Sa. uel. 14.
vers. 2. Hebr. est paronomasia in *תְּקוּ תְּהִקּוֹחַ*
bithkoagh tikhhu clangetis. siue in *buccina buc-*
cinatæ.

ET SUPER BETHHACAREM.] Quidam:
& *Beth-ceremum versus.* De quo oppido in
tribu Benjaminis, vide Notas in Nehemiæ 3.
vers. 14.

LEVATE VEXILLVM.] Hebr. *leuare leuan-*
dam. Plerique, id est, vexillum, signum mili-
tare. Alij: *leuate incendium:* sic enim vox
תְּנַשׂוּ *maseth* sumitur Iudic. 20. vers. 40. id est,
ignem, seu facem è specula sublatam aut tumu-
lo, hostium aduentus prænuntiam. Græci
appellant, *phryctos*, & speculatorias turres
phryctoria. De quibus vide Suidam, & The-
saurum Henricianum, Tomo 4. column. 227.
& 228. & Lipsium de Militia Romana lib. 5.
Dialogo 9. extremo: qui mos militiæ ferè om-
nium gentium fuit.

QUIA MALVM VISVM EST AB
AQUILONE, ET CONTRITIO MAGNA.]
vide supra cap. I. v. 14. & cap. 4. v. 6. & 20. Sic
infra vers. 22.

VERS. 2.

SPECIOSÆ ET DELICATÆ ASSIMI-
LAVI FILIAM SION.] Alij ex Hebr.
1. *Mulier, sicut habitanti in tabernaculo, &*
delicata assimilauit filiam Tzizonis. 2. *Concu-*
pita, venusta, decora, pulchra, & delicata assi-
milauit filiam Tzizonis. vel assimilaueram. id est
pace, & bonis omnibus, gloriaque Iudæam
exonaueram: vt supra cap. 5. vers. 7. & 24. sed
ea ipsa ornamenta hostes aduersus Iehudæam
prouocatura sunt, vt prædixerat Ieschahia
Chizkijæ, 2. Reg. 20. vers. 17. 3. Forsterus:
Pascuo, & deliciis assimilauit filiam Zionis. vel
amœnitati, seu amœna, & delicata, assimilauit
filiam Tzizonis. *נָחַל נְאוֹה* *nauah* *fœmineum* hic pro
adiectiuo sumunt, *concupita, venusta, decora,*
amœna. alij pro substantiuo, vt *נָחַל נְאוֹה* sit,
pascuum, amœnitas, nomus, vt Exod. 15. v. 13.

AD EAM VENIENT PASTORES ET
GREGES EORVM.] Alij: *Ad eam venturi*
sunt pastores cum gregibus suis. id est reges,
& principes, ducesque Chaldæorum, cum
copiis & exercitibus suis. Sic infra cap. 12.
vers. 10. Homerus principes ac duces vocare
solet *pastores populorum.*

FIXERVNT IN EA, &c.] Alij ex Hebr.
1. *figent circum eam tentoria sua, idque circum-*
quaque, pascet quisque quod manus sua commis-
sum est. 2. *fixuri aduersus eam tentoria cir-*
cumquaque, depasturi quique spærium suum.

SANCTIFICATE.] Alij: *Præparate, com-*
parate, super eam, vel contra eam bellum. seu
prelium. Ethopœia, qua propheta desiderium,
& verba regum ac ducum exprimit, studio, &
celeritate inter se contententium, vt certa-
tim inuadant Ierusalaima. Aliqui reddunt:
Indicite, sacrate, contra eam bellum. Forsterus:
Sacrificate contra eam bellum. [*Quia bella cum*
apud Iudæos, tum etiam gentes certis ceremoniis,
legibus, ritibus, solemnitatibus, insuper etiam
insurandi sacratione interposita, sacramentique
obligatione suscipiebantur ac gerebantur: Sicue
testatur Deuteron. 20. ubi iura belli ordine com-
memorantur. Et extant exempla in historiis sa-
cris, qua idem testantur, vt 2. Samuel. 15. Vt inte-
rim taceam, quod bella piorum, seu mandante
Deo suscepta cultus fuerint Deo placens.] Et
sane apud Romanos bella per Fetiales sacris
quibusdam ritibus indicabantur, quos fusè
describunt Dionysius Halicarnæus lib. 2.
Linius lib. 1. cap. 32. Plutarchus in Numa,
Aulus Gellius lib. 16. cap. 4. Seruius in 9. Æneo-
dos. Vide Virgilium lib. 7. Æneidos, diuinis
illis versibus:

Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus
urbes

Albana coluere sacrum; &c.

CONSVRGITE ET ASCENDAMVS IN
MERIDIE.] Alij: *Surgite, & ascendamus ipso*
meridie. id est, quam primum antequam in-
clinet dies.

VÆ NOBIS QUIA DECLINAVIT DIES.]
Alij: 1. *Væ nobis quia reflectit se, vel abiit*

dies. Indignantium verba, quod non maturè satis ex sententia animi sui impressionem fecerint. quasi dicat, destituimur die, elabatur tempus quo urbem euertamus, agedum festinemus. 2. quia auertit se, seu vertit se. ad occasum. dies.

QVIA LONGIORES FACTÆ SVNT VMBRÆ VESPERI.] Hebr. quia extenderunt se umbra vespera. Vt ad Virgilij Ecloga 1.

Maioresque cadunt altis de montibus umbra. quia instante nocte extenduntur umbra.

VERS. 5.

SVRGITE, ET ASCENDAMVS, &c.] Alij: Surgite, & ascendamus ipsa nocte, & perdamus palatia eius. quasi dicat, noctes potius infomnes ducamus, quam vt obfidionem & euersionem Ierusalaimorum differamus, vt Isaiæ 5. vers. 27. Noctes, diesque insistamus obfidioni & euersioni Ierusalaimorum.

VERS. 6.

QVIA HÆC DICIT DOMINVS EXERCITVVM.] Alij: Nam sic ait Iehoua exercituum. Confirmatio præcedentis denuntiationis, à decreto Dei, quo primùm hostes propocantur; deinde causa iustitiam Dei afferens exponitur, hoc & sequente versu; tum patheticè Iudæa ad penitentiam reuocatur, vers. 8. ac postremò iudicium destinatum pronuntiat, vers. 9.

ET FVNDITE CIRCA IERUSALEM AGGEREM.] id est, aggere cingite, & circumnallate Ierusalaima. Alij: Et diffundite contra Ierusalaima catapultam. seu missilia catapultaria: metonymia. vide in 2. Samuel. 20. vers. 15. 2. Reg. 19. 32. hæc est ciuitas visitationis, omnis calumnia in medio eius. Alij ex Hebr. 1. ea est ciuitas, cuius visitabitur iniquitas, tota eius oppressio est in medio eius. id est, quia opprimuntur in ea pauperes omni genere oppressionis. Scipsum declarat versu sequente. 2. ea est ciuitas que visitata est tota ipsa; oppressor est in medio eius. 3. hæc enim urbs est, de qua ultio capienda est: omnis enim violentia in medio eius est. 4. hæc ipsa ciuitas visitanda est, quanta quanta est, oppressio est in medio eius. Formula Hophal, grauillimam visitationem, & ultionem significat.

CALVMNIA.] פוֹשׁׁ גְּבוֹשֶׁהֶק, fraus, fraudulentia, hypocantia, oppressio.

VERS. 7.

SICVT FRIGIDAM FACIT CISTERNA AQVAM SVAM, SIC FRIGIDAM FACIT MALITIAM SVAM.] Significat hac comparatione populi malitiam obriguisse, & quasi congelatam & congelatam fuisse, hoc est, obstinatam & obfirmatam. Alij ex Hebr. 1. Secundum ebullire puteum aquas suas, sic ebullire facit malitiam suam. 2. Quemadmodum scaturire facit puteus aquam suam, sic scaturire facit malitiam suam. 3. Forsterus & Mercerus: Quemadmodum fodiendo occurrere facit, eructat, elicit puteus aquas suas: ita ipsa eructauit, elicit velut fodiendo malitiam suam. 4. Leo Iudæ: Quemadmodum puteus enomit aquas suas; sic ista ebullit malitiam suam. 5. Tremellius, Iunius, Buxtorfius: Sicut manat, eructat, puteus aquas suas, ita manat, eructat illa malitiam suam. Possis ex verbo reddere: Secundum, vel sicut, venificare, id est, venas producere, aut venas eructare, puteum aquas suas, sic ista venificat mali-

tian suam, id est, multas venas producit, & eructat malitiæ suæ.

ERVDIRE IERUSALEM, NE FORTE RECEDAT ANIMA MEA A TE.] Alij ex Hebr. 1. Cape disciplinam, id est, Resipisce, Ierusalaim, ne forte abalienetur anima mea à te. 2. Patere vt erudiaris, o Ierusalaim, ne forte abscedat anima mea à te. 3. Erudire o urbs Ierusalaimorum, vt non luxetur, siue distendatur, aut disloquetur anima mea à te. id est, tanquam luxatum aut elisum membrum discedat abs te, & tu abscindaris ab illa tanquam ab alienatum membrum: metaphora optimè communionem Dei cum fidelibus explicans: vt Ezechiel. 23. vers. 17. & 18. 4. Forsterus: Castigare Ierusalaim, ne forte euellatur anima mea abs te.

VERS. 9.

V S QVE AD RACEMVM COLLIGENT QVASI IN VINEA RELIQVIAS ISRAEL.] alij ex Hebr. 1. Pagninus paraphrasi: vindemiator peracta vindemia, qui remanserant colligit racemos, ita ij colligendo colligent reliquias Israël. 2. Racemando racemabunt reliquias Israël vt vineam. quasi dicat, vt rustici vitem nobilem non solum vindemiant, sed etiam racemant: ita Chaldæi vindemiabunt Iehudæos, & racemabunt: hoc est, primum abducent nobiliores, deinde plebem. Primam abductionem vocat vindemiam; secundam vero, racemationem. 3. Prorsus racemabunt tanquam vitis reliquias Israël.

CONVERTE MANVM TVAM QVASI VINDEMIATOR AD CARTALLVM.] Hebr. alij reddunt: 1. Forsterus: Reduc, seu reduciendo manum tuam velut decerptor, seu vindemiator in sportas, vel corbes, canistra, cophinos. 2. Reverti-fac, vel redire-fac manum tuam sicut vindemiator ad canistra. verba sunt hostium mutuo se cohortantium, quasi dicat: Iterum atque iterum admoue manus, subinde capiendi novos, quos abducas in Babylonem. Hostes comparat vindemiatoribus, & racematoribus; abductos, racemis; carceres, vincula, captiuitatem, canistris. 3. dicentes, Refer manum tuam, vt vindemiator cum qualis. id est, subinde reuertentes ad spolia Iudææ exportanda, donec tota fuerit exhausta. Nam sæpius & per partes Iudæa expilata est, vt narratur infra cap. 52. vers. 28. & sequentibus. De qualis Maro 2. Georgicor.

— tu spisso vimine qualos.

Seruius: [per quos vinum defluit, qui & ipsi à colando dicti sunt.] Erant enim corbes viminei, in quos coniciebantur vix, & per quos liquabatur vinum calcatis vis.

CVI LOQVAR, &c.] Hunc versum ita alij ex Hebr. explanant: Quos alloquar, & contestabor vt audiant. Quarta pars concionis, vt dictum est cap. 3. in vers. 6. nimirum confutatio vanæ Iudæorum prædientia (qui negabant ita præcisè desperandum de populo, & denuntianda iudicia Dei) à malitia & obfirmatione illorum aduersus verbum eius, vsque ad vers. 18. deinde ab hypocrisi & simulatione externa cultus, vers. 20. quibus malis suæ pœnæ denuntiantur, versibus sequentibus. Exponitur autem illa malitia ab enumeratione partium: duæ sunt, inquit, Iudæorum partes, popula

popularis, & Ecclesiastica, vt supra cap. 5. v. 31. popularis obstinatio deplorata est, hoc versu; ac proinde maledicta, duobus sequentibus: Ecclesiastica verò eò deterior est, quòd non tantum Prophetæ & Sacerdotes ipsi obfirmantur, sed alios etiam obdurant, falsis promissionibus, tribus aliis sequentibus versibus: quamobrem rebellio vtriusque ordinis tandem concluditur, vers. 16. & 17. *ecce præputiata est auris eorum.* id est, oclusa & obstructa, veluti obducta cute aut adipe, atque obstipata, ne accipiat verbum Dei: nam præputium Hebræis accipitur pro re quavis putanda, refecandaque, vt Leuit. 19. vers. 23. *adeo vt non possint attendere: ecce verbum Iehouæ est eis probros, vel probrosus, non delectantur eo.*

VERS. 11.

ID CIRCO FVRORE DOMINI PLENVS SVM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. transferunt: *Quamobrem excandescencia Iehouæ plenus sum.* id est, plenus sum grauissimis verbis propheticis, grauissimam Dei indignationem testificantibus, vt supra cap. 1. vers. 10. & cap. 5. vers. 14. *defessus sum continendo, effusus sum super paruulum foris, & super cætum inueniunt pariter: quin etiam vir cum femina capientur, senex cum pleno dierum.* seu decrepito. Chaldaus Interpres: *Et prophetia de ira à conspectu Iehouæ effundenda plenus sum: fatigatus sum sustinendo, & non possum, subaudi, amplius, sustinere, vel ferre, &c.* Nos aptè verbum implendi transitivè accepimus, propter articum *אני* *eth*, vt interdum sumi solet. *Et astum-ira,* vel *astuantem-iram Iehouæ impleni.* id est, exequutus sum populo plenè denuntiare: *defessus sum vniuersitando.* id est, totam & vniuersam annuntiando.

VERS. 12.

ET TRASIBVNT DOMVS EORVM AD ALIENOS.] Heb. *Et deuoluentur, vertentur, transferentur, circumferentur domus eorum ad alios.*

VERS. 13.

OMNES AVARITIE SVDENT.] Heb. *Ista omnia complectuntur: omnis ipse vulnerat vulnus, præcidit præcisionem, corradit corraisionem, auarizat auaritiam.* id est, exercet, valide, cupide, quasi dicat, etiam ipsam auaritiam auarissimè exercet. Vide in Genes. 37. v. 26. *Quidam reddunt: 1. omnes auarè seferantur auaritiam. 2. omnis ipse concupiscens cupiditate. 3. quisquis est, quastuosus est quastus, seu deditus est quastui. 4. quisque auaritia & lucro inhiat.* Hæc & sequentia vsque ad v. 16. eisdem ferè verbis repetit Propheta infra cap. 8. v. 10. 11. & 12.

CVNCTI FACIUNT DOLVM. Alij: 1. *quisque fraudulemer & perfide agit. 2. quisquis est, agit falso.*

VERS. 14.

ET CVRABANT CONTRITIONEM FILIÆ POPVLI MEI CVM IGNOMINIA.] Alij ex Heb. 1. *Forsterus: Et sanauerunt fracturam filia populi mei super leuitate. 2. Et medenter fractura, contusioni, filia populi mei leui sermone.* id est, vano, verbis inanibus, & vanis. Vel verbis leuiculis, quasi nihil esset morbus. aut leuitate, seu leuiter. Quasi iocus aliquis aut ludus esset contusio, nihil serio agentes in re tam seria, sed leuiter & perfunctoriè curantes, quasi dicat, Pseudo-prophetæ vanissimis verbis vobis pollicentur

pacem & prosperitatem: Sed nihil horum videbitis. 3. *Et ipsi quidem cladi filia populi mei medentur rebus leuiculis. 4. Nam curant contritionem filia populi mei, secundum leuiculum.* Vel *secundum curationem mali leuiculi.* id est, vt curantur afflatu vel palpatione leuiculi puerorum casus, cum tamen grauissima sint & mortifera mala populi. Quidam exponunt: *super leui.* id est, leui seu facili ratione. *נְקַלְלָב* *nekallab*, formam participij Niphil habet, & ex verbo reddendum; *super leuifactam.* id est, sic curant fracturam ac si leuis & facilis esset.

VERS. 15.

CONFVSI SVNT, QVIA ABOMINATIONEM FECERVNT.] *הוֹבִישׁוּ* *hobishu* ferè omnes, intransitivè accipiunt, *pudesci sunt, pudore-affecti sunt, puduit ne eos.* Sed cum verbum sit Hiphil aptius nonnulli: *pudore-affecterunt, fecerunt-ne vt erubescerent quum abominationem fecerunt.* id est, an vnquam prophetæ isti populum reprehenderunt maleficiorum nomine? an vnquam populo exprobrauerunt quod abominationes faceret.

QVIN POTIVS CONFVSIONE NON SVNT CONFVSI, ET ERVESCERE NESCIEVNT.] *Quidam aptè: neque illi populares prorsus erubescunt, neque ignominia-afficere sciunt isti, Sacerdotes & prophetæ, quibus hæc cura, fuit mandata, Leuit. 10. vers. 10. & 11. Sic infra Cap. 8. v. 9. Sane infinitiuus הַחֲלִימׁ* *hachlim* cum sit ex Hiphil, etiam transitivè capiendus: *Etiam ignominia-afficere alios nesciunt.*

VERS. 16.

HÆC DICIT DOMINVS, &c.] Alij ex Heb. *Sic dicent Iehoua.* Summa præcedentis rebellionis explicatio, qualis fuit in populo, hoc versu; & in Prophetis & sacerdotibus, versu sequente. *State secundum vias, & aspiciate, & interrogate de semitis antiquis, quanam sit via boni, & ambulate per eam, ita inuenietis requiem anima vestra.* id est, non tantum ex priuata, sed etiam ex publica maiorum administratione & vitæ genere obseruate atque cognoscite quod vitæ genus sit vobis amplectendum, vt securam potiò agatis viam: allegoria: *dixerunt, non ambulabimus.*

ET INVENIETIS REFRIGERIVM] *מְרוּוֹת* *marghoagh*, propriè, *Rigorem, Frigiditatem, refrigerium, Requiem, Refectionem.* Græcus Matthæi Interpres 11. v. 29. reddidit, *ἀναπαυσις* *iv.* id est, *Repausationem, requiem, laboris intermissionem.* Hispanicè, *Reposo.*

VERS. 17.

ET CONSTITVI SVPER VOS, &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt: *Me constituente etiam super vos speculatores,* id est, probos Prophetas cum ordinarios, tum extra ordinem, & sacerdotes: Sic Isaia 56. v. 10. *dicendo, Attendite ad sonum tubæ,* id est, quæ significetis, & pronuntietis populo, vt Ezechiel. 3. v. 17. & 3; v. 7. *dixerunt, Non attendemus.*

AVDITE VOCEM TVBÆ] id est, prophetarum, vt Isaia 58. v. 1.

VERS. 18.

IDEO AVDITE GENTES, &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt: *Idcirco audite, o gentes, & agnosce o cætus, quæ insint istis,* id est, peccata, quorum isti peraguntur reï, & sententiæ

sententiam meam. Altera pars confutationis, ut dictum est in vers. 10. qua Deus præfractos Iudæos omissos faciens, gentes omnes & terram ipsam contestatur, duobus versibus, hypocritam redarguit, vers. 20. & sententiam fert exitij, vers. 21. quam sequentibus explicat.

QUANTA EGO FACIAM EIS.] Heb. *ea, que sunt in eis*, scilicet peccata. Quidam: *qua constituerim, aut decreuerim in eos.*

VERS. 19. FRUCTUM COGITATIONUM EIVS.] vel eorum, id est, supplicia consiliis & studiis eorum digna, ut Psalm. 27. v. 4. Prouerb. 1. v. 31. & infra cap. 17. v. 10.

ET LEGEM MEAM PROIECERUNT.] Heb. *& legem meam, & fastidium habuerunt in ea.* Alij: 1. *& legem meam spreuerunt in ea.* 2. *aliqui iungunt antecedentibus, quia verbis meis non attenderunt, neque legi meæ, sed abhorruerunt ab eâ* 3. *& ipsam quoque legem meam spreuerunt, vel reprobauerunt.*

VERS. 20. UT QUID MIHI THVS DE SABA AEFERTIS?] Heb. *Ad quid mihi thus de Seeba veniet?* De Sabæa regione Arabiæ Felicis thurisifera plura scies ex Theophrasto lib. 9. Historiæ Plantarum, cap. 4. Agatharchide Gnidio lib. 5. de Mari Rubro, cap. 50. Diodoro Siculo lib. 3. Numero 125. & 126. Strabone lib. 16. pag. 778. Plinio lib. 12. cap. 14. Solino cap. 36. Arriano in Periplo Erithræi Maris. Quin & Poëtæ Sabæos thuris fertiles celebrant. Maro 1. Georgicorum.

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.
Et lib. 2.

— *Solis est thurea virga Sabæis.*
Et 4. Æneidos.

— *centumque Sabæo.*

Thure calent aræ.

ET CALAMVM SVAVE OLENTEM.] Heb. *& canna bona.* Alij: 1. *& salammus odoratus optimus optimus.* 2. *& calamus aromaticus præstantissimus, קנהב kaneb, esse propriè quam vulgo canellam vocant, ostendimus in Exod. 30. v. 23.*

DE TERRA LONGINQVA.] Optimè interpretatur S. Hieronymus, ex India nam etiam hoc tempore ex India & insulis Molucis, Lusitanicis classibus in Hispaniam, indeque in Europam defertur ingens vis canellæ.

HOLOCAYTOMATA VESTRA NON SVNT ACCEPTA] vide Isai. 1. v. 11.

NON PLACVERVNT MIHI.] Heb. *non dulcuerunt, dulcia fuerunt, non fuerunt apta, congrua, suavia mihi.* Ex verbo: *non miscuerunt se mihi*, id est, non bene mihi miscentur, & aptantur, seu conueniunt, non rectè mihi temperantur. De huiusmodi usurpatione verbi *gharab*, quod propriè *Miscere* significat, vide Forsterum pag. 621. lexic.

VERS. 21. ECCE EGO DABO IN POPVLVM ISTVM RVINAS.] vel *offendicula.* Exponunt, id est, creabo perniciem Iudæis quam nulla ratione vitare poterunt. Quidam *Ecce ego dispositurus sum populo huic offendicula*, id est, instrumenta exitialis ruinæ, quæ exponuntur duobus versibus sequentibus.

ET RVENT IN EIS PATRES ET FILII SIMVL.] Alij: *in quæ offendant patres & filij pa-*

riter, &c ut supra vers. 11. id est, omnes promiscuè, synecdochicè.

DE TERRA AQUILONIS.] ut supra cap. 1. VERS. 22. v. 14. & cap. 4. v. 6. & vers. 1. huius capituli.

SCVTVM.] *צידון cidon*, vide in Iosue. 8. VERS. 23. v. 18. & in 1. Samuel. 17. v. 6. Hic Forsterus, *clanam* exponit. Leo Iudæ, *lanceam.* Auernarius, *cutonem.* Tremellius & Iunius *bastam-vexillarem.* Montanus *parmam.*

CRVDELIS EST.] Heb. *crudelis ipse*, id est, quisque eorum vel *crudelis ipsa* gens, nam *גחוי ghoi*, est masculinum.

PRÆPARATI.] Heb. singulare: *ordinatus, instructus, dispositus, paratus*, vnusquisque eorum, vel *gens instructa.*

AVDIVIMVS FAMAM EIVS, &c.] Alij VERS. 24. hunc versum ex Heb elucidant: *Audientibus nobis rumorem eius.* Exornatio præcedentis interminationis à consternatione, vastatione, & luctu Iudæorum grauissimo, tribus versibus, *remittentur manus nostra*, id est, Iudæorum, in quorum numero modestè seipsum comprehendit Propheta, per synecdochen,

NOLITE EXIRE AD AGROS, &c.] Qui- VERS. 25. dam: *Ne exiitote in agrum, & via ipsa ne pergitote: quia gladius inimico est, formido circumquaque*, quasi dicat, omnes agri pleni sunt hostibus armatis, qui omnibus irrorem incutiunt. Duo verba huius versus Heb. in-textu scribuntur singulariter fœmine, *non exibis, non ambulabis* filia Tziionis, de qua versu. 23. in margine verò leguntur pluraliter masculinè: *non exhibitis, non ambulabitis* ô Iudæi.

CONSPERGERE CINERE.] Heb. *voluta te, pronolue te.* Coniugatio Hithpahel magnam volutationem, & conspersionem in cinere denotat. Symbolum ingentis luctus & mæroris.

PROBATOREM DEDI TE IN POPVLO NEO.] *בבחון bachon*, reddunt: *Propugnaculum, arcem munitissimam, dedi te in populo meo.* id est, fortem & robustum instar arcis munitissimæ, ut valide ac infractè possis eorum scelera coarguere. Alij cum Nostro: *Probatores, speculatores, exploratores*, ut explores eorum mores, & prospicias mala, quæ illis euentura sunt, ut Ezechiel. 3. v. 17. & 33. v. 7. Leo Iudæ: *Excultorem, examinatorems posui te in populo meo.* Marinus Infinitium facit: *Ad probandum posui te munitionem, seu arcem in populo meo, ut scias, & probes, seu experiaris viam eorum.* Tremellius, Iunius, Buxtorfius reddunt: *In exploratoria specula, seu in turri speculatoria constitui te apud populum meum in munitione, ut cognoscas & explores viam illorum.* Conclusio totius concionis, ut dictum est in Cap. 3. v. 6. qua primum Deus Prophetam confirmat in functione sua, hoc versu: deinde Propheta, tanquam rebus cognitis & exploratis, summam totius concionis repetit de improbitate & reprobatione populi: similem allegoriam vide Iesaiæ 21. v. 6. & sequentibus.

OMNES ISTI PRINCIPES DECLINANTES.] VERS. 28. Alij ex Heb. 1. *Apostatae sunt omnes, apostata iniqua.* 2. *Omnes sunt contumaces contumacium.* seu *contumacium contumacissimi.* ut Genes. 9. v. 29. 3. *Omnes perversi, peruersorum*, id est, peruersissimi,

fissimi. 4. *Rebelles rebellium* סרי סררי *sare sorerim*, vel est, *Principes refractariorum*. vt *SARE* cum *Samech*, sic idem cum *SARE* cum *scin* sinistto. quod hæ litteræ sint vicissitudinariae. vel est, *Discedentes discedentium*. vel *refractariorum* id est, Summe refractarij & contumaces. De voce *SORER*, vide in Deuteronom. 21. 18.

AMBYLANTES FRAVDVLENTER.] Alij: 1. *ambulantes delatoriè*. 2. *cum detractioe*. de voce רכיל *rachil* vide in Leuit 19. v. 16.

VT ÆS ET FERRVM.] Alij: *chalybei & ferrei*. id est, frontis sunt chalybeæ & ferreae, hoc est, impudentissimi. vel sunt durissimi & obfirmatissimi. Possis reddere: *Ambulantes mercatura, negotiationis, æris & ferri*. hoc est, mercaturam exercentes non auri & argenti, & pretiosissimarum mercium, sed chalybis & ferri rerum prædurissimarum, & laboriosissimarum. vt sunt omnes qui ambulant vias præduras & difficiles peccati.

VERS. 29. DEFECIT SUFFLATORIUM, IN IGNE.] Alij ex Heb. 1. *Exustum, combustum est sufflatorium*; seu *follis*, ab igne, *consumptum est plumbum*: *frustra conflaguit conflatior*, & non sunt *ausi*. 2. *accensum est vas-fusorium, seu conflatatorium igne, integrum plumbum*; *frustra conflat excoctor*, & *mali non sunt ex purgati*. In hac, inquit, similitudine, Deus, seu propheta, est conflatior; argentum repurgandum est Iehuda, versu sequente; *follis*, est os Prophetæ: *plumbum*, omnia adminicula repurgationis, quod *plumbum* admisceatur conflationi argenti, & *facilius & minori detrimento conflatior*. quasi dicat, consumpta sunt omnia instrumenta & adminicula repurgationis Iudæorum, in vanum tentauit Deus eos conflare, nam obdurerunt in malitia sua:

3. Tremellius & Iunius exponunt: *Excrescit folis, igne consumitur plumbum, in vanum conflat conflagando, seu pergit conflare conflatior*; nam *mala auelli non possunt*. Ergasia, siue confirmatio aut exornatio præcedentis digiti, Iudæos in se ipsis & chalybeos esse, & adiuncta sibi omnia corrumpere: Verè, inquit Propheta, sunt ferrum & chalybs: non autem argentum, vt videri volunt: nam tantum abest, vt mala tanquam scoriæ ab ipsis disparentur, vt contra non magis fundi & conflari possint, quam ferrum aut chalybs: imò potius exsiccantur Æoli pylæ, contrahuntur & exuruntur folles, plumbumque totum (quod ad commoditatem fusuræ adhiberi solet) omnino euanescit, quam vt liquari possint ad purgationem sui.

IN IGNE CONSUMPTVM EST PLVMBVM.] Quod ad hiberi, inquit, solet ad commoditatem fusionis. Alij reddunt: *Integrum plumbum*. id est, integræ manent scoriæ seu faces, nec sunt ab argento excretæ.

CONFLATOR.] Siue Deus opifex summus, siue ad ministri ipsius.

ARGENTVM REPROBVM, &c.] Alij hunc versum ex Heb. exponunt: *Argentum reprobum vocabunt illos, vel vocantur illi*, imperpersonaliter, vt Iob 4. v. 19. & 7. v. 3. & alibi passim: *quia reprobatur Iehoua illos*. Appellatio synchoretica, siue per concessionem dicta: *argentum*, inquit, dici volunt: dicantur sanè: Sed reprobos tamen esse, & reprobatos à Deo artifice sapientissimo cognoscent: omnes.

ARGENTVM REPROBVM.] *דבדו nimas*, *fastidium, spretum, contemptum, reiectum, reprobatum*. id est, vel falsum, vel impurgabile.


VERS. 30.

CAPVT VII.

Quod frustra confidunt in templo, pessima perpetrantes, & prophetas audire nolentes, sicut & patres eorum: quapropter denuntiat templum abiiciendum, & terram Iuda redigendam in solitudinem: nec profuturam orationem Ieremiae pro illis, nec oblata ab eis sacrificia, propter excelsa Topheth in valle filij Ennom, & multiplices ipsorum malitias.


Vulg.

Malu.

1  *Erbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino, dicens:*

2 *Stã in porta domus Domini, & predica ibi verbum istud, & dic: Audite verbum Domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, vt adoretis Dominum:*

3 *Hac dixit Dominus exercituum Deus Maluenda, In libr. Ierem.*

1  *Erbum quod fuit ad Iirmejahu de ^a ad ^{apud, penes, cum. sic v. 1.} IHVH, ad dicere:*
2 *Stã in porta domus IHVH, & vocabis ibi verbum istud, & dices: Audite verbum IHVH omnis Iehudah venientes in portis istis ad procumbere. sese. facere IHVH.*

3 *Sic dixit IHVH TZEBAOTH*
M M m E L O

Ier. 26, f. 15.

Israel: bonas facite vias vestras, & studia vestra: & habitabo vobiscum in loco isto.

4 Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est.

5 Quoniam si bene direxeritis vias vestras, & studia vestra: si feceritis iudicium inter virum & proximum eius,

6 aduena, & pupillo & vidua non feceritis calumniam, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc; & post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis:

7 habitabo vobiscum in loco isto; in terra, quam dedi patribus vestris à seculo & vsque in seculum.

8 Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacij, qui non proderunt vobis.

9 furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Bæalim, & ire post deos alienos, quos ignoratis.

10 Et venistis, & stetistis coram me in domo hac, in qua inuocatum est nomen meum, & dixistis: Liberati sumus, eo quod fecerimus omnes abominationes istas.

11 Numquid ergo spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris? ego, ego sum: ego vidi, dicit Dominus.

12 Ite ad locum meum in Silo, ubi habitauit nomen meum à principio: & videte qua fecerim ei propter malitiam populi mei Israel:

13 & nunc, quia fecistis omnia opera hac, dicit Dominus: & locutus sum ad vos manè consurgens, & loquens, & non audistis. & vocaui vos, & non respondistis:

14 Faciam domui huic, in qua inuocatum est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam; & loco, quem dedi vobis & patribus vestris, sicut feci Silo.

15 Et proiciam vos à facie mea, sicut proieci omnes fratres vestros, vniuersum semen Ephraim.

16 Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem & orationem, & non obsistas mihi: quia non exaudiam te.

ELOHI M Israelis: b Benefacite vias vestras, & c ludicra vestra: & d scenitauit ad vos in loco isto.

4 Non confiditis vobis ad verba falsitatis, ad dicere; e Basilica IHVH, Basilica IHVH, Basilica IHVH ij.

5 Quia si f benefacere benefacietis vias vestras, & ludicra vestra: Si facere facietis iudicium inter virum & inrer sodalem eius:

6 g Tractum, h orphanum, & viduam non defraudabitis, & sanguinem i vacuum non effundetis in loco isto: & post deos k alienos non ambulabitis l malo vobis.

7 Et m scenitabo ad vos in loco isto, in terram quam dedi patribus vestris, ad de æterno, & vsque-ad æternum.

8 Ecce vos confidentes vobis super verba falsitatis, ad neutiquam-omnino n subleuare.

9 An furari, occidere, & o subagitare, & iuramento-obstringi falsitati, & suffire Baghali; & ambulare post deos alienos quos non cognouistis?

10 Et venietis, & stabitis p faciebus meis in domo ista, quam vocatum-fuit nomen meum super eam; & dicetis, q Erepti-fuimus, r correspondentiæ facere omnes abominationes istas?

11 An cauerna irruptorum fuit domus ista, quam vocatum-fuit nomen meum super eam in oculis vestris: etiam ego ecce vidi? Fidelis-fermo IHVH.

12 Quia ambulate t euge ad locum meum qui in Silo, quo habitare-feci nomen meum ibi in u prima: & videte quod feci ei, de faciebus malitiæ populi mei Israelis.

13 Et nunc correspondentia facere vos omnia facta ista, Fidelis-fermo IHVH: & loquutus-fui ad ad vos, x manicare, & loqui, & non audiistis; & y vocaui ad vos, & non respondistis.

14 Et faciam domui, quam vocatum-fuit nomen meum super eam, qua vos confidentes in ea; & loco quem dedi vobis & patribus vestris, secundum quod feci z Silo.

15 Et deiiciam vos de super facies meas, secundum quod deieci omnes fratres vestros, omne semen Ephraim.

16 Et tu non interpellare-te-facies in vsque-ad populum istū; & non leuabis in vsque-ad eos a acclamationem-gratulatotiā, & interpellationem, & non occurre in me; quia nō ego audiens te,

b Bonificite, bonas-facite
c ut c. 4. 4. sic v. 5.
d tabernaculabo, cohabitabo: vel cohabitare-faciā vos, ut v. 12.
e Regia, palatum, templum
f ut v. 3.
g peregrinum, inquilinum, aduenam, ac-colam
h pupillum i innocuū, infontem
k alios, externos, extraneos: sic v. 9. 18.
l datus, in malum
m ut v. 3.
n subleuauit
o moechari, adulterare
p datus, ad facies meas
q Euasimus
r datus, ad correspondentiam
s vide Gēa nes. 22. 16, sic v. 13. 19. 30. 34: t cia, iam, nunc ut principio
x diluculate
y clamaui
z datus ipsi Silo
a præconiū, ouationem

Matt. 21. b 13. Mat. 11. c. 17. Luc. 19. g 46.

Prou. 1. c. 24. Isa. 65. b. 11.

1. Reg. 4. a. 2. b. 10.

Inf. 14. b. 11.

17 Nonne vides quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ierusalem?

18 Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, ut faciant placentas reginae cæli, & libent diis alienis, & me ad iracundiam prouocent.

19 Numquid me ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? nonne semetipfos in confusionem vultus sui?

20 Ideo hæc dicit Dominus Deus: Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur super locum istum, super viros, & super iumenta, & super lignam regionis, & super fruges terræ, & succendetur, & non extinguetur.

21 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Holocaustumata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes.

22 Quia non sum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis, in die, qua eduxi eos de Terra Ægypti, de verbo holocaustumatum, & victimarum.

23 Sed hoc verbum præcepi eis, dicens: Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus: & ambulante in omni via, quam mandavi vobis, ut bene sit vobis.

24 Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam: sed abierunt in voluntatibus, & prauitate cordis sui mali: factique sunt retrorsum & non in ante,

25 à die qua egressi sunt patres eorum de terra Ægypti, vsque ad diem hanc. Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas per diem consurgens diluculo, & mittens.

26 Et non audierunt me, nec inclinauerunt aurem suam: sed indurauerunt cervicem suam: & peius operati sunt, quam patres eorum.

27 Et loqueris ad eos omnia verba hæc, & non audient te: & vocabis eos, & non respondebunt tibi.

28 Et dices ad eos: Hæc est gens, qua non audiuit vocem Domini Dei sui, nec recepit disciplinam: periit fides, & ablata est de ore eorum.

29 Tonde capillum tuum, & proiice, & sume in directum planctum: quia proiecit Dominus, & reliquit generationem furoris sui.

Maluenda, In libr. Ierem.

17 An non tu videns quid ij facientes in vrbibus Iehudah, & in plateis Ierusalem?

18 Filij colligentes ligna, & patres ardere facientes ignem; & mulieres depfentes maceratam, ad facere pastilla reginae calorum, & fundere fusiones diis alienis; correspondentiæ commouere me.

19 An ad me ij commouentes, Fidelis-termo IHVH? an non ad eos, correspondentiæ pudoris facierum eorum?

20 Ad sic sic dixit ADONAI IHVH, Ecce iras meus, & ardor meus effusus super locum istum; super hominem, & super animal, & super lignum agri, & super fructum humi: & ardebit, & non extinguetur.

21 Sic dixit IHVH TZEBAOTH ELOHIM Israelis: Ascensiones vestras addite super sacrificia vestra, & comedite carnem.

22 Quia non loquutus fui ad patres vestros, & non præcepi eos in die exire facere eos de terra Ægypti, super verba ascensionis & sacrificij.

23 Quia si verbum istud præcepi ad eos, ad dicere, Audite in voce mea, & ero vobis ELOHIM; & vos eritis mihi populus: & ambulabitis in omni via quam præcipiant ad vos, correspondentiæ bene erit vobis.

24 Et non audierunt, & non extenderunt aurem suam; & ambulauerunt in consiliis, in intentione cordis sui mali: & fuerunt post & non faciebant.

25 Ad de die qua exiuerunt patres eorum de terra Ægypti vsque ad diem istam; & misi ad eos omnes seruos meos prophetas; die manicarum, & mittere.

26 Et non audierunt ad me, & non extenderunt autem suam: & perplexauerunt cervicem suam; malefecerunt de patribus suis.

27 Et loqueris ad eos omnia verba ista, & non audient ad te: & vocabis ad eos, & non respondebunt tibi.

28 Et dices ad eos, ista gens qua non audiuerunt in voce IHVH, ELOHIM sui, & non acceperunt disciplinam; ablata est fides, & excindetur de ore eorum.

29 Velle nazareatum tuum, & deice; & leua super prominentias lamentationem: quia fastidiuit IHVH, & dimisit generationem excandescentiæ suæ.

b vicissim v. 34

c subigentes, subagantes d pastam, massam e fundere facere

f datinus. ad correspondentiæ. sic v. 19.

g prouocare. extimulare. irritare h astus. irascantia i iumentis, bestiam k arborem l telluris m depascere n Holocausta o contrahere vel consumit

peis

q UN

chi in quioimo r darius. in Deum

s in populis. datinus.

t ut v. 18. u extendere. fecerunt ut v. 26.

x datinus. in posterius. in tergum y datinus. in facies

z diluculare

a pra

b clamabis

c dispersis d veritas, fidelitas, constantia stabilitas

e Tonde. Euelle

f comam. caesariem g excessus. irascens. vs. P. sam.

30 quia fecerunt filij Iuda malum in oculis meis; dicit Dominus. Posuerunt offendicula sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum, ut polluerent eam:

31 & edificauerunt excelsa Topheth, quæ in valle filij Ennom: ut incenderent filios suos, & filias suas igni: quæ non præcepi, nec cogitavi in corde meo.

32 Ideò ecce dies venient, dicit Dominus, & non dicetur amplius, Topheth, & Vallis filij Ennom: sed Vallis interfectionis: & sepelient in Topheth, eo quòd non sit locus.

33 Et erit morticinum populi huius in cibis volucris cali, & bestiis terra, & non erit qui abigat.

Ezech. 22.
c. 13

34 Et quiescere faciam de urbibus Iuda, & de plateis Ierusalem, vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ: in desolationem enim erit terra.

30 Quia fecerunt filij Iehudah^h malum in oculis meis, Fidelis-sermo IHVH: posuerunt abominationes suas in domo quam vocatum fuit nomen meum super eam, ad taminare eam.

^h quod malum videtur

31 Et ædificabunt excelsa Topheth, quæ in valle filij Hinom, ad combure-re filios suos, & filias suas in igne: quod non præcepi, & non ascendit super cor meum.

32 Ad sic, ecce dies venientes, Fidelis-sermo IHVH, & non diceturⁱ adhuc Topheth, & vallis filij Hinom; ^k quia si, vallis interfectionis: & sepelient in Tophet^l de non locus.

ⁱ ultra, amplius, deinceps

^k ut v. 23.

^l præ non loco


^m cæca, cibo

ⁿ ut v. 20.

33 Et erit cadauer populi istius^m comestioni volatili cælorum, & ⁿ animali terræ: & non contremiscere-faciens.

34 Et cessare-faciam de urbibus Iehudah, & de plateis Ierusalaim vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ: quia ^o siccitati erit terra.

^o desolationi, vastationi



COMMENTARIA.

VERS. 1.



VERBUM QVOD FACTVM, &c.]

Alij ex Hebr. *Verbum, quod fuit ad Iirmeiam à Iehoua, edicendo.*

sive in banc sententiam. Huius,

iniquit, concionis, tribus Capitibus comprehensæ (quæ eodem ferè est argumento, quo superiores duæ) partes sunt quinque; prima est, exordium per narrationem mandati à Deo accepti, duobus versibus: Secunda est, propositio, hortans ad penitentiam & fidem, promissionesque & minas denuntias, vsque ad versum 17. tertia est, confirmatio singularum propositionis partium, vsque ad vers. 12. cap. 9. quarta est, confutatio inanium defensionum, quibus Iudæi se purgare conabantur, inde ad vers. 23. postrema est, conclusio bonis consolationem afferens, & impiis omnibus promiscuè iudicium denuntians, ad finem vsque.

VERS. 2.

STAIN PORTA DOMVS DOMINI.] id est, atrij maximi, quod etiam atrium populi appellatur: vide in 2. Paralipomen. 4. vers. 9.

ET PRÆDICA IBI.] Hebr. & vocabis, proclamabis, promulgabis, pradicabis, ibi.

VT ADORETIS DOMINVM.] Alij: *Incuruando vos adoraturi Iehouam, vel procidentibus-adoraturi Iehouam.*

VERS. 3.

HÆC DICIT DOMINVS, &c.] Alij: *Sic ait Iehoua exercituum Deus Israël. Secunda hæc pars concionis, ut dictum est in vers. 1. propositio, continet hortationem ad resipiscenciam & fidem veram, vsque ad vers. 7. idque propter certissimas Dei promissiones, v. 7.*

deinde à contrario contestatur peccata Iudæorum, pœnasque denuntiat irreuocabiles, inde ad vers. 17.

BONAS FACITE VIAS VESTRAS, &c.]

Alij ex Hebr. 1. *emendate vias vestras, & studia vestra, tum efficiam ut habitetis in loco isto.* 2. *bonas efficitte vias vestras, & actiones vestras: tum faciam ut habitetis in loco hoc.* Propositio summa hortationis, & promissi quæ sequentibus quatuor versibus exponuntur. Futurum Pihel *אסענאח asaccenah*, plerique transitue accipiunt, *cohabitare-faciam vos.* Maluimus cum Nostro intransitue, *cohabitabo vobiscum.* vt Psalm. 77. v. 6. vt etiam infra v. 7.

NOLITE CONFIDERE IN VERBIS MENDACI.] Alij: *Ne habetote fiduciam vestram in rebus falsis.* sic infra vers. 8. id est, ne arrogetis promissiones vobis, tanquam si perpe-^o hærerent vobis, & sine conditione fuissent data: quod est falsissimum.

DICENTES, TEMPLVM DOMINI, &c.]

Alij ex Hebr. 1. *idcendo, Templum Iehoua, templum Iehoua, templum Iehoua sunt.* id est, nolite credere verbis pseudoprophetarum qui dicere solent, nunquam futurum vt Dominus finat urbem vestram venire in potestatem Chaldæorum, ob templum nimirum augustissimum, quod in ea extructum est. Sunt autem verba Iudæorum digito commonstrantium templum ipsum, & omnes partes illius. Ter autem vocat templum Iehouæ, propter tres illius præcipuas partes, atrium, templum, & adytum, quæ sancta erant & inuiolabilia: vt ostendat studium populi in laudanda magnificen-

VERS. 4.

gnificentia, & sanctimonia Templi. quasi dicat, nolite templo magnificentissimo & sanctissimo fidere, quia neque templo, neque urbi propter templum parcam, nisi respueritis. 2. dicendo, Templi Iehouæ, templi Iehouæ, templi Iehouæ ista sunt. id est, quid reprehendis ô propheta, in operibus nostris? aut cur constantissimas Dei promissiones in dubium vocas? de istis omnibus, quæ tu adducis sumus aded confirmati, vt nihil supra. Nam opera hæc nostra nonne sunt templi Iehouæ, à Iehoua imperata lege? promissiones verò nonne hæc templo coniunctæ sunt? ac proinde nonne tam firmæ atque constantes sunt erga nos, quam firmum est templum? hoc templum requies est Dei vsque in sempiternum, Psalm. 131. vers. 14. quamobrem pro certo habemus fidelem Deum propter templum suum conseruaturum esse regionem nostram, & nos cultores suos.

TEMPLUM DOMINI est.] Hebr. *Templum IHVH ipsi*, scilicet, Iudæi, id est, templi Iuh sunt, ad templum eius pertinent, de templo eius sunt, in eo versantur, confidunt, cultum exhibent, &c. vel *Ista sunt*, scilicet, atrium, templum, adytum: nam templum digito demonstrabant. vel *ista* videlicet Sacrificia, cultus, religio, promissiones, &c: Quidam annotant, ter repeti templum Iehouæ ad maiorem dicti asseuerationem & affirmationem. vel vt innuatur mysteriū Sacræ Triadis.

VERS. 5. QVONIAM SI BENE DIREXERITIS VIAS VESTRAS.] Hebr. *Quia si bonificando bonificaueritis vias vestras*. id est, Si omnino, prorsus, bonas effeceritis vias vestras. vel si plenè, incessanter, bene institueritis vitam vestram. Quidam hunc versum reddunt: *Sed omnino bonas efficitote vias vestras; & actiones vestras: sed omnino exercitote inter virum, & inter amicum ipsius. seu inter virum vnum & alterum.*

VERS. 6. ET POST DEOS ALIENOS NON AMBVLAVERITIS, IN MALVM VOBISMET-IPSIS.] Alij: *& post deos alios non abieritis vestro malo. seu in perniciem vestram*. 2. denique deos alienos ne prosequamini malo vestro. Hebraicè est paronomasia, אַחָרַי achare post, אַחָרַי acharim, alienos. sic infra v. 9.

VERS. 7. HABITABO VOBISCVM, &c.] Alij: *Et faciam vt habitetis in loco hoc, in terra, quam tradidi maioribus vestris, inde à saculo vsque in saculum.*

VERS. 8. ECCE VOS CONFIDITIS VOBIS, &c.] *Ecce vos habetis fiduciam vestram in verbis falsis, ad non prodesse, vel minime profuturis. aut ad non proficiendum, vel promouendum.* id est, quæ non proderunt, vel ita nemo vestrum proficiat. Vide Isaia 44. vers. 10. Altera pars propositionis, qua propheta ex contrario primum peccata redarguit, & hypocrisis Iudæorum: vsque ad vers. 11. deinde pœnas denuntiat grauissimas, sequentibus.

VERS. 9. FVRARI, OCCIDERE, &c.] Hebr. sunt omnes infinitiui: *An furando, occidendo, & adulterando, iurandoque falso, & adolendo Bahali, denique sequendo deos alienos quos non nouistis.* Alij per futura efferunt: *Nunquid furabimini, occidetis, & adulterabitis, & iurabi-*

tis in vanum, & suffitum incendetis ipsi Bahal, & ibitis post deos alios quos non nouistis. Iungunt autem sequentibus: *Etiã venietis, &c. vel Nihilominus venitis, &c.* quasi dicat, tam immanibus cooperti peccatis, audetis, nihilominus venire, &c.

LIBARÈ BAALIM.] Hebr. singulariter. *suffire ipsi Bahali: de Bahal vide in Numer. 22. vers. 41. & Isaia 46. vers. 1.*

ET VENISTIS, &c.] Alij hunc versum: *Etiã venietis & stabitis coram me in domo hac, super qua inuocatur nomen meum, vel quæ vocatur de nomine meo, & dicetis, Eripimur?* id est, tuti sumus ab omni periculo, nihil potest damno esse nobis, quia seruat nos Deus, quem colimus in templo suo: *vt perficiatis omnes abominationes istas.* id est, vt porro ad maleficia vestra reuertamini.

IN QVA INVOCATVM EST NOMEN MEVM.] Hebr. *super quam ipsam vocatum est nomen meum.* id est, quæ vocatur de nomine meo, videlicet, domus IHVH. vel quæ mihi dicata est. vel in qua pij inuocant nomen meum. sic infra vers. 11. 14. & 30.

NVMQVID ERGO SPELVNCA LATRONVM FACTA EST DOMVS ISTA, &c.] Alij: *An spelunca effractorum fuerit domus hæc in oculis vestris, quæ vocatur de nomine meo?* פָּרִיזִים pharizim, irruptorum, effractorum; Quidam: *nebulonum-facinosorum.* Christus Matth. 21. vers. 23. vsurpans hæc ipsa verba, simul ad nomen Phariseorum alludit. Græcus Matthæi Interpres vertit ληστῶν, latronum, grafsatorum.

EGO SVM, BEO VIDI, DICIT DOMINVS.] Alij: *etiã ego ecce prospexi, dictum Iehouæ.* id est, quandoquidem non pluris domum meam facitis quam speluncam latronum: iam prospexi quid mihi sit faciendum, vt sequentibus per prophetam explicat. Hic enim transitio est ad iudicia Dei denuntianda templo & populo: quæ duobus exemplis ante gestis illustrantur v. 12. & 15.

ITE AD LOCVM MEVM, &c.] Quidam hunc versum reddunt: *Nam nê iam in locum meum, qui erat Schilunte, ubi feceram vt habitaret nomen meum primum; & videte id, quod feci ei propter malitiam populi mei Iisraelis.* Prius exemplum de abiectione templi, de quo 1. Samuel. 4. Psalm. 77. vers. 60. & 131. 6. De Silo, vide in Iosue 18. vers. 1. Similis locus est infra cap. 26. vers. 6.

ET NUNC QVIA FECISTIS OMNIA, &c.] Alij totum versum ita ex Heb. reddunt: *Itaque nunc, eo quod facitis omnia opera ista, dictum Iehouæ, & dum alloquor vos, mane surgendo, & eloquendo, siue inde à dituculo, indefinenter, non auditis, & inclamanti vos non responderis: Ideo facturus sum huic domui; &c.* vt sententia cadat in sequentem versum. sic infra vers. 25.

ET PROIICIAM VOS, &c.] Alij hunc versum ita reddunt: *Et abiiciam vos a facie mea, quemadmodum abieci omnes fratres vestros: secundum exemplum de abiectione populi, de quo 2. Regum 17. totum semen Ephraim.* id est, regnum Iisraelitarum, synecdochicè, vt Isaia 7. vers. 2. 5. & 8.

VERS. 10.

VERS. 11.

VERS. 12.

VERS. 13.

VERS. 14.

VERS. 16. TV ERGO NOLI ORARE PRO POPULO HOC, &c.] Alij hunc versum reddunt: Tu ergo ne orato pro populo isto, neque efferto pro istis clamorem, & orationem, neque intercedito apud me: nam non essem exauditurus te. id est, fixum & certum est decretum, quod neminis causa reuocaturus sum. sic infra cap. II. vers. 14.

VERS. 17. NONNE VIDES QUID ISTI FACIUNT, &c.] Quidam: An minime vides, quid isti faciant in ciuitatibus Iebuda, etiam in plateis Ierusalaimorum? Tertia pars concionis, vt dictum est in vers. 1. nimirum confirmatio singularum antecedentium in propositione partium; qua primum euincit Iudæorum peccata, hoc & sequente versu; deinde iustissimas pœnas statuit, vers. 19. & 20. quarum partium sequitur ergasia vsque ad confutationem, id est, vsque, ad vers. 12. capitis 9. Confirmatur autem peccatum, non amplius ab ipsa populi conscientia (vt altera concione factum est supra cap. 5. vers. 1.) sed à propheta ipsius testimonio.

VERS. 18. FILIJ COLLIGUNT LIGNA, ET PATRES SUCCENDUNT IGNEM.] Alij: Ipsi filij colligunt ligna, eorumque patres accendunt ignem. id est, omnes à summo ad infimum certatim exercent idololatriam. Significat hoc versu ingens studium idololatriæ, quò populus Iudaicus tenebatur.

ET MULIERES CONSPERGUNT ADIDEM.] Alij ex Hebr. 1. vxores autem farinam aqua conspersam subigunt. 2. & mulieres subagitant consersionem. 3. & mulieres subigentes, vel subigunt pastam. 4. ac femina depsunt massam.

VT FACIANT.] Hebr. ad facere, seu ad faciendum.

PLACENTAS.] כוּנִים *cauanim*. Forsterus à כוּח *chanah*, adurere, deriuat [Sunt, inquit, collyrida, torta, crustula, placenta ad ignem torrefacta. & scribunt nonnulli figura fuisse triangulari. Chaldaus כרדוּטין *translulit*.] vnde reddit: & mulieres subagitant pastam ad faciendum tortas. Habetur eadem vox infra c. 44. vi. 9. [In quem autem vsam, addit, huiusmodi torta, & à quibus parata fuerint, ex his duobus propheta locis, deinde etiam Epiphaniij libro contra hereses tertio cognoscere licebit.] Sanè S. Epiphanius Heresi 79. contra Collyridianos, id est, mulieres quasdam quæ collyridam Mariæ offerebant, scribit: [Quasdam enim mulieres, currum quendam, siue sellam quadratam ornantes expasso super ipsum linteum, in die quadam illustri anni per aliquot dies panem proponunt, & offerunt in nomen Mariæ. Omnes autem pane participant, velut in Epistola in Arabiam à me scripta ex parte differuimus. Et versus finem: Siue enim velut ipsam adorantes Mariam ipsi offerunt collyridem siue placentam vana ista mulieres: siue pro ipsa offerre conantur prædictam hanc putidam oblationem, tota res stolidam est & aliena, & demonum motu fraus & impostura.] Mercerus: [CAVVANIM à כוּן *cun* potius cum Kimchi deduxerim, ab apparatu & concinnatione, quod elaborata essent & artificiosè confecta.] Marinus: [Probabilior tamen est eorum opinio, qui arbitrantur placentas quasdam fuisse

artificiosè confectas, & elaboratas, vt idolis eas offerrent: vel etiam potius sic dicebantur quasi ad ignem torrefacta.] Auenarius: [CAVVANIM, Placenta, qua à Iudæorum vxoribus idololatricis parabantur machina calorum, adustulando & ad ignem fouendo.] Tremellius & Iunius in priore Editione; verterunt *lucuncolor*, quod, inquit, genus liborum Romani appellabant, *lucunces*, siue per diminutionem *lucunculos*, à Lucumonibus Hetruscis maximis superstitionum artificibus. De quibus vide Festum, & ibi Notas Scalligeri, & Nonium Cap. 2. §. 483. & ibi notas Hadriani Iunij. At in postrema Editione hæc annotant: [CAVVANIM vox Hebræa peculiaris est huius propheta, qua significantur liba quadam egyptia, id est, certas formas expressas habentia, pro ratione idolorum, quibus erant offerenda: quod genus liborum Romani & Egyptij à Grecis desumpta voce dixerunt *popana*, eo quod τὸν πῶτον id est, deorum effigie insignita essent quibus offerebantur. Iuuenalis Satyra 6. Scilicet & tenui popana corruptus Osiris.]

Sed hoc est merum diuinare. Nam Pollux, Suidas, Eustathius, qui de *popanis* disserunt, tantum aiunt fuisse placentulas latas, tenues, & rotundas, quarum vsus in sacrificiis deorum esset, vt ex Aristophane & Luciano apparet; de impressa autem effigie deorum, ne verbum quidem: & alioqui diuersum eis etymon grammatici assignant nempe à πῶτον quod est, *coquo*. Vide Henricianum Thesaurum, Tomo 3. Colum. 229. & Appendicem, Colum. 692. Stuckium de Sacrificiis Gentium, fol. 50, pag. 1. Buxtorfius: [CAVVANIM, Liba, popana, placenta effigiata, effigiem idoli habentes impressam, quod colebatur, & cui offerebatur. R. Salomon scribit fuisse typum vel effigiem stellæ cuiusdam magnæ, quam colebant, & appellabant eam propter magnitudinem eius, *reginam cali*.] Iste ordinariè Tremellium & Iunium excipit; vnde apparet Iudæorum esse commentum de effigie idoli placentæ impressæ, sed non profus inuerosimile. Chaldaus, vt ante dicebamus, כרדוּטין reddit, quod aliqui exponunt; *pallia; balteos; vel superhumeralia*. alij, *liba, placentas*, quod magis est ad rem. De placentatū variis generibus vide Athenæum lib. 14. Cap. 13. & 14; & nuper Cæsarem Bolengerum lib. 3. de Conuiujs, Cap. 53. 54. & 55. Ergo CAVVANIM rectè dixerimus esse *liba, popana, pastilla, placentas sacras*, quæ in Sacrificiis vsurpabantur. Festus: [Pastillum est in sacris libi genus rotundum.] Ista conformari solita variis figuris arborum, animalium, plantarum, constat. Athenæus: [Mulieres molitrices, que propana faciunt imitantia naturas.] Et Proculus ad lib. 5. Platonis de Republica: [Qua fingunt animalia & plantas diis sacras.]

REGINÆ CÆLI.] למלכה השמים *limlecheth haschschemaim*. S. Hieronymus. [Regina cali, quam lunam debemus accipere: vel certe militia cali, vt omnes stellas intelligamus.] Notant Lunam dictam reginā cæli propter magnitudinem & splendorem; vt Solem regem. Sic Horatius in carmine sæculati:

Siderum regina bicornis

Audi Luna puellas.

Homerus Hymno in Lunam :

Salve regina Dea albiulnis diua Luna.

Alij, reginam cali, solem ipsum accipiunt, quod Hebraeis שֵׁשׁ שְׁחֵמֶשֶׁשׁ scheinisch sœmineo genere efferatur. Forsterus : [MELACHETH, sine Aleph legitur Jeremia 7. & 44. quod LXX. Interpretes, militiam verterunt ; Hieronymus quasi אֶרֶץ malach esset deductum, Regina, vertit. Existimo autem ministerium illud supernum cali sic dictum, quod in hac inferiora habet. Et quia superstitione quadam Iudaei imbuti putarunt à Deo astra ordinata esse, ut actiones & labores gubernarent, factum est : ut sacrificia instituerint quibus sibi propicia redderent, & fortunarentur actiones ipsorum. Jeremia 7. Mulieres subagitant pastam, & faciunt placentas ministerio calorum. Et Cap. 44. ut suffium faciamus ministerio calorum. Chaldæi veritè, Stella calorum. Tametsi nonnulli ab אֶרֶץ halach deducunt, pro planetis accipiunt, à gradiendo quasi gressiles dicas, sicut astronomi illos errone, seu stellas erraticas vocant.]

Hæc sententia fuit Reuchlini. Mercerus inquit : [Sed simplicius est, machina cali, operi seu artificio.] Marinus : [Operi, seu fabrica aut officio calorum. * Aleph, inquit detractum est, quod cælo abuterentur. Id quoque sequuntur Leo Iudæ, Montanus, Auenarius, Schindlerus, Buxtorfius. Tremellius & Iunius reddunt : Operi calorum, seu rebus caelestibus : Sic enim opus pro re usurparur, Genes. 33. v. 14. de quibus copiose infra cap. 8. v. 2. Ergo plerique à אֶרֶץ laach deducunt ; pauci ab אֶרֶץ halach, pro stellis erraticis : non pauci à אֶרֶץ malach, regnare, quod nos Iutius remur. Vnde placet reddere, reginæ cali, id est, Lunæ. Quod vero ait : ut faciunt placentas Regina cali. Sic proeuldubio accipiendum, ut sacrificent, seu immolent. ut passim verbum faciendi usurpatur in Scriptura. Nam Lunæ immolasse placentas gentiles, Athenæus lib. 14. cap. 13. ita refert : [Amphiphon placenta Dianæ Sacra circumpositis in orbem accensis faculis. Philemon in Mendico. Viarum præles Diana, amica domina, Hunc affero tibi amphiphontem, ô veneranda, Et ad libandum, quæ sunt apta. Meminit huius & Dipbilus in Hecate. Philochorus tradit amphiphontem vocari, Dianæque Sacris inferri, & in triuis ea die poni ; qua lunam occidentem sol exoriens occupat, & illustratur utrimque calum. Bafynias. Senus libro secundo Deliadis scribit, Delios in insula Irine Hecate sacrificare placentas, quas vocant Bafynias. Fium hæc ex farina tritici aqua subacta, & cum melle cocta.]

Hæc Athenæus, quæ huic loco illustrando faciunt. Pollux lib. 6. cap. 11. [Amphiphones seu amphiphontes, placentæ sunt quas in Dianæ Munychias inferebant, continuis circumdatas facibus.] Et post pauca : [Bos placenta fuit cornuta, Apollini, Dianæ, Hecate, & lunæ oblata.] Nec absurda penitus coniectura fuerit, ut Molech Hebraeis fuit Saturnus, Leuit. 18. v. 21. Sic MELACHETH, Rheam, seu Cybelem eius uxorem fuisse, quæ dicta est Regina cali, quod Saturnus ipse cælum existimatus sit, apud Varonem lib. 4. de Lingua Latina, cap. 9. Sed de his plura Gyraldus Syntagmate 4. de

Diis Gentium.

NUM QUID ME AD IRACUNDIAM PROVOCANT, &c.] Alij ex Heb. hunc versum reddunt : 1. Num vero illi me irritant, dictum Iehouæ ? an non sese, ut vultus eorum pudefiat. id est, non me, sed potius se ipsos id iram concitant, hoc est, iram sibi conciliant, ut sua spe frustrati pudefiant. 2. An contra me, me quod isti irritant ? dictum Iehouæ ; an non contra ipsos propter pudorem facierum istorum ? hoc est, non mihi, sed sibi suo facto malefaciunt ipsi, ut declarat sequens versus.

HÆC DICIT DOMINVS, &c.] Alij hunc versum exponunt : Sic ait Iehouæ Exercituum Deus Israelis. Ergalia hæc confirmationis (ut diximus in vers. 17), præcedentia prophetæ verba exornat, primum explicatione peccatorum, pœnarumque, usque ad vers. 4. cap. 8. deinde amplificatione, usque ad vers. 18. tertio pathetica lamentatione prophetæ, inde ad vers. 12. cap. 9. Explicantur autem in hac prima parte peccata Iudæorum, cum maiorum, usque ad vers. 26. tum eorum qui temporibus Jeremiæ vixerunt, vers. 27. & 28. deinde subiiciuntur pœnæ, quas se sumpturum interminat Deus : *Holocausta vestra adiicite ad sacrificia vestra, & comedite carnem eorum*, id est, abite cum sacrificiis & holocaustis vestris, & ea omnia ad usus vestros & comestiones traducite : ingrata sunt mihi, ut Isai, 1. v. 13. & Hamos 5. v. 21. & sequentibus. Alij exponunt, Offerte mihi quotquot volueritis sacrificia, holocausta victimis pacificis superaddite ; mihi non placebunt, nisi pietatem afferatis. Holocaustum totum consumebatur, pacificorum carnes comedebantur.

QUIA NON SUM LOQUUTVS, &c.] Hunc versum alij reddunt ; Nam non sum loquutus cum maioribus vestris, neque præcepi quo die eduxi eos de terra Egypti, de rebus holocausti & sacrificij, videlicet, solum aut simpliciter : eclipsis, ut Genes. 32. v. 28. nam præceperat quidem Deus per Moſchem, sed alio respectu, ac proinde alia magis obseruari voluerat. Alij comparatè accipiunt, ut illud Hoseæ 6. 6. (Misericordiam volo & non sacrificium,) id est, magis misericordiam volo quàm sacrificium. vel nolo sacrificium sine misericordia. 2. Quoniam nihil loquutus sum cum patribus vestris, neque præcepi eis eo tempore, quo eduxerem eos de terra Egypti, de ratione holocausti & sacrificij.

SED HOC VERBUM PRÆCEPI EIS, &c.] Quidam hunc versum reddunt ex Heb. Sed rem hanc præcepi eis, dicendo, *Auscultate voci meæ, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus, & ambulate in tota via illa, quam præcepi vobis, ut bene sit vobis.* vide Exod. 19. v. 5. & 24. v. 3.

SED ABIERVNT IN VOLVNTATIBVS, ET IN PRAVITATE CORDIS SVI MALI.] Alij ex Hebræo. 1. sed ambulauerunt iuxta artes suas, & iuxta libidinem cordis sui mali. 2. sed ambulauerunt in consiliis, in aspectu cordis sui mali, seu in sententia animi sui pessimi, sic supra cap. 3. v. 17. & infra cap. 9. v. 14. & cap. 11. v. 8. & cap. 13. v. 10. & cap. 16. v. 21.

* Biblia Complu. habent cum

VERS. 19.

VERS. 21.

VERS. 22.

VERS. 23.

VERS. 24.

&

& cap. 18. v. 12. & cap. 23. vers. 17.

FACTIQUE SVNT RETRORSVM ET NON IN ANTE.] Alij 1. & fuerunt à tergo, & non ante 2. & retrocesserunt, & progressi non sunt. Hispanicus interpres 7 fueron hazia atras, yno hazia delante, id est, averti sunt & non processerunt, siue promouerunt, vel propterea passi sunt aduersa, neque illis quidquam bene succedit, vel facti sunt in dies peiores, quam meliores, vt explicatur vers. 26. 3. factique sunt averti, non aduersi. Chaldaeus: & verierunt in cultu naco ceruicem, & non posuerunt timorem meum e regione faciei sue. 4. denique hæc fuerunt ipsi à tergo, non autem à fronte. Exponunt hæc, nimirum aulcultare mihi, & inclinare aurem suam ad verba mea, &c. quæ paulo antè commemorauerat, quasi dicat, oculos confixerunt tantum in externos ritus, hæc autem, quæ præcipua sunt tanquam à tergo reliqueunt, vt loquitur Christus Matthæi. 23. v. 23.

VERS. 25. A DIE QVA IGRESSI SVNT, &c.] Alij hunc versum ex Heb. transferunt: 1. Idque, ab eo die, seu tempore, quo egressi sunt patres vestri de terra Ægypti, vsque ad hunc diem: ego verò misi ad vos omnes seruos meos prophetas, quotidie mane consurgendo & mittendo. 2. Inde à tempore, quo exiuerunt maiores vestri e terra Ægypti vsque ad diem hunc; cum miserim ad vos omnes seruos meos prophetas quotidie diluculo & indefinenter. id est, summo studio & diligentia; quod enim summo studio agere volumus, ad id agendum summo mane surgimus: Sic supra vers. 11. & infra cap. 25. vers. 4. & 35. vers. 14. & Prouerb. 1. vers. 28.

VERS. 26. SED INDVRAVERVNT CERVICEM SVAM.] verbum נִשְׁבַּח kashab, propriè significat, perplexam, intricatam, rigidam, duram, difficilem, intractabilem, inflexibilem reddiderunt cervicem suam.

VERS. 27. ET LOQVERIS AD EOS, &c.] Quidam versum ita conuertunt: Quum eloqueris apud istos omnia verba ista, similiter non auscultant tibi, & quum inclamas eos non respondent tibi. Alterum membrum explicationis peccatorum Iudæorum, quibus ipsi tenebantur tempore Iirmeiæ, vt maiores eorum, sicuti dictum est in vers. 21.

VERS. 28. ET DICES AD EOS.] Alij: Quamobrem dices eis, id est, cum neque maiores auscultauerint, neque isti auscultent. Hæc est gens, que non audiuit, &c. Alij: Hæc est gens, qui non auscultant voci Iehouæ Dei sui, neque accipiunt eruditionem: periit fides, & excisa est ex ore ipsorum. id est, gens ab omni pietate in Deum, & officio erga homines aliena, ac proinde toti Deo immorigera.

VERS. 29. TONDE CAPILLVM TVVM, ET PROIICE.] Alij: Tonde comam tuam & abiice. Altera pars explicationis de pœnis diuinitus euenturis, vt dictum est in vers. 21. Qua Deus Iudæis luctum imperat, primùm quia deserturus est ipsos peccatorum causa, tribus versibus; deinde, quia est omnes expositurus hostibus, qui neque viuus, neque mortuis parcant, inde ad vers. 4. sequentis capitis. Luctus autem synecdochicè tonsura, & miserabili-

bus lamentis significatur: vt Iob 1. vers. 20. & alibi passim. Vide Notas in eum locum Iob.

ET SVME IN DIRECTVM PLANCTVM.] Alij: 1. attollo lamentationem in vertices, vel in loca excelsa, id est, conscende loca alta, & illic lamentare, vt planctus tuus procul audiat. 2. & extolle in locis eminentibus lamentationem, vt supra cap. 3. v. 21.

QVIA PROIECIT DOMINVS, ET RELIQVIT GENERATIONEM FVRRIS SVI.] Alij: 1. quia reprobaui Iehoua, & dissipauit generationem ex candescencia sua, vel indignationis sue, id est, contra quam indignatus est, vel dignam indignatione sua. 2. quia spernit Iehoua, & deserit generationem in quam exandescit.

POSVERVNT OFFENDICVLA SVA IN BOMBO, &c.] Hebr. posuerunt abominaciones suas in hac domo, qua vocatur de nomine meo, ad contaminandum, seu polluendum eam. vt narratur 2. Reg. 21. v. 4. & 2. Paralip. 33. v. 4. & sequentibus.

ET ÆDIFICAVERVNT EXCELSA TOPHETH.] vide in Reg. 23. v. 10. & in Isai. 30. vers. 33.

QVÆ EST IN VALLE FILIJ ENNOM.] Hebr. Hinom. vide in Iosue 15. 8. & cap. 16. v. 16. & 2. Paralip. 28. v. 3.

QVÆ NON PRÆCEPI, NEC COGITAVI IN CORDE MEO.] Alij: quod non præceperam neque ascenderat in cor meum, siue, neque subierat in animum meum.

ET NON DICETVR, vel quum non dicetur, AMPLIVS THOPHETH, &c.] id est, non erit amplius locus ille insignis & nobilis, seu potius infamis, horrendo illo & immani spectaculo humanorum sacrificiorum, & tetra idololatria celebratus: sed potius nobilitabitur cæde Iudæorum, qui eo in loco à Chaldæis trucidabuntur iudicio Dei propter infanda scelera ibi ab ipsis patrata. Quidam exponant: quum non dicetur amplius Thopheth; id est, amplius & latus locus, Syriaca appellatione: quomodo accipiendum esse, sequens anthithesis ostendit. Nam, inquit propheta, non erit spatiosus satis, vt omnes sepeliendos capiat: propterea non amplius obtinebit antiquam suam appellationem. Facilis & apta expositio, nam simile dicitur, de valle filij Hinom, in mutatione nominis.

ET SEPELIENT IN TOPHETH EO QVOD NON SIT LOCVS.] Quidam: & sepelient in Thopheth donec non sit locus. id est, donec nullus supersit locus, in quo aliquis sepeliri possit. quali dicat, implebunt totam Thopheth cadaueribus & sepulcris, vt nullus supersit locus vacuus à cadauere & sepulcro. Alij: nam ita sepeliverunt in Thophetho, vt nullus supersit locus.

ET NON ERIT QUI ABIGAT.] Hebr. & non erit perterrefaciens, vel nemine deterrente, quod videlicet omnes ferè vel interficientur, vel deportabuntur, & tota terra desolabitur, sequente versu.

VOCEM SPONSI, ET VOCEM SPONSÆ.] id est, quoduis festiuium epithalamium. Sic infra cap. 19. v. 9.

CAPVT VIII.

Quia tam reges, optimates, sacerdotes ac prophetae, quàm reliquus populus ad idololatriam conuersi sunt: & non considerato Domini iudicio, omnes relicta veritate studuerunt auaritia ac idololatriæ, & Dominum prouocantes noluerunt resipiscere: ideò ab hostibus crudelissimis affligentur.

Vulg.

Malu.

In illo tempore, ait Dominus: Eucient ossa regum Iuda, & ossa principum eius, & ossa sacerdotum, & ossa prophetarum, & ossa eorum qui habitauerunt Ierusalem, de sepulchris suis.

2 & expandent ea ad solem, & lunam, & omnem militiam celi, quæ dilexerunt, & quibus seruiuerunt, & post quæ ambulauerunt, & quæ quæsierunt, & adorauerunt: non colligentur, & non sepelientur: in sterquilinum super faciem terræ erunt.

3 Et eligent magis mortem quàm vitam omnes qui residui fuerint de cognatione hac pessima in vniuersis locis, quæ derelicta sunt, ad quæ eieci eos, dicit Dominus exercituum.

4 Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Numquid qui cadit, non resurget? & qui auersus est, non reuertetur?

5 Quare ergo auersus est populus iste in Ierusalem auersione contentiosa? Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti.

6 Attendi, & auscultauit: nemo quod bonum est loquitur, nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens: Quid feci? omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad prelium.

7 Miluus in calo cognouit tempus suum, turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini.

8 Quomodo dicitis: Sapientes nos sumus, & lex Domini nobiscum est? verè mendacium operatus est stylus mendax scribarum.

9 Confusi sunt sapientes, perterriti & capti sunt: verbum enim Domini proie-

Maluenda, In libr. Ierem.

In tempore ipso, Fidelis sermo exire facient ossa regum Iehudah, & ossa principum eius, & ossa sacerdotum, & ossa prophetarum, & ossa habitantium Ierusalem, de sepulchris eorum.

2 Et expandent ea Soli, & Lunæ, & omni militiæ cælorum, quæ amaauerunt ea, & quæ^b seruiuerunt ea, & quæ^b ambulauerunt post ea, & quæ^b quæsiuerunt ea, & quæ^b procumbere se fecerunt eis: non colligentur, & non sepelientur: ^c stercorei super facies humi erunt.

3 Et eligetur mors^c de vitis omni reliquiæ relictorum de familia mala ista: in omnibus locis relictorum, quo impulsi eos ibi, Fidelis sermo IHVH TZEBAOTH.

4 Et dices ad eos, sic dixit IHVH; An cadent, & non resurgent? si reuertetur, & non reuertetur?

5 Quid^f cognitionis reuertens populus iste Ierusalem reuersione victa? & obtinuerunt in fallacia, reuertunt ad reuertere.

6 Auscultauit, & audiui, non sic loquentur; non vir^h pœnitens super malitiam suam, ad dicere, Quid feci: ⁱ omne eius^k reuersus fuit in^l cursu suo, sicut equus inundans in cæssione.

7 Etiam ciconia in cælis cognouit stationes suas, & turtur, & grus, & hirundo obseruauerunt tempus venire eas: & populus meus non cognouerunt ^m iudicium IHVH.

8 Quomodo dicent, Sapientes nos, & lex IHVH ad nos: ⁿ profectò ecce falsitati fecit ^o stylum falsitatis ^p numerantium.

9 Pudefecerunt sapientes, consternati fuerunt, & capti fuerunt? ecce

NNn in

^a vide in Gen. 22. 16. sic v. 3. 13. 17.

^b coluerunt

^c in finem, fixerunt, sterquilinum ^d telluris, ^e præ

^f cause

^g apprehenderunt, reuertunt

^h b pœnitent

ⁱ omnis is; sic v. 10. ^k reuertens

^l vel in cursu suos. nam Heb. est duplex lectio

^m ius

ⁿ verè, cerè, id, rectè ^o calamum, v. Psalm. 44. 2.

^p scribarum, notariorum

cerunt, & sapientia nulla est in eis.

Ier. 56. d. 11.
Sup. e. c. 13.

10 Propterea dabo mulieres eorum exteris, agros eorum hereditibus: quia à minimo usque ad maximum omnes auaritiam sequuntur: à propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt mendacium.

11 Et sanabant contritionem filia populi mei ad ignominiam, dicentes: Pax, pax: cum non esset pax.

12 Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: quinimò confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt: idcirco cadent inter corruentes, in tempore visitationis sua corruent, dicit Dominus.

13 Congregans congregabo eos, ait Dominus: non est vna in vitibus, & non sunt ficus in ficulnea, folium defluxit: & dedi eis quæ pratergressa sunt.

14 Quare sedemus: conuenite, & ingrediamur ciuitatem munitam, & sileamus ibi: quia Dominus Deus noster silere nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis: peccauimus enim Domino.

Ier. 14. d. 19.

15 Expectauimus pacem, & non erat bonum; tempus medela, & ecce formido.

16 A Dan auditus est fremitus equorum eius, à voce hinnituum pugnatorum eius commota est omnis terra: & uenerunt, & deuorauerunt terram, & plenitudinem eius; urbem, & habitatores eius.

17 Quia ecce ego mittam uobis serpentes regulos, quibus non est incantatio: & mordebunt uos, ait Dominus:

18 dolor meus super dolorem, in me cor meum mœrens.

19 Ecce vox clamoris filia populi mei de terra longinqua: Numquid Dominus non est in Sion, aut rex eius non est in ea? Quare ergo me ad iracundiã concitauerunt in sculptilibus suis, & in uanitatibus alienis?

20 Transiit messis, finita est æstas, & nos saluati non sumus.

21 Super contritione filia populi mei contritus sum, & contristatus, stupor obtinuit me.

22 Numquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi? quare igitur non est obducta cicatrix filia populi mei?

in verbo IHVH⁹ fastidiuerunt, & sapientia cuius eis?

10 Ad sic dabo mulieres eorum^r alienis, agros eorum hereditantibus; quia de paruo & usque ad grandem, omne eius auarizans auaritiam: de propheta & usque ad sacerdotem omne eius faciens falsitatem.

11 Et sanauerunt confractionem filia populi mei super leuifactionem, ad dicere, Pax, pax: & non pax.

12 Pudefecerunt quia abominationem fecerunt: etiam pudefieri non pudefient, & ignominia afficere non cognouerunt; ad sic cadent in cadentibus, in tempore^f visitationis eorum, impingent; dixit IHVH.

13 Colligere colligam eos, Fidelisfermo IHVH: non vna in vite, & non ficus in ficulnea, & folium defluxit, & dedi eis transibunt eos.

14 Super quid nos sedentes, colligimini, & veniemus ad vrbes munitio- nis, & siluimus ibi: quia IHVH ELO- HIM noster silere fecit nos, & potare fecit nos aquas capitis, quia^x errauimus IHVH.

15 Expectare paci, & non bonum: tempore sanationis, & ecce^y terror.

16 De Dan auditus fuit^z rhonchus equorum eius; de^a voce hinnituum volucrum eius commota fuit omnis terra: & uenerunt & comederunt terram, &^z plenitudinem eius; urbem, & habitantes in ea.

17 Quia ecce ego mittens in uobis serpentes basiliscos, quibus non eis mussitatio: & mordebunt uos, Fidelisfermo IHVH.

18 Refrigerium meum super mœrorem: super me cor meum languidum.

19 Ecce vox acclamationis filia populi mei de terra longinquitatum; An IHVH non in Tziione? Si rex eius non in ea: quid^c cognitionis^d commouerunt me in^e dedolatis suis, in uanitatibus^f nothi?

20 Transiit^g decurtatio, consummata fuit æstas: & nos non saluati fuimus.

21 Super confractionem filia populi mei confringi factus sum; ^h obscuratus fui, afflatio^k obtinuit me.

22 An resina non in Ghilghade? Si^l sanans non ibi^a quid cognitionis non ascendit longum filia populi mei?

^g fastidium habuerunt
^r aliis, artis, extraneis


^f quo visitabo eos

^z vt ueniamus
^u vt sileamus
^x peccauimus, deliquimus
ipsi IHVH

^y exagitatio
^z fremitus, stenturatio
^z sono

^b quæ impleant eam

^c causæ sive
^{v. 22.}
^d extimularunt, pro-uocauerunt, concitauerunt
^e simulacris, sculptilibus
^f spurij, alienigenæ, illegitimi
^g messis
^h atratus, pullatus, denigratus, contristatus
ⁱ afflatus, afflata, stupenda, desolatio
^k apprehendit, valide
^l curans, medens, medicus



COMMENTARIA.

VERS. I.



N ILLO TEMPORE.] quo nimirum Chaldaei urbem deuastabunt, & Thopheth cadaueribus implebunt.

EFFICIENT OSSA REGVM IYDA, &c.] Hebr. *exire-facient, educent, effereant, extrahent, deproment, ossa, &c.* videlicet, euectis omnium sepulcris atque monumentis, vt indicatur 2. Paralip. 36. vers. 19. quum dicuntur Chaldaei omnia instrumenta desiderabilia perdidisse: & Nehem. 2. vers. 3. S. Hieronymus: [Et quia solebant iuxta antiquum morem aurum, & quadam ornamenta, vel mulierum, vel virorum in sepulcris condere: hac quoque frangebatur & effodiebat auaritia, vt calo & luci proderentur.] Cuius moris multa apud varias gentes exempla extant: quorum nonnulla collegit Kirchmannus lib. 3. de Funeribus, cap. 24. Solent quidem ferè hostes parcere sepulcris & mortuis: (nam sepulcrorum religio viguit olim apud omnes fere nationes, vt idem Kirchmannus ostendit eodem lib. cap. 21. 22. & 23.) at durius & immanius actum est cum Iudæis à Chaldaeis, qui insigniora regum, principum, sacerdotum, ac prophetarum monumenta, & auaritia, & rabie hostili, contemptuque demoliti sunt, & ossa sparserunt.

VERS. 2.

ET EXPANDENTES AD SOLEM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. *Exponuntque ea ad solem & lunam, atque ad omnem exercituum caelestem, eo quod dilexerint ista, & quod seruiuerint illis, quod post ea abierint, ea inquisuerint, quodque ea adorauerint: non colligentur, neque sepelientur, sed velut stercus erunt in superficie terra.* 2. *Expandent ea Soli, & lunæ, totique exercitui caelorum, qua diligunt, id est, quibuscum scortantur, synecdochicè: & qua colunt, & qua sequuntur, & qua consulant, siue res caelestes obseruando, siue petendo oracula; denique quibus incuruant sese honorem exhibentes: non colligentur, neque sepelientur; profuso in superficie terra erunt.*

VERS. 3.

ET ELIGENT MAGIS MORTEM QVAM VITAM, &c.] Hunc versum Hebr. pro more linguae paulo obscurius conceptum, euidentius alij conuertunt: 1. *Omnes autem qui residui erunt ex reliquiis de generatione ista praua, mortem potius eligent quam vitam, in quibuscumque tandem locis, in qua eos impulero, reliqui fuerint: vel qua reliquentur. scilicet, loca intacta ab hostibus, dictum Iehouæ exercituum.* 2. *Et optatior erit mors quam vita toti residuo, iis, qui residui erunt ex familia pessima hac: vide Leuit. 20. vers. 5. residuis in omnibus locis, quò depulero illos, dictum Iehouæ exercituum.* 3. *Et eligetur mors magis quam vita, ab omni residuo, quod reliquum fuerit de familia mala hac, quod reliquum, inquam, fuerit in vniuersis locis, ad qua deuisero, seu pepulero eos, dictum Iehouæ exercituum.*

VERS. 4.

ET DICES AD EOS.] Alij: *Præterea dices Maluenda, In libr. Ierem.*

eis. Secundus erga ista locus, vt diximus cap. 7. vers. 21. nimirum amplificatio cum peccati Iudæorum, vsque ad vers. 10. tum poenæ, inde ad vers. 18. Amplificatur autem peccatum per comparationem misericordiae Dei presentissimæ, hoc versu, cum stupore & obfirmatione Iudæorum, tribus sequentibus; & cum fastuosa præsumptione ipsorum, v. 8. & 9.

NVM QV ID QVI CADIT NON RESVRGET: &c.] Reliquum istud versus alij ex Hebr. reddunt: 1. *Num sic cadunt homines vt non resurgant? num sic aliquis destitit vt non redeat.* 2. *An ita cadunt vt non possint resurgere? si conuerteretur quisque illorum, vel populus ad Deum, an non reuerteretur Deus? amplectens eos per misericordiam. id est, præcipitantur quidem Iudæi in ruinam suam grauissimè: sed quantus quantus sit casus, omnino maior est Dei misericordia, qua erigerentur, si respiscerent ad ipsum sese conuerterent.*

VERS. 5.

AVERSIONE CONTENTIOSA?] Sanctes: *rebellionem fori.* Leo Iudæ, & Montanus: *rebellionem tam pertinaciam.* Vatablus: *aterna, perpetua.* Forsterus: *auersione finali, seu pertinaciam, incessabilem.* Mercerus: *auersione pertinaciam, praefractam: potes reddere: quasi incessabilem: nam quod validum est, durabile est & perpetuum, seu diuturnum.* Auenarius: *auersione continuata, seu continua.* Marinus: *auersione victoriosa, inuicta, inuincibili, aeterna.* Tremellius, Iunius, Buxtorffius: *auersione peruincente, id est, peruincentissima, pertinacissima.* Hebræi ferè; *aeterna, perpetua, continua, quasi aeternata, תנצח תנצח* nitzachach habet formam participij Niphali, seu nominis participialis, possis reddere, *auersione enicta, conuicta, vel euincente.* Hispanicus Interpres: *de rebeldia perpetua, contumax, incorregibile.*

VERS. 6.

ATTENDI ET AVSCULTAVI, &c.] Alij hunc versum reddunt: *Attendi, & audiui, non rectum, seu praua loquuntur, nullum virum poenitet malitia sua, vt dicat, Quid feci? Quisque eorum conuersus est incursum suo, vt equus inundans seu præceps ruens in praelium.* 2. *Attendi, & auscultavi, dum scilicet transferem per certum illorum: non loquebantur rectum, nemo erat, quem poeniteret mali sui vt diceret, Quid feci? quisque illorum ad suum cursum tendit, vel conuertitur, id est, procedit ulterius, & fertur in res sibi propositas citra rationem: perinde ac equus in praelium effusus, vel impetu cadens in certamen.*

VERS. 7.

MILVVS.] חַפְּזִים *chafidab, ciconia.* vide in Leuit. 11. v. 19. *in calo, in aëre, volans, vel ex calo,* hoc est, ex calitemperie & qualitate.

COGNOUIT TEMPVS SVVM.] Hebr. *stationes suas, seu statim tempora sua.* nimirum quibus redire ad nos debeat, & abire.

ET HIRVND O.] חִירֻד *hirundo.* vide in Hai. 38. v. 14.

ET CIGONIA.] חֲמִי *ghaghur, hirundo.* vel *anjer-*

NN 2

anser-ferus. vide Ibidem. Obseruant, hoc versu esse argumentum amplificationis peccati Iudæorum per comparationem volucrum remeantium & commeantium suis temporibus, cui similis est Isaïæ 1. v. 3.

VERS. 8.

QUOMODO DICITIS, SAPIENTES NOS, &c.] Alij versum ex Heb. conuertunt: *Quomodo dicitis, Sapientes sumus, & lex Iehoua penes nos est? Vtique ecce ad falsitatem operatur stylus, falsitatem legisperitorum operatur.* Redargutio falsæ præsumptionis, & confidentiæ ab effectis contrariis, vt Romanor. 2. v. 17. & Iacobi 2. v. 16. & sequentibus. Est autem hic apostrophe ad sacerdotes, prophetas, & doctores legis. 2. *Quomodo dicitis, Sapientes sumus, & lex Iehoua apud nos est? profecto ecce vanescit frustraneus stylus scribarum.* vel *frustrà fecit stylum, frustrà Scribæ.* id est, certe qui calamum instruxit, vel aptauit, vt legem scriberet, frustrà operam insumpsit, frustra sunt Scribæ, qui sacros libros describant, cum nullus sit, qui ad illam componat vitam suam, vel qui illam legat, quasi dicat, si legem non impletis, perinde vobis est ac si scripta non esset, frustra consumitur opera in ea describenda. 3. *Quomodo dicitis, Sapientes nos, & lex Iehoua nobiscum est? Verè ecce in vanum adaptauit stylum suum scriptor & frustra scripserunt Scribæ.* Nos reddidimus: *profecto ecce ad falsitatem, in vanum fecit stylum.* Scriba vel notarius, stylum inquam falsitatis Scribarum. id est, & in vanum aptatus est stylus, & ipse stylus vanus est; geminatio inanitatis significatum auget, quasi dicat, & in vanum aptatus est & vanissimè adhibetur calamus Scribarum, seu notariorum ad conscribendam legem, quandoquidem eam non facitis. Possis reddere: *Vtique ecce in vanum facit stylus,* quo legem describitis, & *vanitas sunt Scribæ:* qui legem describunt, cum vobis frustrà sit descripta lex, qui eam non obseruatis. Vel *profecto ecce ad falsitatem fecit stylum,* vel *calamum, falsitas Scribarum.* id est, falsi Scribæ, legisperiti, ac legis doctores stylum seu calamum suum aptarunt ad omnem falsitatem; nimirum vt legem falsis interpretationibus & traditionibus peruerterent, vt eos Christus in Euangelio sæpe coarguit.

VERS. 9.

CONESI SVNT SAPIENTES, &c.] Hunc versum alij ex Heb. reddunt: *Pudesci sunt Sapientes, expauerunt & capti sunt: ecce verbum Iehoua reprobarunt, quæ ergo illis sapientia reliqua esse poterit?* Nonnulli quòd verbum דובישי *hobischu* sic ex Hiphil, transitiuè exponunt: *Feceruntne sapientes,* id est, an vllum specimen fructumvè sapientiæ suæ in docendo & reducendo populo ediderunt? *vt erubescerent,* populares nimirum Iudææ, quos doctrinâ ipsorum mandauerat Deus vocari ad fidem & pœnitentiam. Vide supra cap. 6. v. 15. *consternati sunt & capti?* auctoritate Dei & legis videlicet, vt renuntient malo suo: nam hic primus est aditus, quod captiuæ ducantur omnes cogitationes ad obediendum Christo, vt ostendit Apostolus 2. Corinth. 10. vers. 5. *ecce verbum Iehoua spernunt, & cuius rei sapientia inisset eis?*

PROPTEREA DABO MULIERES EORVM EXTERIS.] Alij: *Idcirco tradam uxores eorum aliis.* Altera pars amplificationis de pœnis, vt diximus in vers. 4. qua in parte exponuntur duo: primum, quæ & quàm graues pœnæ ipsos maneant pro peccatis suis, vsque ad vers. 16. deinde quomodo, & & per quos, vers. 16. & 17.

VERS. 10.

AGROS EORVM HEREDIBVS.] Heb. *hereditantibus,* vel *possessoribus hereditario iure.* aut *possessoribus.* exteris, id est, Chaldæis.

QVIA A MINIMO VSQVE AD MAXIMUM OMNES AVARITIAM SEQUVNTVR.] Alij: *nam aqve minimus ac maximus, quisquis est, quastuosus est quastus.* vel *deditus est quastui.* Hæc & omnia sequentia vsque ad vers. 13. eisdem fere verbis posita sunt supra Cap. 6. v. 13. 14. & 18.

VERS. 11.

CONGREGANS CONCREGABO EOS, &c.] Alij versum ex Heb. exponunt: 1. *Consumendo consumam eos.* vel *delendo delebo eos.* Aur: *Perdendo perdam eos.* id est, omnino, penitus, vel certissimè, proculdubio perdam eos, *dictum Iehoua; non sunt vna in vite, nec ficus in ficu, & folium decidit; & qua dedit eis,* solebam dare, *transierunt ab eis.* id est euauerunt, abstuli eis, non amplius dabo: vel, *& qua dabo eis, prateribunt eos.* id est priuabuntur eis. Quidam: *& qua dederam eis transibunt ab eis.* id est, spoliabuntur bonis, quasi dederam eis. 2. *Receiptendo recipiam eos.* Vel *omnino extirpabo eos, dictum Iehoua: nulla sum vna in ista vite, nullique fici in ista ficu, etiam ipsa folia deciderunt.* Exornatio præcedentis interminationis per similitudinem plantæ inutilis, quam Deus velut bonus agricola eradicatum iri denuntiat: vt Isaïæ 5. *& quacunque addo, vel adhibeo eis, praterunt.* id est, nullam culturam à me admittunt: sed operam & expectationem agrorum meorum ludificantur, vt supra cap. 5. v. 12. & 13.

Congregando, congregabo eos. Heb. *Colligendo colligam eos.* id est, omnino auferam, abstraham, detraham, perdam. Sic enim verbum קון *asaph* Hebræis, & *colligo* Latinis interdum vsurpantur: vide Genes. 30. vers. 23. Hispanicus Interpres versum ita expressit: *Cortando los cortare, dixo Iehoua. No hay vnas en la vid, ni higos en la higuera, y la hoja secabera; y loque leshe dado passara de ellos.* id est, *Quitar seos ha el reyno, &c.*

VERS. 14.

QVARE SEDEMVS? &c.] Hunc versum alij ex Hebr. efferunt, 1. *Ad quid sedemus nos? congregamini, & ingrediamur vrbes munitas, vt illic taciti simus, vel quiescamus: quia Iehoua Deus noster conpescuit nos, & potum nobis dedit aquam fellitam, vel succum fellis, quia peccauimus in Iehouam.* 2. *Dicentes, Quorsum nos desideramus? videlicet expectantes Deum, & hærentes istis prophetarum verbis: congregamini & ingrediamur ciuitates munitas: vide supra cap. 4. vers. 5. vt considereamus ibi.* id est, vt silentio transigamus hanc procellam freti oppidis munitis receptus nostri, in quibus consistemus donec Chaldæi abiuerint: *nam Iehoua Deus noster silentium induxit nobis.* id est, nam hac occasione luculente fati demonstrat nobis

nobis Dominus, iam non esse tempus, quo in aciem prodeamus, aut cum firmissimis hostium copiis dimicemus: *quum dedit bibendum nobis succum cicute*, id est, Soporifetum atque lethiferum; quasi dicat, soporauit exponendos morti: quia peccauimus Iehouæ.

SILERE-NOS-FECIT.] vel *ad silentium-redegit-nos*. Alij: *excidit, perdidit nos, effecit ut actum sit de nobis*.

AQVAM FELLIS.] Hebr. *aquas capitis*, seu *toxici*, aut *veneni primarij, & capitalis*, seu *mortifery*. vide in Deuteron. 29. v. 18. Sic infra cap. 9. v. 15. & cap. 23. v. 15.

VERS. 15.

EXPECTAVIMVS.] Hebr. est infinitiuus. *Expectare*, pro, *Expectauimus* siue *Expectamus*, vel imperatiuus. *Expecta*. Quidam hunc versum reddunt: *Expecta pacem, sed nihil erit boni; tempus curationis, sed ecce aderit terror*. Ironia traducens Iudæorum præfidentiam; neque pacem illis fore, neque spem recuperandæ pacis, quum adempta fuerit: sed fore quum liberationem sperabunt, vt eo magis ingrauescant mala; vt Isaiæ 5. v. 30. vide infra cap. 14. vers. 19.

VERS. 16.

A DAN AUDITVS EST FREMITVS EQUORVM EIVS, &c.] S. Hieronymus: [*Describitur autem à Dan per Phœnicem veniens cum exercitu Nabuchodonosor, in quo loco flumini Iordanis oriuntur.*] Aliqui exponunt: *Inde à Dane auditur rhorchus equorum illius*, id est, longe ab extremis finibus huius terræ, nam Dan terminus aquilonalis terræ Sanctæ erat. Adeo magnus erit apparatus eius bellicus! vide supra cap. 4. v. 15.

PUGNATORVM, vel ROBSTORVM EIVS.] אבירי *abbirim*, proprie, *voluerum, alatorum, pennatorum*, vt sit hic epitheton equorum; vt Iudicum 5. vers. 22. vide in Genes. 49. vers. 24. Quidam reddunt: *fortium-caballorum eius*. Hunc versum fusè explanauimus lib. 3. de Antichristo, cap. 8.

VERS. 17.

QVIA ECCE EGO MITTAM VOBIS SERPENTES REGVLOS, QVIBVS NON EST INCANTATIO.] Alij: *Nam ecce ego immissurus sum in vos serpentes hæmorrhoidas, contra quas nulla prodest mussitatio*. Comparatio, ad exponendum implacabilem Chaldæorum animum, & virulentissimū accommodat. De hac autem comparatione vide Psal. 57. v. 6.

REGVLOS.] רפיונים *ziphonim*, *basiliscos*. vide in Isai. II. vers. 8.

VERS. 18.

DOLOR MEVS SVPER DOLOREM IN ME COR MEVM MÆRENS.] Alij hunc versum ex Hebr. variè conuertunt: 1. *In fortificatione mea super dolore, in me cor meum est infirmum*, id est, Dum conor dolorem animi depellere à me, deficit mihi animus. 2. *Roborari cupiebam contra mærorem, sed in me cor meum mæret*. 3. Leo Iudæ: *Rictum flendo diduxi propter mærorem; cor meum dolore affectum est in me*. Rationem huius interpretationis facile noscunt eruditi, quod בלג *bālagh*, contulit cum בלג *palagh*, Littera eiusdem instrumenti. 4. Forsterus: *Refrigerium; refrigeratio, resocillatio mea, super defatigatione; mæstitia, mærore: super me cor meum languefactum*, id est, Refrigerium, quod sperabam pro mærore, fuit deliquium animi. quasi di-

cat, pro corroboratione & refrigerio doloris mei quod optabam, obuenit mihi languor animi. 5. Vatablus: *In consolatione mea ob mærorem, cor meum in me dolore affectum est*, id est, quum darem operam vt mærore deposito respirarem, & solarer me, animus meus à consolatione fuit alienus. 6. Tremellius, & Iunius: *Recreans mea, seu anima mea recreatura se, est in mærore: in me animus meus languidus est*. Tertius locus ergasia, pathetica prophetæ lamentatio, vt dictum est cap. 7. v. 21. quæ primum luctum suum, atque causas & rationes exponit proleptice; quatuor versibus; deinde optatum, tribus alijs; postremò causas luctus sui copiose explicat à v. 3. vsque ad 12. sequentis Capitis. Est autem periphraasis animæ in his verbis, *recreatura se*: nam (*animus latus bene medicinam facit*,) Proverb. 17. v. 22. 7. Sanctes: *Quum volo confortari super dolorem meum, non possum, quia in me cor meum est infirmum*. 8. Marinus: *Corroboratio mea est super dolore, id est, maiore dolore afficior: super me cor meum est languens*. 9. Hispanicus Interpres: *Fortification mia sobre el dolor, siue A causa de mi fuerit dolor, mi corazón desfallece en mi*.

VERS. 19.

ECCE VOX CLAMORIS FILIÆ POPVLI MEI DE TERRA LONGINQVA, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. transfundunt: 1. *Ecce vox clamoris filia populi mei præ timore inimici venientis de terra longinquitatum, seu distantiarum, dicentis: nunquid Iehoua non est in Tzijone? an rex eius non est in ea? Quare irasci fecerunt me sculptilibus suis, ait Iehoua, & vanitatibus dei alieni? vel populi alienigenæ?* 2. *Ecce sonus vociferationis filia populi mei propter aduenas, seu hostes venientes: terra longinquissima, dicentis, An Iehoua minime est Tzijone? an rex eius minime est in ea? Cur irruerunt me, ait ille, sculptilibus suis, vanitatibus alienigenarum?* Causæ luctus ponuntur duæ, vna, quædam veluti discessio & separatio Dei à populo, de qua Ecclesia conqueritur: Altera est peccatorum grauitas, quam Deus Iudæis exprobat per dialogismum, hoc versu: vnde consequuntur publicæ calamitates, v. 20. & prophetæ luctus, v. 21.

TRANSIIT MESSIS, &c.] Alij: *Præterit messis, finita est ætas, & nos non seruamur*. Exponunt *Præterit*, videlicet à nobis, quasi dicat Iudæorum Ecclesia, Omnia commodat, omnesque eorum percipiendorum rationes nobis perierunt, & nos patiter periuimus. Nam lætitia in Scripturis tempore messis & vindemiæ (quæ in desinentem ætatem incidit) figurari solet, vt Psal. 4. v. 7. Isai. 9. v. 3. ac si dicat, nobis iam non est messis, nec vindemia; vnde penitus destituimur commodis vitæ, & deficiamus. Quidam explicant, *Præterit omne tempus, quo nobis auxilia vel Ægypto, vel aliunde expectabamus ventura, nempe post messem initio ætatis venire solent, ecce iam finita est ætas, & non veniunt: iam ergo nobis spes excidit*.

VERS. 20.

CONTRITVS SVM.] Est præteritum conjugationis Hophal, *confringi-facti-fui*, quæ significarum intendit, id est, vehementissime fractus sum.

VERS. 21.

VERS. 22. NVMQVIB, &c.] Secundus lamentationis locus, vt diximus in vers. 18. continens optata tria, vnum, vt curetur populus Iudæorum, quod metaphoricè significatur rebus corporeis hoc versu: alterum, vt propheta condignè pro atrocitate supplicij miserias popularium deslere possit, vers. 1. sequentis capituli: tertium, vt iam iam sibi liceret abesse per voluntatem Dei, ne tantarum calamitatum spectator esset malorumque præsentium, quæ deinde narrantur, à vers. 2.


RESINA.] ריזורי, vide in Genes. 37. v. 25. Plerique hinc balsamum, seu opobalsamum reddunt, quod mihi sanè non satis conuenire videtur, cum balsamum non in Gilbade, sed in agro tantum Ierichuntino nasceretur, vt no-

tum est: vide Iosue 2. v. 1. Alij: *theriacam*; plures *resinam* vertunt, cuius in medicina varios vsus Plinius accuratè exequitur lib. 24. cap. 6. Hunc versum aliqui ita reddunt: 1. *An non est theriaca in Ghilhad? an non medicus est ibi? Sed quare non ascendit curatio, medela, sanitas filia populi mei? aut sed cur non confendit cicatrix filia populi mei? vel sed cur non est curata medicinis filia populi mei?* 2. *An opobalsami nihil est in Gilbade? an medicus nullus est ibi? nam cur non conualuit filia populi mei?* De voce ארוכה *aruchah*, quam hinc fere, *curacionem, sanitatem, medicinam*, reddunt, vide in Isaïæ 58. v. 8. Ac si dicat, cur nolunt Iudæi respiscere, cum tot prophetas, monitores habeant?

CAPVT IX.

Luget propheta interficiendos de Iudæa: in nullo dicit esse fidendum, cum omnes dolosè incedant: quia Iudæa vastanda est, vult omnes assumere luctum: in solo Deo eiusque cognitione gloriandum, qui puniet tam Gentiles quàm filios Israel in circumcisos corde.

Vulg.

1  Vis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? & plorabo die ac nocte, interfectoros filia populi mei.

2 Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorum, & derelinquam populum meum, & recedam ab eis? quia omnes adulteri sunt, cæcus prauaricatorum.

3 Et extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij & non veritatis, ad malum egressi sunt, & me non cognouerunt, dicit Dominus.


4 Vnusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet.

5 Et vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquentur: docuerunt enim linguam suam loqui mendacium; vt iniquè agerent, laborauerunt.

6 Habitatio tua in medio doli: in dolo renuerunt scire me, dicit Dominus.

7 Propterea hac dicit Dominus exercituum: Ecce ego conflabo, & probabo eos: quid enim aliud faciam à facie filia populi mei?

Malu.

1  Vis dabit caput meum aquas, & oculum meum venam lacrymæ; & lacrymatus fui die & nocte violatos filia populi mei

2 Quis dabit me in deserto pernoctatorium itinerantium; & dereliqui populum meum, & ambulauit de eis: quia ^b omne eorum ^c subagitanter; præualeſcentia incurrentium.

3 Et viauerunt linguam suam arcum suum falsitatem & non ^d fidei; præuaricauerunt in terra: quia de malo ad malum exiuerunt, & me non cognouerunt, ^d Fidelis-sermo IHVH.

4 Vir de sodali suo obseruati-estote, & super omnem fratrem non confidentis: quia omnis frater calcaneare calcaneabit, & omnis sodalis, ^f delator ambulabit.

5 Et vir in sodali suo fallent, & fidem non loquentur: docuerunt linguam suam loqui falsitatem, & deprauare-facere defatigati fuerunt.

6 Sedere te in medio ⁱ fallaciæ; in fallacia renuerunt cognoscere me, Fidelis-sermo IHVH.

7 Ad sic, sic dixit IHVH TZEBAOTH, Ecce ego vrens eos, & probabo eos: quia quomodo faciam de faciebus filia populi mei?

a tota die

b omnes ipsi
c mercantes, adulterantes

d datinus, in fide, ad fidem per fidem

e vide Genes. 22. 16. sic v. 6. 19. 22. 24. & 25.

f vide c. 6. v. 28.

g curuare, distorquere, peruertere
h Habitare, manere tuum
i vide Genes. 27. 35. sic deinceps

Pfalm. 27.
a. 3.

8 Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est: in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias.

9 Namquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut in gente huiusmodi non ulciscetur anima mea?

10 Super montes assumam fletum ac lamentum, & super speciosa deserti planctum: quoniam incensa sunt, eo quòd non sit vir pertransiens: & non audierunt vocem possidentis: à volucre cali vsque ad pecora transmigraverunt & recesserunt

11 Et dabo Ierusalem in aceruos arena, & cubilia draconum: & civitates Iuda dabo in desolationem, eo quòd non sit habitator.

12 Quis est vir sapiens, qui intelligat hoc, & ad quem verbum oris Domini fiat ut annunciet istud, quare perierit terra, & exusta sit quasi desertum, eo quòd non sit qui transeat?

13 Et dixit Dominus: Quia dereliquerunt legem meam, quam dedi eis, & non audierunt vocem meam, & non ambulaverunt in ea:

14 & abierunt post pravitatem cordis sui, & post Baalim: quòd didicerunt à patribus suis.

15 Idcirco hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego cibabo populum istum absinthio, & potum dabo eis aquam fellis.

16 Et dispergam eos in Gentibus, quas non nouerunt ipsi & patres eorum: & mittam post eos gladium, donec consumantur.

17 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Contemplamini, & vocate lamentatrices, ut veniant: & ad eas, quæ sapientes sunt, mittite, & properent:

18 festinent, & assumant super nos lamentum: deducant oculi nostri lachrymas, & palpebra nostræ defluant aquis.

19 Quia vox lamentationis audita est de Sion: Quomodo vastati sumus & confusi vehementer? quia dereliquimus terram, quoniam deiecta sunt tabernacula nostra.

20 Audite ergo mulieres verbum Domini: & assumant aures vestra sermonem oris eius: & docete filias vestras lamen-

8 Sagitta mactans lingua eorum, fallaciam loquuta fuit: in ore suo pacem ad sodalem suum loquetur, & in intimo suo ponet insidiam suam.

9 An super ista non visitabo in eis, Fidelis-sermo IHVH? Si in gente, quæ sicut ista non vindicare-sefe-faciet anima mea?

10 Super montes leuabo lacrymationem, & lamentatum, & super montes deserti lamentationem; quia conflagrati fuerunt, de nequaquam viro transeunte; & non audierunt vocem acquisitionis: de volatili cælorum & vsque ad animal diuagauerunt, ambulauerunt.

11 Et dabo Ierusalaim, conuolutionibus, habitaculo, draconis: & vrbes Iehudah dabo afflationem, de nequaquam habitante.

12 Quis vir sapiens & intelligere fecit istud? & quòd loquutum fuit os IHVH ad eum, & annuntiauit id? super quid ablata fuit terra flagrauit sicut desertum de nequaquam transeunte?

13 Et dixit IHVH, super derelinquere eos legem meam, quam dedi faciebus eorum: & non audierunt in voce mea, & non ambulauerunt in ea.

14 Et ambulauerunt post intentionem cordis sui, & post Beghalim quos docuerunt eos patres eorum.

15 Ad sic, sic dixit IHVH TZEBAOT ELOHIM Israelis, Ecce ego comedere-faciens eos, populum istum absinthium, & potare-faciam eos aquas capitis.

16 Et dispergam eos in gentibus, quas non cognouerunt ij, & patres eorum: & mittam post eos gladium vsque ad consummare me eos.

17 Sic dixit IHVH TZEBAOTH, intelligere-vos ipsos-facite, & vocate lamentantes, & venerunt: & ad sapientes mittite, & venerunt.

18 Et festinauerunt, & leuauerunt super nos lamentum: & descendent oculi nostri lacrymam; & palpebræ nostræ fluent aquas.

19 Quia vox lamenti audita fuit de Tziione, quomodo deuastati fuimus, pudefacti fuimus valde, quia dereliquimus terram, quia deiecerunt scenas nostras.

20 Quia audite, mulieres, verbum IHVH, & accepit auris vestra verbum oris eius: & docetè filias vestras lamen-

x interiori
intrauco

l casus-pas-
toritias, pa-
scua, &c.
vide in
Exod. 15. 19
m pecoris,
peculij. vi-
de Genes. 4.
20.
n iumentu
bestiam,
o in aceruos
p caueæ,
lustru, seu
lustrum
q draconum
r afflatum,
afflandam,
stupendam
desolatione

(disperit

quos quod

u lamenta-
trices, præ-
ficas
x famineum
y descende-
re fecerunt,
deduxerunt,
effuderunt
z lacrymâ

s taberna-
cula, coha-
bitacula

Inf. 2. c. 15.

rum, & vnaquaque proximam suam
placitum:

21 quia ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras, disperdere paruulos de foris, inuenes de plateis.

22 Loquere: Hac dicit Dominus: Et cadet morticinum hominis quasi stercus super faciem regionis, & quasi sanum post tergum metentis, & non est qui colligat.

23 Hac dicit Dominus: Non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur diues in diuitiis suis:

24 sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam, & iudicium, & iustitiam in terra: hac enim placent mihi, ait Dominus.

25 Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & visitabo super omnem qui circumcisum habet præputium,

26 Super Ægyptum, & super Iudam, & super Edom, & super filios Ammon, & super Moab, & super omnes qui attonsi sunt in comam, habitantes in deserto: quia omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Israel incircumcisi sunt corde.

lamentum: & vira sodalem suam lamentationem.

21 Quia ^c ascendit mors in fenestris nostris, venit in ^d palatiis nostris ad excindere paruulum de ^e platea, ^f electos de plateis.

22 Loquere, Sic Fidelis-sermo IHVH; Et cadet cadauer hominis sicut stercus super facies agris & sicut manipulus de post ^h decurtantem, & non colligens.

23 Sic dixit IHVH, Non extollere sese-faciet sapiens in sapientia sua, & non extollere sese faciet ⁱ præualidus in præualescentia sua: non extollere sese-faciet diues in ^k diuitia sua.

24 ^l Quia si in isto extollere sese-faciet extollere sese-faciens intelligere & cognoscere me; quia ego IHVH faciens ^m benignitatem, iudicium & iustitiam in terra: quia in istis benecomplacui, Fidelis-sermo IHVH.

25 Ecce dies ⁿ venientes, Fidelis-sermo IHVH, & visitabo super omnem circumcisum, ^o in præputio.

26 Super Ægyptum, & super Iudam, & super ^p Edom, & super filios Ghamonis, & super Moabi, & super omnes ^q præsecatos anguli habitantes in deserto: quia omnes gentes, præputiati, & omnis domus Israelis præputiati cordis.

b vt accipiat
c præteritū
d arcibus
e vico, foris
f iuuenes

g vt c. 8.
v. 2.

h demetentem, messorum
i potens, heros, gigas

k opulencia

l DN ד


chi in
quoniam
m beneficentiam, pietatem, beneficium

n venturū sunt

o cum

p Edomā

q præsecatos, præcisos, detruncatos



COMMENTARIA.

VERS. 1.



VIS DABIT CAPITI MEO AQVAM, &c.] Alij hunc verum ex Heb. reddunt: O si quis daret caput meum esse aquas, & oculum meum scaturiginem lacrymarum, vt deslerem intendi & no-

ctu confossos filia populi mei. Notant non optare capiti aquam vtcunque, sed vt totum caput in aquas vertatur, vt sit exaggeratio mali imminētis.

VERS. 2.

QVIS DABIT ME IN SOLITVDINE, &c.] Alij hunc versum ex Heb. conuertunt: O si quis poneret me in deserto, in diuersorio viatorum, vt dereliquerem populum meum, & abiram ab eis: nam omnes sunt adulteri, interditi die perfide-agunt. Illud, nam omnes sunt adulteri, &c. aiunt esse ætiologiam optatorum præcedentium à duabus causis, vna est, indignissima & impurissima vita populi, vsque ad versum 7. altera, pœna grauissima diuinitus infligenda, inde ad verl. 12. interditi die perfide agunt Exaggeratio perfidiæ à tempore: ne ipsis quidem diebus, qui festi erant Domino, integram fidem conseruasse.

De voce גזרזרז ghatzereth, quam hîc Diem feriatum, seu interdictum, Cœtum, collectam, festum, &c. exponunt, vide Leuit. 23. v. 36.

PRÆVARICATORVM.] Heb. incurrentium, vel excurrentium, vi & iniuria in alios, grassatorum, violentorum.

ET EXTENDERVNT LINGVAM SVAM QVASI ARCV MENDACII, ET NON VERITATIS..] Ex Heb. Alij. 1. Et iaculari-fecerunt linguam suam veluti arcum suum, mendacium, id est, efficiunt vt lingua ipsorum tanquam arcus iaculetur mendacium. 2. Et lingua sua, qua stuntur vice arcus, iaculantur mendacium, id est, falsa loquuntur. 3. Intendunt linguam suam veluti arcum suum mendacem. 4. Et intendunt lingua sua arcum suum falsum. 5. Forsterus: Et calcauerunt linguam suam scilicet tanquam arcum falsitatem vel falsum, verbum est ex Hiphil, & reddi potest, calcare fecerunt, viare-fecerunt, id est, direxerunt. Hispanicè dicimus, aniaron, id est, lingua sua velut arcu emiserunt, iaculati sunt falsitatem, mendacium, vanitatem. Particulam illam, Et non veritatis, sequentibus annectunt distinctiones Hebraicæ, ac varie alij reddunt

VERS. 3.

reddunt, 1. non propter veritatem potentes sunt in terra, id est, non propter fidelitatem & probitatem dignitates obtinuerunt. 1. neque in veritate roboraverunt se in terra. 5. praevalent in terra, sed non ad, seu per veritatem. sed per lycophantias. 4. neque in fide inualescunt in terra, id est fideiter seruantes foedus Dei.

VERS. 4. VNVSQVISQVE SE A PROXIMO SVO CVSTODIAT, &c.] Alij ex Heb. versum reddunt: Quisque ab amico suo caute, & vili fratri ne confiditote: nam omnis frater omnino supplantat, & omnis amicus cum detractioe ambulat. Apostrophe ad populum suum, per auxesim vt v. 6. 2. cuique a proximo suo cauendum est, & fratri suo nullus tuus fidis: nam omnis frater supplantando supplantat, & omnis proximus mercator incedit. vox Hebraea רכיל rachil mercator aut negotiator proprie est, capitur pro fraudulento & impostore, quod ferè negotiatores dolo ac fraude agunt, & proximi iactura suum negotium conficiunt. Sed magis pro delatore & detractore vsurpatur: vide Leuit. 19. v. 16.

VERS. 5. ET VIR FRATREM SVVM DERIDEBIT, &c.] Alij hunc versum ex Heb. eprimunt: 1. Et quisque amicum suum circumveniunt & veritatem non loquuntur, docuerunt enim linguam suam loqui mendacium, praeu-agendo, vel ad praeu-agendum laborant ad lassitudinem vsque 2. Quisque proximo suo illudit, seu imponere solet, & verum non dicunt: assuefecerunt linguas suas loqui mendacium, peruersè-agendo laborant. 3. Et quisque amico suo illudunt, ac veritatem non loquuntur: docent linguam suam loqui falsum, peruersè-agendo desefiscuntur.

VERS. 6. HABITATIO TVA, &c.] Alij: Habitatio tua in medio dolo, id est, totus tu Iehuda circumfusus dolis & fraudibus manes; pro dolo renuunt cognoscere me, dictum Iehoua, id est, malunt adhærere suo dolo, quam eo omisso mihi se adiungere. Alij Apostrophen Dei ad Ieremiam esse volunt, O tu Ieremia habitas in medio populi dolosi, non tam aptè.

VERS. 7. PROPTEREA HÆC DICIT DOMINVS EXERCITVVM.] Alij: Idcirco sic ait Iehoua exercituum: Altera causa luctus, vt ostendimus ad vers. 2.

ECCE EGO CONFLABO EOS: ET PROBABO EOS.] Alij: Ecce ego constans eos probans eos, vt supra cap. 6. v. 19.

CONFLABO EOS] Heb. urens, constans, excoquens, purificans, fundens, examinans, eos.

QVID ENIM ALIVD FACIAM A FACIE FILIAE POPVLI MEI?] Alij: 1. Quid enim facerem, vel quomodo enim aliter facerem propter filiam populi mei? 2. nam quomodo factururus essem propter filiam populi mei? id est, cum videam me in vanum conflare, & ab istis malis eam auelli non posse (vt supra cap. 6. v. 29.) quid porro faciendum esset aliud mihi. Hæc autem consultationis species, summè est emphatica, vt Ihaia. 5. v. 3.

VERS. 8. SAGITTA VVNERANS.] Heb. duplex est lectio, in textu legitur שׁוֹחֵטׁתׁ sêchochet. Benoni, sagitta mactans, iugulans, in margine vero שׁוֹחֵחַׁתׁ sêchohut Pahul, sagitta mactata, extensa, iugulata. Nonnulli Hebræorum exponunt, sagitta tracta, ducta, extensa, per Maluenda, In libr. Ieremi.

cotem, id est, tersa, polita, acuta. Forsterus substantiue reddit: sagitta expansionis, id est, expansa, seu extensa in arcu, vel sic: sagitta mactationis, seu iugulationis, hoc est, ad mactandum & iugulandum, seu quæ mactat & iugulat. Tremellus & Iunius: Culter iugulans lingua eorum est.

VERS. 9. NVNQVIVD SVPER HIS NON VISITABO, &c.] Hunc versum habes supra cap. 5. v. 9. & 29.

SVPER MONTES.] Quidam: propter hos montes, id est, Iudæam quæ montosa est, Exod. 1. v. 17. & Deuteron II. v. 11.

ASSVMAM FLETVM ET LAMENTVM.] Alij: extollam fletum, & lamentum, id est, faciam vt extollantur lamenta. 2. fletum ordiar & eiulatum.

ET SVPER SPECIOSA DESERTI PLANCTVM.] Alij: 1. & propter amœna loca deserti lamentationem. 2. & propter causas deserti lamentationem, id est, planities pascuæ inter montes sitæ, vt Iosua 15. v. 61.

QVONIAM INCENSA SVNT, EO QVOD NON SIT VIR PERTRANSIENS.] Alij: 1. quoniam exusta sunt, seu desolata, vt nemo per ea transeat. 2. nam accendentur adeo vt nullus transeat. id est, plane desolabuntur tanquam peruadente igne.

A VOLVCRE CALI VSQVE AD PECORA TRANSMIGRAVERVNT ET RECESSERVNT.] Alij: 1. tam volucres cali quam iumenta emigrarunt & abierunt. 2. tam aues cali quam iumenta euagabuntur, abibunt.

VERS. 12. ET DABO IERVSALEM IN ACERVOS, &c.] Alij hunc versum: 1. quin & ipsam Ierusalaim in acervos redigam, & lustra draconum: sed & ciuitates Iehuda desertas reddam, vt sint sine habitatore. 2. Et disponam Ierusalaima in acervos, lustrum draconum: & ciuitates Iehuda disponam desolationem, adeo vt nullus inhabitet.

QVIS EST VIR SAPIENS QVI INTELLIGAT EOS, &c.] Quidam hunc versum ita reddunt: Quis est vir ille sapiens, qui doceat istud, & id, quod edixerit os Iehoua sibi, indicet? propter quid percat hæc terra, incendatur tanquam desertum, adeo vt nullus pertranseat. quarta, inquiunt, pars concionis, confutatio inanium defensionum, quibus Iudæi purgare se conabantur, vt diximus cap. 7. v. 1. Atqui habemus (dicebant Iudæi) legem & prophetas; non est peritura lex ex ore nostro; vt supra cap. 8. vers. 8. & infra cap. 18. vers. 18. Habetis quidem, ait propheta, sed neque propheta est vllus, qui eloquatur ex vestris, hoc versu; neque vllus in populo, qui auscultet legi, duobus sequentibus: proinde duo vobis restant: vnum, vt pœnas pendatis Deo, vers. 15. & 16. alterum, vt praticas descentes mala vestra conducatis; quia ne vobis quidem lugendi tempus dabitur, vsque ad vers. 23. Sic Ezechiel. 24. vers. 16. & sequentibus. Alij: Qui sapiens est, intelligit istud, & ad quem os Iehoua loquuntur est, annuntiabit istud, nimirum, ob quam causam terra ipsa perierit, & exusto deserto similis sit, vt nemo pertranseat.

VERS. 13. ET DIXIT DOMINVS, &c.] Alij hunc versum

versum ex Hebr. 1. *Et dixit Iehoua: Eo quod deseruerunt legem meam, quam proposueram eis, & non audierunt vocem meam, neque ambulauerunt in ea.* 2. *Dixit enim Iehoua, quia derelinquunt legem meam, quam exposueram eis; neque auscultant voci meae, neque ambulant in illa.*

VERS. 14.

ET ABIERVNT POST PRAVITATEM CORDIS SVI, &c.] Alij: *Sed eunt post aspectum cordis sui, vel sequuntur sententiam animi sui, & Bahalimos; quod docuerunt ipsos, maiores ipsorum.* 2. *Sed sequenti sunt peruersam libidinem cordis sui, seu duritiam animi sui, &c.* vide supra cap. 7. v. 24.

POST BAHALIM.] vide supra cap. 2. vers. 23.

VERS. 15.

ECCE EGO CIBABO POPVLVM ISTVM ABSINTHIO.] Alij: *Ecce ego cibaturus sum istos, videlicet, populum hunc absinthio.* id est, rebus amarissimis tractabo: nam amaritudinem absinthio comparat Scriptura, infra cap. 23. v. 15. Lament. 3. v. 15. & 19. Prouerb. 5. v. 4. & Apoc. 8. v. 11.

AQVAM FELLIS.] Hebr. *aquas capitis.* vide supra cap. 8. v. 14. *Quidam reddunt: & bibendum daturus eis succum cicuta.*

VERS. 16.

DONEC CONSUMANTVR.] Hebr. *vsque ad consummare, seu consumere me eos.* Alij: *donec consumam, vel consumpsero eos.*

VERS. 17.

CONTEMPLAMINI.] Alij: *Prospectate.* 2. *Animaduertite.* 3. *Considerate diligenter.* verbum ex Hithpahel attentam & diligentem intelligentiam significat. quasi dicat, quam attente, & diligenter obseruate, intelligite, &c.

ET AD EOS, QUÆ SAPIENTES SVNT MITTITE.] Alij: *& ad peritas artis lamentandi, ad præficias mittite.* De præficias vide Notas in Iob 3. v. 8.

VERS. 18.

FESTINENT, ET ASSVMANT SVPER NOS LAMENTVM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. 1. *Vt accelerent, & sumant super nos lugubre carmen, ut defluant oculi nostri lacryma, & palpebra nostra stillent aquas.* 2. *Et festinanter extollant de nobis lamentum, & descendantibus lacrymis ex oculis nostris, & ex palpebris nostris fluentibus aquis.* vide infra cap. 13. v. 17.

VERS. 19.

QVIA VOX LAMENTATIONIS.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: 1. *Quoniam vox eiulatus audita est de Tzijone; id est breui audietur, Quomodo vastati sumus? quam misere confusi? quoniam terram reliquimus; & eiecerunt nos a se tabernacula nostra.* 2. *Nam sonorum lamentum auditur de Tzijone, Quomodo vastamur? erubescimus valde, quia derelinquimus terram; quia deiecerunt nos tabernacula nostra.*

QVONIAM DEIECTA SVNT TABERNACVLA NOSTRA.] Hebr. *quia deiecerunt tabernacula nostra.* Plerique exponunt: *quia proiecerunt nos a se tabernacula nostra.* quasi ipsa terra nostra nos a se extruderet ac proiiceret tanquam indignos. Alij: *quia hostes nostri deiecerunt tabernacula nostra.* id est, solo æquarunt domus, ædes, habitationes nostras. vel *deiecerunt*, impersonaliter, vt passim in Scriptura more linguæ, pro deiecta sunt.

AVDITE ERGO MULIERES, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. conuertunt: *Nam audite femina verbum Iehoua, & percipiat aures vestra verbum oris eius, vt doceatis filias vestras lamentum, & altera alteram doceat lamentationem.* Hebr. *Et femina amicam suam,* id est, vnaquæque vicinam suam, seu proximam suam, lamentationem. Amplificatio, quasi dicat, non vacat diu aut longius excurrere ad conducendas præficias: agite ô mulieres, ad planctum alia alias, & puellas vestras informate: qui describitur duobus versibus proximè sequentibus.

VERS. 20.

QVIA ASCENDIT MORS PER FENESTRAS.] vel *in fenestras.* id est, cruentus & exitialis hostis, scalis & machinis in fenestras, & celsiora loca domorum nostrarum, & artium peruasit.

VERS. 21.

LOQVERE, HÆC DICIT DOMINVS, &c.] Alij hunc versum ex Hebræo ita explanant: *[Eloquere, sic habet dictum Iehoua.]* Exaggeratio lamenti, cuius grauitatem sibi necessario fuisse enuntiandam propheta docet ab iterato præcepto Dei; quod nos propterea parenthesi inclusimus. Sic autem præscribitur lamentum istud; vt olim à Moscheh Canticum iussu Dei, Deuteron. 21. vers. 19. & sequentibus. *& ceciderunt cadauera humana; vt finis in superficie agri, & vt manipulus,* id est, confertim, per strues cadauerum quam plurimas, a tergo messorum, qua nullus colliget.

VERS. 22.

HÆC DICIT DOMINVS, &c.] Alij hunc versum sic efferunt: *Sic ait Iehoua, Ne gloriator potens in potentia sua; neque gloriator diues in diuitiis suis.* Conclusio totius concionis, vt dictum est cap. 7. v. 1. bimembris, qua primum reuocantur pij a fiducia rerum omnium ad fidem in Deum ipsos consolaturum in maximis angustiis, duobus versibus; deinde impiis iudicium denuntiatur, duobus vltimis. Alij: *Ne iactet sese, &c.*

VERS. 23.

SED IN HOC GLORIETVR, &c.] Quidam versum ex Heb. sic reddunt: *Sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, se intelligere & cognoscere me:* Vide 1. Corinth. 1. v. 31. & 2. Corinth. 10. v. 17. *me esse Iehouam exercentem benignitatem, ius & iustitiam in terra:* id est, benignitatem erga pios, & ius in impios, vt Plal. 100. v. 1. *ex iustitia, quæ regula est vtriusque: quia istis delecto, dictum Iehoua.*

VERS. 24.

ET VISITABO.] Alij: *animaduertam, seu puniam.*

VERS. 25.

OMNEM QVI CIRCVMCISVM HABET PRÆPUTIUM.] Heb. *omnem circumcisum in præputio.* Alij: 1. *omnem circumcisum, & habentem præputium.* siue & existentem in præputio. vel & cum; qui est in præputio. 2. *in omnem circumcisum cum præputiato.* id est, Iudæos promiscue cum alienigenis: prout per regem Babylonæ factum est, vt idem prophetat infra cap. 27. v. 6. & sequentibus;

SVPER, vel IN ÆGYPTVM, seu ÆGYPTIOS, ET SVPER IVDAM, siue ET IN IEHVDAOS, &c.] Quibus omnibus sigillatim suas calamitates prænuntiat, infra cap. 46. & sequentibus Capitibus.

VERS. 26.

QVI ATTONSI SVNT IN COMAM.] Variè,

vidē alij ex Heb. 1. Kimchius, *dispersos in angulum*, extremum terræ. id est, longinquissimos. 2. Sanctes: *habitantes in extremo angulo mundi*, vel terra. 3. Vatablus: *extremificatos angulo*. id est, detrusos & redactos in extremum angulum terræ. 4. Leo Iudæ: *qui in extremis orbis habitant*. 5. Forsterus: *extermi-natos angulo*. id est, reiectos in angulum. vel *precisos angulo*. 6. Marinus: *abscissos angulo*. vt illud Maronis:

Et penitus toto diuisos orbe Britannos.

7. Auenarius, Schindlerus, Buxtorfius: *extrematos, extremos, anguli*. id est, Arabes, in extremis angulis deserti habitantes. 8. Tremellius, Iunius, Buxtorfius: *amputatos laterē, vel angulo*, id est, Arabas, attonsam & circumrasam comam habentes, vt mos fuit Arabum, quos eodem modo propheta nominat infra cap. 25. v. 23. cap. 49. v. 42. de qua consuetudine ita ait Herodorus in Thalia, seu lib. 3. Numero 8. [*Dicunt, Arabes tondere sui capillamenti comam, vt ipse Dionysus, id est, Bacchus, tonsus est: tondentur autem in rotundam formam, tempora subradentes.*] S. Hieronymus: [*Multarum ex quadam parte gentium, &*

maximè, qua Iudæa, Palestinaque confines sunt, vsque hodie populi circumciduntur, & præcipue Ægyptij & Idumæi, Hammonita & Moabita, & omnis regio Saracenorum, qui habitant in solitudine, & de quibus dicitur, Qui attonsi sunt comam, habitantes in deserto.]


QVIA OMNES GENTES HABENT PRÆPUTIUM, OMNIS AVTEM DOMVS ISRAEL IN CIRCVMCISI SVNT CORDE.] Heb. quia omnes gentes præputiata, & omnis domus Israelis præputiati sunt corde. Tremellius & Iunius: nam omnes ista gentes præputiata sunt. subaudi, corde; nam carne circumcisa sunt, vt dudum ex S. Hieronymo vidimus, & ostendimus in Genes. 17. v. 23. Dicuntur autem, præputiata corde, vt Deuteronom. 10. v. 16. & supra cap. 4. v. 4. etiam tota domus Israelis præputiati sunt corde. Aptius S. Hieronymus exponit: [*Cum præter Ægyptios, Idomeos, Hammonitas, Moabitas, & Ismaelitas in solitudine commorantes (quorum pleraque pars circumcisa est) omnes alie nationes in toto orbe in circumcisa sine carne: omnis domus Israel in circumcisa est corde, non carne: qua incircumcisio ducit ad mortem. Illa enim carnis, hæc spiritus est.*]

CAPVT X.

Non est timenda celestis constellatio, nec vanissima ac imbecillia idola: sed Dominus qui solus est Deus, creator ac gubernator omnium, qui vastabit peccatores terra: plangit suum malum Ierusalem, & cum hominis non sit suas vias dirigere, orat Deum ne eos qui ipsum cognoscunt, ad interuersionem deleat, sed in hostes potius Iudæorum suum effundat furorem.

Vulg.


Malvi.

I  *Vdite verbum, quod locutus est Dominus super vos domus Israel.*
 2 *Hæc dicit Dominus: Iuxta vias Gentium nolite discere: & à signis cali nolite metuere, qua timent Gentes:*
 3 *quia leges populorum vana sunt: quia lignum de saltu præcidit opus manus artificis in ascia.*
 4 *Argento & auro decorauit illud: clauis & malleis compegit, vt dissoluatur.*
 5 *In similitudinem palma fabricata sunt, & non loquentur: portata tollentur, quia incedere non valent: nolite ergo timere ea, quia nec malè possunt facere, nec bene.*
 6 *Non est similis tui Domine: magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine.*

Sup. 13. c. 11.
& 14. a. 8.

Mich 7. d. 18.
Apoc. 15.
b. 4.

Maluenda, In libr. Jerem.

I  *Vdite verbum, quod loquutus fuit IHVH super vos, domus Israelis.*
 2 *Sic dixit IHVH, Ad viam gentium non discetis; & de signis celorum non consternabimini: quia consternabuntur gentes de his.*
 3 *Quia constituta populorum, vanitas ipsa: quia lignum de silua excidit illud factura manu artificis in ascia.*
 4 *In argento & in auro pulchrescere faciet illud: in clauis & malleis obtinebunt ea, & non luxabit.*
 5 *Sicut palma perplexitas ij, & non loquentur; leuare leuabuntur, quia non incedent: non timebitis de eis, quia non malefacient, & etiam benefacere non ad eos.*
 6 *De nosicut tu IHVH, grandis tu, & grande nomen tuum in præualentia.*

a arborea
b factum,
opus. sic
v. 9. 15.

c palmæ
d gradietis

e penes,
apud
f fecundum te

000 2 7 Quis

7 Quis non timebit te o rex Gentium? tuum est enim decus: inter cunctos sapientes Gentium, & in vniuersis regnis eorum nullus est similis tui.

8 Pariter insipientes & fatui probabuntur: doctrina vanitatis eorum lignum est.

9 Argentum innolutum de Tharsis affertur, & aurum de Ophaz: opus artificis, & manus ararij: hyacinthus & purpura, indumentum eorum. opus artificum vniuersa hæc.

10 Dominus Deus verus est: ipse Deus viuens, & rex sempiternus. ab indignatione eius commouebitur terra: & non sustinebunt Gentes comminationem eius.

11 Si ergo dicetis eis: Dij, qui calos & terram non fecerunt, pereant de terra & de his qua sub calo sunt.

12 Qui facit terram in fortitudine sua, & prudentia sua extendit calos.

13 Ad vocem suam dat multitudinem aquarum in calo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terra: fulgura in pluuiam facit, & educit ventum de thesauris.

14 Stultus factus est omnis homo à scientia, confusus est artifex omnis in sculptili: quoniam falsum est quod conflauit, & non est spiritus in eis.

15 Vana sunt, & opus visu dignum: in tempore visitationis suæ peribunt.

16 Non est his similis pars Iacob: qui enim formauit omnia, ipse est: & Israel virga hereditatis eius: Dominus exercituum nomen illi.

17 Congrega de terra confusionem tuam, qua habitas in obsidione:

18 quia hæc dicit Dominus: Ecce ego longè proiciam habitatores terra in hac vice: & tribulabo eos ita ut inueniantur.

19 Va mihi super contritione mea, pessima plaga mea. Ego autem dixi: Planè hæc infirmitas mea est, & portabo illam.

20 Tabernaculum meum vastatum est, omnes funiculi mei dirupti sunt, filij mei exierunt à me, & non subsistunt: non est qui extendat ultra tentorium meum, & erigat pelles meas.

21 Quia stultè egerunt pastores, & Dominum non quæsierunt: propterea non intellexerunt, & omnis grex eorum dispersus est.

7 Quis non timebit te, rex gentium? quia tibi pulchrè conueniet: quia in omnibus sapientibus gentium, & in omni regno eorum de non sicut tu.

8 Et in vna obbrutescent, & stultuerunt: disciplina vanitatum lignum ipsum.

9 Argentum expansum de Tharsis venire fiet, & aurum vphaz, factura artificis & manus vrentis: hyacinthus, & purpura indumentum eorum, factum sapientum omne eorum.

10 Et IHVH ELOHIM fides ipse, ELOHIM viuentes, & rex æterni: de efferuescentia eius commouebitur terra; & non poterunt gentes furem eius.

11 (Sic dicetis eis) ELAHATA, qui calos & terram non fecerunt, auferentur de terra, & de sub calis istis.)

12 Faciens terram in virtute sua, apparans orbem in sapientia sua: & in intelligentia sua extendit calos.

13 Vocem dare eum multitudinem aquarum in calis, & ascendere fecit leuationes de extremitate terræ: fulgura pluuiæ fecit, & exire fecit spiritum de thesauris suis.

14 Obbruit omnis homo de cognitione; pudescit omnis vrens de dolato: quia falsitas fusio eius, & non spiritus in eis.

15 Vanitas vj, factura aberrationum: in tempore visitationis eorum auferentur.

16 Non sicut isti pars Iaghabobi, quia formans omnia ipse; & Israel baculus hereditatis eius: IHVH TZEBAOTH nomen eius.

17 Collige de terra mercaturam tuam, habitans in coangustatione.

18 Quia sic dixit IHVH, Ecce ego fundibulans habitantes terræ in ictu isto, & coangustabo eis; correspondentiæ inuenient.

19 O mihi super contractionem meam, dolorosa percussio mea: & ego dixi, veruntamen ista ægritudo mea, & leuauit eam.

20 Tentorium meum deuastatum fuit, & omnes funes mei abrupti fuerunt: filij mei exierunt me, & non ij; non extendens adhuc tentorium meum, & surgere facient alas meas.

21 Quia obbrutuerunt pastores, & ad IHVH non quæsierunt: super sic non intellexerunt, & omne pascuum eorum dispersum fuit.

g reuerberatur
h sic Genes.
34. v. 15.

i plurale.
k conflatoris, excoctoris. sic v. 14.
l peritorij, artificum
m omnes ipsi
n seculi, mundi, vel æternitatis
o fetuore
p contremiscet
q sustinebunt, porerunt. sustinere
r tollentur, disperibunt.
sic v. 15.
s prouturum

t datiuus. in pluuiam

u simulacro, sculprili, idolo
x fasura, fusile
y ca

z datiuus. ad correspondentiã

a vt leuaret

b restes, necru

c amplius, ultra
d cortinas, aulea

22 Vox auditionis ecce venit, & commotio magna de terra Aquilonis: ut ponat ciuitates Iuda solitudinem, & habitaculum draconum.

23 Scio Domine quia non est hominis via eius: nec viri est ut ambulet, & dirigat gressus suos.

Psalm 6.a.1. 24 Corripe me Domine, verumtamen in iudicio; & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me.

Pl 78.b.6. 25 Effunde indignationem tuam super Gentes, quæ non cognouerunt te; & super prouincias, quæ nomen tuum non inuocauerunt: quia comederunt Iacob, & deuorauerunt eum, & consumpserunt illum, & decus eius dissipauerunt.

22 Vox auditionis ecce venit, & commotio grandis de terra septentrionis; ad ponere vrbes Iehudâh afflictionem, & habitaculum draconis.

23 Cognoui, IHVH, quia non homini via eius, non viro ambulanti, & apparare & incessum suum.

24 Disciplina me, IHVH, verumtamen in iudicio: non in naso tuo, nequando diminues me.

25 Effunde ardorem tuum super gentes, quæ non cognouerunt te, & super familias, quæ in nomine tuo non vocauerunt: quia comederunt Iaghakobum, & comedent eum, & consummauerunt eum; & nomum eius afflauerunt.

e afflacum, afflandam, stupendam, defolationem f vt e. 9. v. 11. g passum, gressum h astum, iræ, astuans tem. iram. excandesciam i nationes k comederunt, in quâ l vi te in Exo d. 15. 13 m stupendam defolauerunt



COMMENTARIA.

VERS. 1.



VDITE VERBUM.] Ailij: sermonem, quod loquutus est, &c. Quidam reddunt: Audite hoc verbum, quod eloquitur Iehoua vobis, o domus Iisraelis. Huius, inquit, concionis membra præcipua sunt quinque: primum est, exordium simplicissimum, audientiam faciens ab auctoritate Dei; & auditorum officio, vers. 1. secundum, propositio doctrinæ de contemnendis idolis, & reuertendo ad Deum à vers. 2. ad 8. tertium est, redargutio Iudæorum, qui se implicauerant gentili idololatriæ, vsque ad vers. 17. quartum, prophetica venturæ cladis denuntiatio, vsque ad vers. 23. quintum, conclusio ab oratione, quam propheta habet coram Deo æquè bonorum omnium ac suo nomine, tribus versibus vltimis.

VERS. 2.

HÆC DICIT DOMINVS.] Hebr. Sic ait Iehoua. Huius propositionis, inquit, capita sunt duo, vnum de idolis minime curandis; versibus quatuor; alterum de reuerentia vni Deo habenda, vers. 6. & 7. Neglectus autem idolorum duo continet, vt non detur illis opera, & non timeantur: quia timor, & superstitio religionem Iudæorum solent efficere, hoc versu; causæ verò exponuntur sequentibus.

IVXTA VIAS GENTIVM NOLITE DISCERE.] Hebr. ad viam gentium ne discatis. Quidam: incedere in viam gentium istarum ne discitote: id est, ritus ad idololatriam pertinentes, & ad studia aliena ab honore Dei, quæ gentes propinquæ per totam Syriam colebant studiosius, quò propius à luce Iudæorum aberant.

ET A SIGNIS CÆLI NOLITE METVERE.] & a signis calorum ne consternerimini. quæ gentes reuerentur; & colunt habentes pro diis, vt supra Iudæis fuit exprobratum cap. 7. vers. 18. sensus est, duo sunt in gentibus deorum genera; vni sunt ficti nuda cogitatione;

alteri sunt quidem in rebus creatis, sed ab illis gentibus coluntur pro diis: vos autem ne ab illis quidem debetis metuere, qui in maxima auctoritate & existimatione sunt apud gentes, vt sunt corpora cælestia. Quidam signu cælorum, non solida ipsa cælestia corpora sed cometas; & prodigia quædam in cælo apparentia, seu ipsas astrorum, syderumque & constellationum influentias in voluntates & actiones humanas accipiunt, quarum vi & operatione res humanas regi, non diuina prouidentia, gentiles existimabant. Itaque damnari hic volunt vanam omnem astrologiam, & diuinationem ex astris, cui supra modum addictæ gentes erant.

QUÆ TIMENT GENTES.] Alij ex Hebr. quia consternantur gentes ab illis. id est, ne propterea timeatis ab illis, si istæ gentes ab illis stolidè sibi metuant.

QUIA LEGES POPVLORVM VANÆ SVNT, &c.] Alij: Nam statuta populorum sunt vanitas, &c. Etiologia superioris documenti, continens causas, ex quibus contemnenda sunt idola. Est autem hæc prima ab efficiente causa: quid enim ex illis effecit deos, nisi stulta opinatio & institutum populorum? Quidam hic reddunt: quia caeremonia, ritus, constitutiones sacra, &c. populorum.

VANÆ SVNT.] vanitas ipsa. id est, sunt vanissimæ, ipsissima vanitas. Secunda causa, à natura idolorum & sine; quæ copiosius exponuntur infra vers. 14. & 15. vt Isaiæ 44. vers. 9.

QUIA LIGNVM DE SALTU PRÆCIDIIT.] Alij: quum lignum ipsum ex silua cecidit. tertia causa, à materia, vt Isaiæ 40. v. 20. & 44. vers. 14.

OPVS MANVVM ARTIFICIS IN ASCIA.] Alij: opus manuum artificis ad normam. Alij: cum ascia, vel dolabra. id est, dedolatum, exasciatum, adaptatum, politum. De voce מַגְבָּזִית maghatzad, quam hic asciam vertunt,

vide in Isaia 44. vers. 12. Quarta causa ab instrumentis, vt Isaia 44. vers. 12. & 13.

VERS. 5.

ARGENTO ET AVRO DECORAVIT ILLVD.] Alij: *Argento & auro ornas, seu pulchrum reddit ipsum.* Quinta causa à forma, quam ipse artifex adeo conscius est cum animo suo inanimè & caducam esse, vt operam consumat plurimam ad idolum suum à deformatione, ruina, & perditione vindicandum, vt Isaia 40. v. 19. & 44. v. 12.

CLAVIS ET MALLEIS COMPEGIT, V T NON DISSOLVATVR.] Alij ex Hebr. 1. *clavis & malleis firmabunt illud, ne vacillet.* 2. *clavis & malleis confirmant ista, videlicet argentum & aurum, vt non sinat exire, vel vt non amittat.* id est, vt factus ille deus non sinat suum aurum & argentum emungi sibi. 3. *clavis & malleis firmant illud, ne cadat.* vel *corruat, aut moueatur.* Alij: *& non titubabit, vacillabit, dislocabitur; luxabitur, egredietur de loco suo.* cum verbum פִּיךּ *phuk* in Hiphil ponatur, hic tantum esse intransitiuum voluit. Sed aptius transitiuè: *& non depromet, profert, luxabit, sinet exire, vel egredi.* scilicet argentum & aurum sibi indita vel affixa.

VERS. 5.

IN SIMILITVDINEM PALMÆ FABRICATA SVNT:] variè alij ex Hebr. 1. *Sicut palma aequalis, recta, teres, procera, sunt.* 2. *Sicut palma rigent ipsa.* 3. Forsterus: *Sicut palma crispitudo ipsi.* vel *quasi palma perplexa ipsi.* מִקְשָׁח *mikschah*, inquit, dicitur quidquid est vel natura vel arte perplexum, & crispum. Vide Exod. 25. vers. 18. 4. *Tanquam palma opere continente sunt.* Sexta causa ab inutilitate ipsorum: nam rigidi sunt vt trunci, neque sibi vtilis, neque aliis, vt Isaia 44. v. 10. *opere continente sunt.* id est, vt stipites rigent: Ad verbum: *Sicut palma perplexitas, rigiditas, intricatio, durities, soliditas, firmitas, pertinacia, opus-continens ipsi.* scilicet, dij; vel ipsa idola.

PORTATA TOLLENTVR.] Hebr. *portandi sunt:* vel *omnino portandi sunt.* vt Isaia 46. v. 1. & 7.

VERS. 6.

NON EST SIMILIS TVI, DOMINE, &c.] Hunc versum nos verbatim ex Hebræo expressimus; alij dilucidius: *Ex eo quod nullus est par tibi, ô Iehoua; quod maximus es, & maximum nomen tuum potentia: Quis non reueretur te, &c.* Alterum caput propositionis de reuerentia Dei, vt diximus in vers. 2.

IN FORTITVDINE.] Hebr. *in robore; potentia, praualescentia.* vel *ob robur, &c.* Antithesis, tu omnia potes, idola nihil possunt.

VERS. 7.

Ô REX GENTIVM.] id est, qui regnum & imperium summum obtines in eas ipsas gentes, quæ non agnoscunt te, eoque vteris ex sententia tua.

TVVM EST ENIM DECVS.] Alij ex Hebr. 1. *tibi enim pulchre-conuenit regnum.* 2. *quia tibi est decus.* 3. *cum in te conquiescat illa.* scilicet, potentia, vel praualescentia, cuius meminit superiore versu: nam his & sequentibus per hysterosin verborum ex vsu Hebræorum, eadem causas reuerentiæ Dei repetit, quæ positæ sunt præcedente versu.

INTER CVMCTOS SAPIENTES GEN-

TIVM, &c.] reliquam hanc partem versus, alij euidentius transferunt: *cum maximus sis in omnibus sapientibus gentium, & in omni regno ipsarum, ex eo quod nullus est par tibi.*

VERS. 8.

PARITER INSIPIENTES ET FATVI PROBANTVR, &c.] variè alij ex Hebr. Hunc versum elucidant: 1. *Et simul desipient, & stulte-agent: eruditio vanitatum lignum est.* 2. *Et in vnum desipiunt.* id est, vt vno verbo dicam, vel vt semel dicam, aut *In hoc vno desipiunt, & stultescunt quod eruditio vanitatum eorum est lignum.* id est, in vna hac re, videlicet, idololatria. 3. Forsterus: *Et in hoc vno insatuantur, & stultescunt, quod doctrina vanitatum est lignum.* id est, quod religio idoli, est doctrina vanissima. 4. *Et hoc vno brutescunt, & stulti fiunt, quod disciplina vanitatum, vel vana lignum est.* 5. *At in vno, vel vna obbrutescunt, & stolidi fiunt.* Tertia pars concionis, vt diximus in vers. 1. nimirum redargutio Iudæorum, in communem idololatriam cum gentibus delapsorum, quæ hoc versu generatim proposita, deinde per antithesin naturæ, operumque Dei, & idolorum confirmatur vsque ad vers. 14. & tandem amplificatur antithesi effectuum erga cultores, vers. 14. & duobus sequentibus. *vna;* id est, Indæi cum gentibus conuenientes in eandem idololatriam. *eruditio vanitatum.* id est, in omnem vanitatem homines seducens vt infra vers. 15. & supra cap. 2. vers. 5. *eruditio ligni est.* id est, idoli è ligno, metonymicè ad contemptum: etsi per synecdochen comprehenduntur idola omnia. 6. Auenarius: *Et pariter furent, & stultescunt; instructio vanitatum est lignum.*

VERS. 9.

ARGENTVM INVOLVTVM DE THARSSIS AFFERTVR.] Alij ex Hebr. 1. *Argentum extensum;* id est, quod extendi solet. vel *ductile, dilatatum, deductum.* id est, optimum, de Tharsis afferetur: Argumentum argenti optimi est, quod malleo facile diducitur in laminas. quasi dicat, quæritur argentum purissimum ad conficiendum idola. 2. *Argentum ductum ex oceano aduehitur.* Tharsis alij nomen proprium regionis Indiæ; alij, appellatiuum; id est, mare vel Oceanum esse volunt: vide in 1. Reg. 10. vers. 22.

ET AVRVM DE OPHAZ.] Hebr. *Et aurum ISIND meuphaz;* plerique diuidunt, de *Vphaz,* nomenque proprium regionis cuiusdam in India auri felicissimæ, vnde præstantissimum aurum aduehèretur, esse existimant, quæ alio, sed consimili nomine dicta sit Ophir: de qua vide in 1. Reg. 9. vers. 28. Alij formam participialem esse putant *ISIND meuphaz,* idem quod *MVPHAZ,* id est, *aurum forte, robustum, solidum;* vt 1. Reg. 10. vers. 18. Nec desunt, qui nomen substantiuum faciunt *aurum soliditatis,* seu *roboris.* id est, solidissimum, oro di copella. Habetur hæc eadem vox Daniel. 10. vers. 5.

OPVS ARTIFICIS ET MANVS AERARIJ.] Alij: 1. *opus artificis, & manibus conflatoris puratum.* 2. *opus artificis, & manuum conflatoris.* seu *fusoris, vel aurificis.*

DEVS VERVS EST.] Hebr. *ELOHIM fides.* seu *veritas, constans, firmitas, stabilitas,* ipse

VERS. 10.

ipse. id est, Deus verissimus, fidelissimus, constantissimus, qui nedum verus fidelis, &c. sed ipsa veritas, & constantia, &c. est; non autem eruditionem tradens vanitatis, ut ipsa idola, vers. 8.

DEVS VIVVS.] Hebr. ELOHIM viuentes, seu *vini*. vt Iosue 29: vers. 19. Disertè innuitur pluralitas diuinarum Personarum. quasi dicat, Deus viuus, non mortuus aut rigens, vt stipes, vers. 5.

ET REX SEMPITERNVS.] Hebr. & rex aeterni, vel *saeculi*. siue rex aeternus. non ex materia corrupta, & ab hominibus principium habens.

AB INDIGNATIONE EIVS COMMOUERITVR TERRA, &c.] Alij: à cuius feruore commouetur, seu contremiscit terra neque sustinere possunt gentes indignationem eius. id est, qui omnia agit, omnia sursum deorsum vertit arbitrato suo: non autem artificium manu & voluntate agitur, aut portatur humeris.

VERS. II.

SIC ERGO DICETIS EIS, &c.] Hunc versum parenthesi inclusum, alij sic ex Chaldaico, qua lingua totus conscriptus est, reddunt: [Sic dicetis eis: dii, qui calum & terram non fecerunt pereant de terra, & de sub calis istis.] Sctibitur, inquit, hic versus Chaldaico sermone, quo monentur Iudæi, versum istum obiiciant; non Hebraico puro sermone, quem illi non intelligebant, sed Chaldaico & patrio seu vernaculo: vnde Chaldaeus paraphrastes hunc versum sic vertit: Hoc est exemplar epistola, quam misit Ieremias propheta ad residuos seniores qui erant in captiuitate Babylonia: Si dixerint vobis populi inter quos estis; Colite idola, domus Israël: Sic respondetis; & sic dicetis eis: Idola, quæ vos colitis; sunt idola in quibus non est utilitas vlla, de calo non possunt deducere pluuiam, de terra non possunt producere fructus: ipsa, & cultores eorum pereant de terra, & destruantur de sub calis istis.] Alij exponunt: [sic dicitote illis; dii isti qui calos & terram non fecerunt, perituri sunt è terra, & è regionibus sub calo ipsi.] Ergasia præcedentis antitheseos, per apostrophem ad Iudæos, qua docet illos armatos fide certa in Deum verum, viuentem, & sempiternum potius deberè non tantum ab idolis abstinere; sed etiam gentes sermone patrio ipsarum redarguere cum omni fiducia, & libertate sancta: vt fecerunt tres illi; Daniel. 3. Quamobrem hic versus Syriaco, seu Chaldaico sermone conscriptus est.

VERS. 12.

QVI FACIT TERRAM IN FORTITVDINE SVA, &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt: 1. Qui terram condit sua virtute, sapientia orbem disponit, prudentia sua calos extendit. 2. Qui fecit terram virtute sua, stabilit orbem habitabilem sapientia sua; & prudentia, sua extendit calos. Regressio ad commendationem Dei, primum ab operibus creationis, hoc versu; deinde administrationis, versu sequente.

VERS. 13.

AD VOCEM SVAM DAT VLTIVDINEM AQVARVM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. conuertunt: 1. Quum ille vocem dat, ingens aquarum vis in aere coit; & eleuat, nubes ab extremitate terra, fulgura in

pluuiam vertit, atque educit ventos de receptaculis suis. siue repositoriis, reconditoriis suis. 2. Quo vocem suam edente fremitus aquarum est in calis; qui effert vapores ab extremitate terra, fulgura cum ipsa pluuiâ facit, & producit ventum è thesauris suis. vide Psal. 134. v. 7. 3. Ad facilitatem, facile, dat ipse multitudinem aquarum, &c. Sumunt *hip kol*, vt supra cap. 3. v. 9. Sed plerique pro voce accipiunt, id est, iussu, mandato, seu tonitru, vt alibi saepe.

VERS. 14.

STVLTVS-FACTVS EST OMNIS HOMO A SCIENTIA.] Alij: 1. Stultus - fuit omnis homo præ scientia. Subaudi, Dei, quasi dicat, stulti sumus si operum Dei rationes perscrutari conamur: ea quidem mirari debemus, non curiosius indagare. 2. Magis obtrufescit omnis homo, quam vt animaduertat. Amplificatio præcedentis redargutionis à rebus consequentibus idololatriæ, nimirum, quod homines dementes facti, amplius dementantur, & ipso sensu communi carent colentes idola; vt exponitur Isaiæ 44. v. 18. 3. *Vi brutum animal sit omnis homo à sciendo - vel quam vt sciat.* 4. Infatuatur omnis homo à scientia. Idolorum. id est, idololatria vehementer infatuat, brutos ac belluinos reddit homines.

CONFVSVS EST ARTIFEX OMNIS IN SCVLPITILI.] Alij ex Heb. 1. pudore afficitur omnis aurifex à Sculptili. 2. pudet omnem aurificem Sculptilis sui. 3. pudefit omnis constator à Sculptili, vel propter sculptile. 4. quia verbum est ex Hiphil, actiue alij reddunt: pudefacit, vel pudorem - facit omnis constator Sculptili. id est, sibi ab artifice affert maximum pudoris, ignominia, & confusionis argumentum, cum homo verus falso, animatus inanimo honorem diuinum habeat, hoc versu; vanitatem pro veritate amplectatur, aberrationem pro recto itinere, & mortem pro vita, sequente versu.

VERS. 15.

VANA SVNT, ET OPVS, &c.] Hunc versum alij ex Heb. 1. Vanitas, inquam, sunt, opus errorum, vel subsannationum, id est, risu dignum, seu deridendum, ridiculum: in tempore visitationis eorum, id est, quum puniam cultores eorum, peribunt, & ipsa idola. Vanitas sunt, opus aberrationum, siue seductionum, id est, aberrationis maximæ, pluralis enim numerus significatum intendit: quo tempore visitabuntur illi, peribunt ista. id est, vno momento peribunt cum suis cultoribus, quando Iudæos idololatrias visitabit Deus: Sic Isaiæ 46.

VERS. 17.

NON EST IIS SIMILIS PARS IACOB, &c.] Alij hunc versum ex Heb. conuertunt: 1. Pars Iabakobi non est vt istorum, sedis est, qui cuncta formauit, & Israël virga est hereditatis eius, id est, possessio, portio hereditatis, seu hereditas tota, quod virgis olim metirentur agros apud Iudæos: Iehoua exercituum est nomen eius. 2. Non sicut istorum est, sed formator omnium est Iabakobi portio; Vicissim Israël tribus possessionis ipsius: Iehoua exercituum nomen est ei. Epiphonema, quo propheta indignitatem idololatriæ, qua Iudæi cum gentibus communicabant summam ostendit, à mutuo fœdere, quo Deus se populo, & populus Deo sese obstrinxerat. Lon-

gè præstantius, inquit, est ius Iisraelitarum cum Deo: qui non idola gentium amplectuntur (quid enim Deo cum idolis.) non solem, lunam, aut cælestia corpora, quæ vsu cum illis obtinent, vt Deuteronom. 4. v. 19. & cap. 29. v. 26. sed Deum ipsum verum, viuentem, & sempiternum possident.

VERS. 17. CONGREGA DE TERRA CONFUSIONEM TVAM, QUÆ HABITAS IN OBSIDIONE.] Alij ex Heb. 1. *Congrega de terra negotiationem tuam, seu merces tuas, habitans in munitione, seu qua habitas in loco munito.* Ad Babyloniam hæc nonnulli referunt, quasi dicat, collige, vel retrahere merces tuas, & aliò transfer, ô Babylon, quæ habitas in loco munitissimo ac ferè inexpugnabili; nam citò euerteris à Cyro. 2. *Congrega è terra substantiam tuam, id est, opes & facultates, ô tu, qua habitas in loco munito.* 3. *Contrahere è terra humiliationem tuam, actiue.* quasi dicat, desine tibi subiicere omnes gentes ô Babylon, qua habitas in obsidione. id est, quæ breui obsidione cingenda es à Cyro. Interminatur hîc Babylonis euetionem & exitium. Rectius alij ad Ichudæam. 4. *Recipe è terra, &c.* Quarta pars concionis, vt dictum est in vers. 1. nimirum denuntiatio iudicij diuini in Iudæam immitendi, quod perstrinxerat vers. 15. Continetur autem hæc denuntiatio primùm præceptum allegoricum, vt Iudæi confarcinent & conuasent omnia, pro eo, quod est, vt se ad fugam aut captiuitatem comparent, vt Ezechiel. 12. deinde planam & apertam denuntiationem illius iudicij, versibus sequentibus: *mercedem tuam, id est, pretiosas facultates tuas, & eas maxime, de quibus supra vers. 9, Ironice: qua habitas in munitione hac.* id est, Ierusalaimis in arce Tziionis.

VERS. 18. ECCE EGO LONGE PROIICIAM HABITATORES TERRÆ IN HAC VICE.] Alij ex Heb. 1. *Ecce ego quasi-funda-eiaculabor etiam nunc habitatores terra huius.* 2. *Ecce ego funda-eiaculaturus sum habitatores huius terra hac ipsa vice.* 3. Forsterus: *Ecce ego rotabo habitatores terra in vice ista, seu in hoc icu, pulsu, percussione, impetu.* Quidam, terra huius, exponunt, id est, Chaldææ, seu Babylonix. Alij aptius, Ichudææ.

ET TRIBULABO EOS.] Alij: & angustum, vel angustiam-faciam eis. 2. & angustia-afficiam eos. 3. & arctabo, cstringam; opprimam, eos.

ITA VT INVENIANTVR.] Videlicet, ab angustia & oppressione, vt eos angustia inueniat & apprehendat. Hebræa nunc constanter in Kal habent, vt inueniant. Subaudi, fructum, & condignam mercedem scelerum suorum. Alij: vt deprehendant ista, & dicant, *Hei mihi propter cognitionem meam, &c.* id est, vt re ipsa experiantur id, quod prædicenti per prophetam mihi noluerunt credere.

VERS. 19. VÆ MIHI SUPER CONTRITIONE MEA.] Alij: *Hei mihi propter rapturam, vel contritionem meam.* Formula luctus, quo vsuros Iudæos propheta narrat, duobus versibus.

PESSIMA PLAGA MEA.] Alij: *agritudo est, vel egerima est plaga mea.* 2. *dolens, dolorosa,*

dolorifica est plaga mea. vt Nahum 3. vers. 19.

EGO AVTEM DIXI, PLANE HÆC INFIRMITAS MEA EST, ET PORTABO ILLAM.] Alij: 1. *Et ego dixi, Profecto hac infirmitas mea est, subaudi, magna, & hanc feram.* 2. *Et ego cogitabam, quomodo hanc infirmitatem meam ferre potero? Ego autem dicebam, Vtique hic morbus est, quem perferam.* Amplificatio luctus ab antegressa confidentia, quasi dicat, me miseram, quod præcedentibus iam olim minime crediderim, sed si malum mihi obueniret, illud fore putauerim, velut accessiunculam febriculæ, vnde illico liberarer. 4. Hispanicus Interpret: *yo empero dixi, ciertamente enfermedad mia es esta, de sufrir la bê.* *Conocimiento de la culpa, y aprobacion de lapena.*

TABERNACVLVM MEVM VASTATVM EST, &c.] Ex Heb. hunc versum alij conuertunt: 1. *Tentorium meum vastatum est, & omnes funes mei fracti sunt, filij mei digressi sunt à me, & misquam sunt; non est, qui tendat tentorium meum, & qui erigat cortinas meas* allegoricè, tentorium est Ierusalaim, funes, vrbes Ichudæ, quibus retinebatur Ierusalaim. 2. *Tentorium meum vastatum est, & omnes funes mei disrupti; filij mei exeunt à me, adeo vt non extent vlli, nullus extendat amplius tentorium meum, & erigat aulaa mea.*

QUIA STVLTE-EGERVNT PASTORES, &c.] Alij: 1. *Quia vt bruta animalia-facti sunt pastores vel desipuerunt* 3. *Nam obbrutuerunt ipsi pastores, &c.* Etiologia præcedentis denuntiationis; cuius ampla interpretatio petenda est ex duabus concionibus præcedentibus.

ET DOMINVM NON QUÆSIERVNT.] vel requisierunt. Alij: & Iehouam non consuluerunt.

PROPTEREA NON INTELEXERVNT.] Alij: ex Heb. 1. *vnde nihil prudenter egerunt.* 2. *ob id nihil gnauiter, & strenuè egerunt.* 3. *idcirco non secundabuntur, vel nihil prospere agent, nihil eis feliciter succedet.*

ET OMNIS GREX EORVM DISPERSVS EST.] Heb. & totum pascuum eorum dispersum est. Alij: & totus grex pascalis eius dispergerunt, id est, peribit, & abigetur totus populus cum ipsis magistratibus ecclesiasticis & politicis.

VOX AUDITIONIS ECCE VENIT, &c.] Alij: *sonorus rumor ecce aduenit, &c.* Hypotyposis ad exaggerationem prophetiæ.

ET COMMOTIO MAGNA.] Alij: & motus ingens, seu tremor, concussio.

DE TERRA AQUILONIS.] vt supra cap. 1. v. 14. & 4. v. 6. & 6. v. 1. & 22.

SCIO DOMINE, &c.] Alij hunc versum ex Heb. 1. *Scio ô Iehoua, quod hominis illius non est via sua, nec cuiusquam vt eat, & gressus suos disponat, sine tua voluntate, hominis illius: de insigni aliquo & potenti homine singulariter loqui videretur, nempe Nabuchodonosoro, qui statuerat bellum Hammonitis inferre, verum Deus illum truxit in Ierusalaim: vide Ezechiel. 21. v. 21. & sequentibus.* Insignis hic locus pro diuina gratia & opera

VERS. 20.

VERS. 21.

VERS. 22.

VERS. 23.

operatione efficaci in voluntates nostras, quas Deus pro arbitrio agit, temperat, moderatur, vertit, auertit, pro sua omnipotenti virtute & efficacitate. 2. *Novi, Iehona, non esse penes hominem viam ipsius, non esse penes virum ambulantem vel dirigere gressum suum.* Conclusio, qua propheta animum suum exponit, & informat pios in eodem instituto, ut se totos committant Deo, & ipsum orent pro salute Ecclesiæ ad gloriam Dei. Sensus est; Ego, inquit propheta, & pij omnes sentientes mecum, credentes huic decreto tuo, quod plane statuisti contra Iudæam exequi, non præsumimus de virtute aut arte nostra, ut iudicia sua possimus effugere, aut ab his vel gressum vnum & latum (quod aiunt) vnguem discedere: sibi confidunt impij, ut supra cap. 8. v. 14. nos contra nobis omninò diffidimus, hoc versu: sed quandoquidem stat sententia ut nos omnino castiges propter peccata nostra, non refugimus paternam castigationem tuam: ecce sistimus nos tibi, facito, quod bonum est in nobis; sed in iu-

stitia tua memor esto miserationum tuarum pro gloria tua, & infirmitate nostrâ temperans castigationes tuas, vers. 24. *Quod se estus iræ tuæ profundendus est, ecce gentes, quæ neque gloriæ tuæ curam habent, neque populi tui miserentur, vertu vltimo: hæc illa est materia æstus iræ tuæ accommodatissima.*

CORRIPE ME DOMINE.] Heb. *Erudi, castiga me Iehonab. veruntamen in iudicio.* Alij: *cum modo, mensura, id est, modice, cum moderatione, quasi dicat, seruata æquitate & mediocritate, non pro meritis meis. Quidam: remisse, leniter, indulgenter.*

VERS. 24.

ET NON IN FVRORE TVO.] Heb. *non in naso tuo.* Alij, *ne forte diminuas me. vel, ut non comminuas me.* Ex verbo: *nequando paucifces, paucifacies, ad paucitatem rediges, paucum-facies.*

QVIA COMEDERVNT IACOB, &c.] Alij: *Nam comedunt Iacobum, ac ita comedunt eum ut absument eum, & caulam eius desolant: Vide totum hunc versum, toridem ferme verbis conceptum. Psal. 78. v. 6. & 7.*


VERS. 25.


CAPVT XI.

Quia maledicitur qui non audit nec seruat pactum Domini patribus datum? idè præcipitur propheta vt illud seruandam Iudæis prædicet, sed frustra cùm magis sequantur patrum suorum scelera, variamque idololatriam; idcirco inferet Dominus ineuitabilia in illos mala, nec proderunt eis idola, vel iustorum oratio, neque quòd prius à Deo dilecti fuerint: refert praua Iudæorum studia de ipso ex terra delendo: sed perdentur qui nolunt audire prophetiam in nomine Domini.

Vulg.

Malu.

1  *Erbum, quod factum est à Domino ad Ieremiam, dicens:*
 2 *Audite verba pacti huius, & loquimini ad viros Iuda, & habitatores Ierusalem,*
 3 *& dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Maledictus vir, qui non audierit verba pacti huius,*
 4 *quod præcepi patribus vestris, in die qua eduxi eos de terra Ægypti, de fornace ferrea, dicens: Audite vocem meam, & facite omnia que præcipio vobis, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum:*
 5 *vt suscitem iuramentum, quod iuravi patribus vestris, daturum me eis terram fluentem lacte & melle, sicut est dies hæc. Et respondi, & dixi: Amen Domine:*

1  *Erbum, quod fuit ad Iirmejahu de^a ad IHVH, ad dicere:*
 2 *Audite verba fœderis istius; & loquimini ad virum Iehudah, & super habitantes Ierusalaim.*
 3 *Et dices ad eos, sic dixit IHVH ELOHIM Israelis: Maledictus vir, qui non audiet verba fœderis istius:*
 4 *Quod præcepi ad patres vestros in die exire - facere me eos de terra Ægypti de^b catino ferri, ad dicere: Audite in voce mea, & facietis ea secundum omne, quod præcipiam ad vos: & eritis mihi populo, & ego ero vobis^c ELOHIM.*
 5 *Correspondentiæ surgere-facere iuramentum, quo iuramento - obstrictus-fui patribus vestris, ad dare eis terram fluentem lactis & mellis, secundum diem istam. Et respondi, & dixi, Amen IHVH.*

^a apud, penes, vel cum

^b fornace. vide Deuteronom. 4. 20.

^c daturum, in Deum, daturum, ad correspondentiã

6 Et dixit Dominus ad me: Vociferare omnia verba hac in ciuitatibus Iuda, & foris Ierusalem, dicens: Audite verba patris huius, & facite illud:

7 quia contestans contestatus sum patres vestros in die, qua eduxi eos de terra Ægypti, vsque ad diem hanc: manè confurgens contestatus sum, & dixi: Audite vocem meam:

8 & non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam: sed abierunt unusquisque in prauitate cordis sui mali: & induxi super eos omnia verba pacti huius, quod præcepi ut facerent, & non fecerunt.

9 Et dixit Dominus ad me: Inuenta est coniuratio in viris Iuda, & in habitatoribus Ierusalem.

10 Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores qui noluerunt audire verba mea: & hi ergo abierunt post deos alienos, ut seruirent eis: irritum fecerunt domus Israel, & domus Iuda pactum meum, quod pepigi cum patribus eorum.

11 Quam ob rem hac dicit Dominus: Ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt: & clamabunt ad me, & non exaudiam eos.

12 Et ibunt ciuitates Iuda, & habitatores Ierusalem, & clamabunt ad deos, quibus libant, & non saluabunt eos in tempore afflictionis eorum.

Suprà 2.
f 28.

13 Secundum numerum enim ciuitatum tuarum erant dii tui Iuda: & secundum numerum viarum Ierusalem, posuisti aras confusionis, aras ad libandum Baalim.

Sup. 7 c. 16.
Inf. 14. b. 11

14 Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne assumas pro eis laudem & orationem: quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum.

15 Quid est, quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? numquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es?

16 Oliuam vberem pulchram, fructiferaam, speciosam, vocauit Dominus nomen tuum: ad vocem loquela, grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt fructus eius.

17 Et Dominus exercituum qui plantauit te locutus est super te malum: pro

6 Et dixit IHVH ad me: voca omnia verba ista in vrbibus Iehudah, & in ^{e vicis, foris} plateis Ierusalem, ad dicere: Audite verba foederis istius, & facietis ea.

7 Quia contestari contestatus fui in patribus vestris in die ascendere facere me eos de terra Ægypti, vsque ad diem istam, ^{f manicare & contestari,} ad dicere, Audite in voce mea. ^{f diluuiare}

8 Et non audierunt, & non extenderunt aurem suam; & ambulauerunt vir in intentione cordis sui mali: & venire feci super eos omnia verba foederis istius, quod præcepi ad facere, & non fecerunt.

9 Et dixit IHVH ad me; Inuenta fuit ^{g liga, conspiratio, coniuratio} colligatio in viro Iehuda, & in habitantibus Ierusalem:

10 Reuersi fuerunt super ^{h curuitates, distor-tiones, peruersitates} h prauitates patrum suorum primorum, qui reuertunt ad audire verba mea; & ij ambulauerunt post deos alienos ad ^{i seruire} i seruire eos: labefactauerunt domus Israelis, & domus Iehudah foedus meum, quod ^{k feci, ferii} k exscidi ad patres eorum. ^{pepigi}

11 Ad sic, sic dixit IHVH; Ecce ego venire faciens ad eos malum, quo non poterunt ad exire de eo: & clamabunt ad me, & non exaudiam ad eos.

12 Et ambulabunt vrbes Iehudah, & habitantes Ierusalem, & clamabunt ad deos, quibus ij sufficientes eis: & saluare non saluabunt eis in tempore mali eorum.

13 Quia ^{l numero, pro numero, sic statim} l numerus vrbium tuarum fuerunt dii tui Iehudah: & numerum ^{m vicorum} m platearum Ierusalem posuistis altaria ad suffire Baghali.

14 Et tu non interpellare te facies in vsque ad populum istum; & non leuabis in vsque ad eos ^{n præconiū, ouationem} n acclamationem gratulatoriam, & interpellationem: quia non ego audiens in tempore vocare eos ad me, in vsque ad malum eorum.

15 Quid ^{o vt Isak. 5. 1.} o charo meo in domo mea, facere eam nefariam cogitationem ^{p multorum, magnatum} p multis; & ^{q caro} q caro sanctitatis transuerunt de super ^{r quæque caro} r te: quia malitiã tuã tunc exultabis.

16 Oliuam ^{s virentem} s virentem, pulchram fructus ^{t lineamenti} t lineamenti vocauit IHVH nomen tuum: voci strepitus grandis, conflagrare fecit ignem super eam, & male afficientur rami eius. ^{x famineum vt sequens affixum frondosa, florentem}

17 Et IHVH TZEBAOTH plantans te, loquutus fuit super te malum ^{u vide la Genes. 12. 13} u in deuolu

malis domus Israel & domus Iuda, quae fecerunt sibi ad irritandum me, libantes Baalim.

18 Tu autem Domine demonstraſti mihi, & cognoui: tunc oſtendiſti mihi ſtudia eorum.

19 Et ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam: & non cognoui quia cogitauerunt ſuper me conſilia, dicentes: Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra uiuentium, & nomen eius non memoretur amplius.

Inf. 17. b. 10. & 20. c. 12.

20 Tu autem Domine Sabaoth, qui iudicas iuſte, & probas renes & corda videam ultionem tuam ex eis: tibi enim reuelauimus cauſam meam.

21 Propterea haec dicit Dominus ad viros Anathoth, qui quaerunt animam tuam, & dicunt: Non prophetabis in nomine Domini, & non morieris in manibus noſtris.

22 Propterea haec dicit Dominus exercituum: Ecce ego uifitabo ſuper eos: iuuenes morientur in gladio, filij eorum morientur in fame.

23 Et reliquia non erunt ex eis: inducam enim malum ſuper viros Anathoth, annum uifitationis eorum.

uolutione mali domus Iſraelis, & domus Iehudah, quod fecerunt ſibi ipſis ad commouere me, ad ſuffire Baghali.

18 Et IHVH cognoscere fecit me, & cognoui; tunc videre-feciſti me ludicra eorum.

19 Et ego ſicut agnus aſſuefactus duci-fiet ad^a maſtare: & non cognoui quia ſuper me excogitauerunt excogitationes: Funditus-perdemus lignum in pane eius, & excidimus eum de terra uiuentium; & nomen eius non recordabitur^a adhuc.

20 Et IHVH TZEBAOTH iudicans iuſticiam, probans renes & cor: uidebo uindictam tuam de eis, quia ad te deuolui litem meam.

21 Ad ſic, ſic dixit IHVH ſuper homines Ghanathoth quaerentes animam tuam, ad dicere: non prophetabis in nomine IHVH, & non morieris in manu noſtra.


22 Ad ſic, ſic dixit IHVH TZEBAOTH Ecce ego uifitans ſuper eos; ^b electi morientur in gladio; filij eorum, & filiae eorum morientur in fame.

23 Et reliquia non erit eis: quia uenire-faciam malum ad homines Gharathoth, ^c anno uifitationis eorum.

^x iugulare

^y ut excindamus
^z paſſiue, memorabitur, erit in memoria
^a ultra, amplius, deinceps

^b iuuenes
^c annum,



COMMENTARIA.

VERS. I.



VERBUM QVOD FACTVM EST A DOMINO, &c.] Quidam reddunt: Verbum, quod fuit ad Iirmeiam a Iehoua, edicendo.

Huius concionis duobus incluſa Capitibus (qua eodem ſere argumento eſt cum ſuperioribus) ſumma capita ſunt quinque: primum eſt, exordium, uerſibus quinque: ſecundum, propoſitio, uſque ad uerſ. 15. tertium, confirmatio rerum in propoſitione enarratarum, ad finem uſque Capit. 12. quartum, conſutatio ad eandem confirmationem pertinens, Cap. 12. uſque ad uerſ. 14. quintum, concluſio prophetica; inde ad finem uſque. Exordium autem facit audientiam, primum ab auctoritate imperantis Dei, uerſ. 1. Deinde a recordatione ſaederis iam olim initi, uerſ. 2. poſtremo a denuntiatione poenarum, quas de ruptoribus ſui ſaederis ſumpturus eſt Deus; & contrariarum promiſſionum erga obſequentes, tribus reliquis uerſibus.

DICENS,] uel edicendo. Subaudiunt, mihi, & aliis prophetis miniſtris Domini. Alij: edicendo cum ipſi Iirmeiae, tum Hanathothanis gentilibus ipſius, qui Sacerdotes erant, ac proinde ex officio promulgare legem tenebantur. Hanathothanos autem hic ſubau-

Maluenda, In libr. Ierem.

diant, e uerſ. 21. & 23. infra.

AVDITE VERBA PACTI, uel ſaederis huius, ET ELOQVIMINI.] Alij: uel loquamini, uel qua eloquamini. uidelicet uos, qui ſacerdotes eſtis, ut doceatis Iahakobum iudicia Dei, & Iiſraelem legem eius, Deuter. 33. uerſ. 10. uel uos, o Prophetae mei, ad viros Iuda, &c. uel uis Iehuda, &c.

ET DICES AD EOS.] Alij: Dices ergo illis. tu, & Sacerdotes ipſi. uel tu & propheta, tui comminiſtri, ſynecdochice. Continet autem hoc mandatum theſin ſue propoſitionem generalem legis, qua maledictio immorigeris impoſtatur, & promiſſiones ex ſequentibus.

MALEDICTVS VIR QVI NON AVDIERIT VERBA PACTI HVIVS.] Alij ex Hebr. Execratus uir ille, qui non auſcultauerit, ſue obaudierit uerbis ſaederis huius. quod uetuiſſimum iam inde ab initio, nequitia & ſcelere ueſtro antiquatum, nunc demum uobis cum inſtauro. uide Deuter. 21. uerſ. 26.

DE FORNACE FERREA.] uide Deut. 4. uerſ. 20.

AVDITE VOCEM MEAM, ET FACITE OMNIA QVAE PRAECIPIO VOBIS.] Alij:

PPP 2

Auſcult

VERS. 2.

VERS. 3.

VERS. 4.

Auscultate in voce mea, siue acquiescite voci meae, ut faciatis omnino prout precipio vobis.

VERS. 5.

VT SVSCITEM IVRAMENTVM, &c.] Alij ex Hebr. *prostatuere*, siue *ut statuam*, vel *ut confirmem*, seu *ut præstem iuramentum*, id est, promissionem, quam iureiurando confirmaui, quod *iurani maioribus vestris, me daturum eis terram affluentem lacte & melle, prout est hodie: cui respondens, dixi, Amen Iehoua*, id est ego solus acquieui vocationi & mandato Dei ad pronuntiandum doctrinam generalem legis Dei, quod sacerdotes præstare tenebantur: sic accipiendum esse demonstrant ea, quæ sequuntur, vers. 18. & sequentibus, Sacerdotes non tantum recusasse promulgationem fæderis, sed periculum etiam Iirmeiæ intendisse. Alij exponunt, & *respondi ego Ieremias, & dixi, Amen Iehoua*: id est, Ita reuera fiat Iehoua, ut dicis, nimirum, sit ille maledictus, qui non auscultauerit verbis fæderis huius, ut dixerat vers. 3. Est enim allusio ad legem, ubi populus ad singulas maledictiones quæ legebantur, respondebat, *Amen*; Deuter. 27. Quidam: & *respondi ego propheta, & dixi, Amen Iehoua*. id est, ita faciam ut iussisti, hæc dicam viris Iehudæ & Ierusalaim: præsto sum, denuntiabo, quæ præcipis. Apte quoque S. Hieronymus: [*Vere, Domine, impleuisti, quod pollicitus es; siue fiat Domine, hoc est, semper maneat, quod dedisti.*]

VERS. 6.

ET DIXIT DOMINVS AD ME, &c.] Alij ex Hebr. hunc versum reddunt: *Deinde edixit Iehoua mihi, clama, seu proclama, prædica omnia verba ista in ciuitatibus Iehuda, & in plateis Ierusalaimorum, dicendo, Auscultate verba fæderis huius, ut faciatis ea.* Secunda hæc pars concionis, quam propositionem appellauimus, vers. 1. continet primum summam theos præcedentis, siue vniuersæ doctrinæ fæderis ex lege, hoc versu; deinde contestationem Iudæorum, vsque ad vers. 11. tertio sententiæ irreuocabilis dictionem, quatuor versibus.

VERS. 7.

QVIA CONTESTANS CONTESTATVS SVM PATRES VESTROS.] Alij: 1. *Quoniam obtestando obtestatus sum patres vestros.* id est, adhibitis testibus admonui. Vel frequenter & vehementer obtestatus sum, *in patres vestros, vel aduersus patres vestros.* 2. *Nam omnino contestatus sum maiores vestros.* id est, solemniter & sanctissime contestatus sum. Contestatio hæc, ut diximus versu præcedente, totam Iudæorum gentem respicit, primum maiores ipsos; hoc & sequente versu; deinde illud ipsum sæculum in quo propheta versabatur, duobus alteris.

IN DIE QVA EDVXI EOS DE TERRA ÆGYPTI VSQVE AD DIEM HANC.] Alij: *quo tempore euexi eos è terra Ægypti usque in diem hunc.*

MANE CONSVRGENS CONTESTATVS SVM, ET DIXI.] Hebr. *manicando*, seu *diluculando*, & *conestando*, dicendo. Alij: 1. *inde à diluculo indefinenter dicendo.* 2. *tempestiue surgendo, obestando, dicendo.* vide similem loquutionem supra cap. 7. vers. 13. & 25. Quidam exponunt: *quotidie mane protestando.* quasi dicat, diligenter admonendo-nam ut

quidam Hebræorum accipiunt, nisi ad illos prophetas ut protestarentur singulo mane, quotidie, iugiter.

ET NON AVDIERVNT.] siue *auscultauerunt, paruerunt, obaudierunt.* VERS. 8.

IN PRAVITATE CORDIS SVI MALI.] ut supra cap. 7. v. 24.

ET INDVXI SVPER EOS OMNIA VERBA PACTI, vel *fæderis HVIVS.*] id est, reduxi sæpe eis in memoriam omnia verba fæderis istius. vel potius, adduxi super eos maledictiones, seu ultiones, quæ sunt conditiones fæderis, Deuter. 27. & 28.

INVENTA EST CONIVRATIO IN VIRIS IVDA, &c.] Alij: *Deprehensa est, seu præsto est coniuratio in viris Iehuda, & in habitatoribus Ierusalaimorum.* id est, hæc generatio certissime cum maioribus suis, & inter se coniurata est quodammodo, ut à me deficerent, & se aduersus me obfirmarent: quod exponitur sequente versu. VERS. 9.

REVERSI SVNT AD INIQVITATES PATRV SVORVM PRIORVM.] Alij: *Relapsi sunt ad iniquitates patrum suorum priorum.* 2. *Auersi sunt supra iniquitates maiorum suorum priscorum.* id est, nouis & maioribus sceleribus supergressi sunt, ac vicerunt impietatem maiorum suorum. VERS. 10.

QVAMOBREM HÆC DICIT DOMINVS, &c.] Alij: *Idcirco sic ait Iehoua.* Tertius locus propositionis, sententiæ dictio, ut annotatum est in vers. 6. *Ecce ego adducturus sum contra eos malum, ex quo non poterunt exire, seu eluctari, egredi, emergere, eximere se: etiam si inclamarent me, non exaudirem eos.* id est, decretum hoc meum futurum est irreuocabile, neque ipsorum causa mutabitur, neque tua, infra vers. 14. VERS. 11.

ET NON SALVABVNT EOS IN TEMPORE AFFLICTIONIS EORVM.] Hebr. *& seruando non seruabunt eos.* vel *sed omnino non seruabunt ipsos tempore mali ipsorum.* VERS. 12.

ET SECVNDVM NVMERVM VIARVM IERVSALEM PVSISTIS ARAS CONFVSIONIS.] vel *confusioni.* Alij: *& pro numero platearum, seu vicorum, aut foraneorum locorum Ierusalaimorum disposuisti altaria pudendo.* id est, idolo. Sic supra cap. 3. v. 24.

BAALIM.] Hebr. singulariter. *Bahali.* vide supra cap. 7. v. 7. v. 9. Sic infra v. 17.

TV ERGO NOLI ORARE PRO POPVLO HOC, &c.] Hoc prius hemistichium totidem verbis Hebraicè descriptum habes superius cap. 7. v. 16. VERS. 14.

QVIA NON EXAUDIAM, &c.] Alij: *nam minime essem exauditurus, quo tempore inclamarent ipsi, propter malum ipsorum.*

QVID EST QVOD DILECTVS MEVS IN DOMO MEA, &c.] Hunc versum nostra Translatio verbatim ex Hebræo expressit, diuersimodè alijs elucidant: 1. *Quid est dilecto meo ultra in domo mea?* queritur hic propheta de idololatria suorum popularium, quasi dicat, quid causæ est cur diutius habitet Dominus, quem vnicè diligo, in templo Ierosolymitano, quod pro domo mea habeo, cum sim Sacerdos: *cum faciat ipsa.* Synagoga, seu Iehuda, *abominationes cum multis.* id est, colenda lenda

lendo multos deos alienos : & carnes sancti-
tatis, seu Sanctæ, Sanctificatæ transeunt vel re-
cedunt, seu prætereunt desuper te, vel à te.
id est, quando non sacrificas Deo, sed idôlis:
quia in malitia tua tunc exultas. id est, dum
patras hæc flagitia, tunc exultas. 2. Quid ne-
gotij vnice dilecto meo, Deo, in domo mea, tem-
plo, quum ipsa congregatio scelerate multa de-
signet, & caro sanctuarij, id est, sacrificia solita,
transierit, seu desierit fieri à te, exultesque in
malefaciendo? 3. Quid dilecto meo in domo
mea? id est, quid prodest populo meo, quod
templum meum frequentet; quum faciat res
execrandas cum multis idolis? id est, cum tam
multis diis sacrificet? Quemadmodum si ma-
ritus de vxore adultera dicat, quid est vxori
meæ cum toro meo: aut, qua fronte cubat in
lecto meo, cum tam multos mæchos habeat?
& carnes Sanctæ præterierunt à te. id est, præ-
termisisti sacrificia Sancta, quæ mihi offerre
debuisti, & sacrificia execranda obtulisti idô-
lis. quia, vel quin etiam exultasti cum malese-
ceris. vt Prouerb. 2. vers. 13. 4. Que tiene mi
amado en mi casa auiendo hecho abominaciones
muchas? y las carnes sanctas passaran de sobre
ti. vel y ningun sacrificio te expiara ò aproue-
chara, porque heziste mal, entonces te gloriaste.
vel porque te gloriaste en tu maldad. 5. Quid
est. Tertia pars concionis, vt dictum est in
vers. 1. confirmatio duarum præcedentium in
contestatione partium cum obiurgationis
acerbissimæ de peccatis ipsorum, tum sententia
lata; primum à iuridica cognitione Dei,
quæ falli non potest, vsque ad vers. 18. deinde
ab ipsius prophetæ testimonio contra Iudæos
omnes, & suos ipsius ciues, inde ad finem vs-
que Capituli. dilecto meo domi mea. nimirum,
prophetæ & pio cuique in tanta confusione
rerum; faciente ista suum grauissimum scelus?
quibusque amplissimis? quasi dicat, an incesta
& impurissima ista Scottatio cum idolis mihi
allubesceret, aut cuiquam bono? nam istis re-
bus ego semper fui infestissimus, velut zelo-
tes iuris coniugalis mei. Nam ita rem habuisse,
& omnes etiam amplissimos ruisse in ido-
latriam præcipites constat ex historia Ios-
chæ, item supra cap. 5. vers. 4. & 5. & Ezechielis
locis quamplurimis. nam carnes sanctæ
perierunt abs te: quum adest malum tuum, tum
demum exultas. id est, nullum sacrificium istud
(synecdochicè carnis appellatione designa-
tum) offerre potes ad abolenda peccata, &
conciliandum Deum, quia impura es ipsa, ac
proinde non potes non impurare oblationes
tuas, Leuit. 23. vers. 25. & impunitate pertina-
cissimè delectaris.

VERS. 16.

OLIVAM VBEREM.] Alij: Oleam frondo-
sam. seu oliuam virentem. Allegoria, qua pro-
pheta antegressam populi dignitatem ex pro-
brat, & futuram calamitatem figurat eleganti-
ssimè. pulchram, fructiferam, speciosam voca-
uit Dominus nomen tuum. Alij: pulchram fru-
ctus specie, vel & fructu speciosam, vocauit te
Iehoua nomine tuo. id est, pulcherrimè efflo-
rescentem; quæ faciebat spem maximam sui.

AD VOCEM LOQUELÆ GRANDIS,
EXARSIT IGNIS IN EA, ET COMBVSTA

SVNT FRVTETA EIVS.] Alij ex Hebr. 1. sed ad
vocem magni rumoris incendit Deus folia eius
igni, & defracti sunt rami eius. 2. ad sonum
conflictus-procellarum maximi, incendet ignem
præterea, & frangent propagines eius. Futuræ
calamitatis figuratio: erunt (inquit propheta)
veluti concursantes procellæ ventorum, quæ
in hunc locum irruentes decutient flores
tuos, perfringent ramos. id est, paruos & ma-
gnos trucidabunt, deinde oppidum ipsum
tanquam arboris truncum confument igne,
quæ quidem gesta esse, ostendunt vltimum
Caput Regum, Paralipomenon, & Iirmeiæ.
Vocem חמולה hamulah, quam hic plerique
cum Nostro reddunt loquelam; alij, rumorem,
strepitum, tumultum, vociferationem, sonitum,
feruorem, diuersionem, interpretantur. Possis
reddere: ad vocem ressecationis, incisionis, præ-
cisionis magna. quod loco congruit.

EXARSIT IGNIS.] Hebr. exarsit est mas-
culeum, & ignis fœmineum; ad hæc verbum
est ex Hiphil: vnde haud rectè congruere vi-
detur, exarsit ignis. proinde alij, exardere-
fecit, Deus, aut hostis, vel succendit, ignem. Sed
reperitur interdum עשׂה esch, ignis masculine;
verum constructio transitiva aptior est.

IN EA.] Heb. super eam. scilicet, oleam.
vel super te. Mutatio personæ, vt fit in Scri-
ptura: vide Sanctem Colum. 1033. Thesau.

ET COMBVSTA SVNT.] Alij ex Hebr. &
confringent, conterent. vel & depascent, destruens
radicibus. Scilicet hostes, vel impersonaliter,
more linguæ, confringentur, depascentur.

FRVTETA EIVS.] חמולה delioh, rami al-
tiores, & elatiores, seu extractiores, vel propagi-
nes, palmites. חלה dalah, nimirum quod sur-
sum se eleuent, vel quod succum è stirpe ex-
trahant. Aptè Forsterus reddidit: & malè-
affecti sunt rami eius.

ET DOMINVS EXERCITVVM QVI PLAN-
TAVIT TE, &c.] Alij hunc versum ex Heb.
transferunt: Nam Iehoua exercituum, qui plan-
tauerat te, eloquutus est contra te malum, propter
malitiam domus Israelis, & domus Iehudæ, quam
sibi, id est, in suam perniciem designant, vel
quam exercuerunt inter se, ad prouocandum, seu
irritandum me, suffitum incendiando, seu adolen-
do Bahal.

VERS. 17.

TV AVTEM DOMINE DEMONSTRASTI
MIHI, &c.] Alij hunc versum reddunt ex
Heb. 1. Iehoua autem scire fecit me, vel indi-
cauit mihi. Subaudi, insidias, quas parabat
mihi: tunc videre-fecisti me cogitationes, opera,
eorum. quasi dicat, prædicebam populo meo
mala ipsi euentura, propterea volebat me pro-
dere, sed Dominus detexit mihi insidias, &
seruauit me. 2. Ac Iehoua quidem ostendit
mihi, ita vt cognoscerem. Alter locus confir-
mationis, vt dictum est in vers. 15. à testimo-
nio prophetæ, qui modestissimè ostendit, se
non curiosè quidem peruestigasse peccata
populi sui, tanquam si odio studioe aliquo
abduceretur: sed quum nihil eiusmodi co-
gitaret, à Deo adductum esse ad notitiam im-
probitatis suorum populatium. tum demon-
strasti mihi actiones eorum. Apostrophe ad
Deum emphatica, vt hoc pacto magis euin-
cat populares suos, se nihil dicere de Deum

VERS. 18.

ipsi auctorem & testem esse. De his tribus versibus opportunè admonet S. Hieronymus: (*Omnium Ecclesiarum iste est consensus, ut sub persona Ieremiæ à Christo hac dici intelligant, &c.*) vide eum. Ergo hæc de se historicè tanquam de typo scribit Ieremiæ; sublimiori autem & prophetico sensu de Christo ut de veritate & c.

STVDIA EORVM.] מַגְּבַלְהֵם maghallehem. vide supra cap. 4. v. 4.

VERS. 19. MANSVETVS.] מַלְּאֵךְ alluph, doctus, condecoratus, assuetus, mansuetus, velectus, optimus, in millibus. Alij, bos: vtrumque enim vox Hebræa significat. Quidam reddunt: *Ego autem eram tanquam agnus & tanquam bos, qui ducitur ut iugulent eum.* Alij: *Quum essem velut agnus aut bos, qui ducitur ad mactandum.* vel ad lanienam. id est, simplicissimo animo obirem functionem meam: (ut Christus Apostolis præcepit Matth. 10. v. 16.) & mei contra quærerent necem meam, ut sequentia explicant. Hæc verba mirificè Christo conueniunt, ut Isaia 53. v. 7.

ET NON COGNOVI QVIA, vel QVOD COGITAVERVNT SVPER ME CONSILIA, DICENTES.] Vox, dicentes Heb. non est, sed necessario subaudienda. Alij ex Heb. 1. ignarus, quod contra me huiusmodi cogitationes cogitassent, dicendo. 2. nam ignorabam eos contra me inire cogitationes, dicendo. 3. & non noueram quod contra me cogitauerunt cogitationes, dicendo. Hæc aptissime in Ieremiam; etiam in Christum competunt, nam tanta simplicitate ac mansuetudine ductus est ad mortem, nihil dicens, nihil querens, aut repugnans, ac si non cognouisset quod duceretur, ut agnus mansuetus: alioqui enim optimè nouerat omnia, &c.

MITTAMVS LIGNVM IN PANEM EIVS.] Patres summo consensu hæc de Christo interpretantur. *Mittamus lignum* id est, Crucem, *in panem eius.* id est, Corpus eius. S. Iustinus Martyr Dialogo cum Tryphone, pag. 298. recentioris editionis, dum queritur multa loca à Iudæis ex Lxx. Translatione malitiosè resecta, inquit. (*Ex Ieremiæ responsis hæc reciderunt: Ego ut agnus, qui ad sacrificandum abducitur: super me cogitauerunt cogitationem; dicentes: Venite, mittamus lignum in panem eius, & exteramus eum à terra viuentium &c.* quia resectio ista ex Ieremiæ, adhuc in quibusdam exemplaribus, quæ in Iudæorum asseruantur Synagis, Scripta reperitur: non enim iandiu est quum hæc verba reciderunt: quandoquidem ex dictis quoque huiusmodi probari potest, Iudæos consilium iniisse de ipso, Christo, decreto, ut eum in cruce suspensum occiderent, factò.]

Tertullianus Aduersus Iudæos, cap. 10. [*De hoc enim ligno crucis etiam Deus insinuat per Ieremiam, quod essetis dicturi: Venite mittamus in panem eius lignum, & conteramus eum à terra viuorum. Vtique in Corpus eius lignum missum est: Sic enim Christus reuelauit, panem Corpus suum appellans, cuius retrò corpus in pane prophetes figurauit.*] Eadem omnino habet lib. 3. contra Marcionem, cap. 19. S. Cyprianus Lib. 2. Aduersus Iudæos, Cap. 20. [*Quod cruci illum fixuri essent Iudæi, apud Ieremiam*

est: Venite mittamus lignum in panem eius, &c.]

Lactantius Firmianus lib. 4. Cap. 18. [*Eo Ieremias: Venite mittamus lignum in panem eius. Lignum autem crucem significat, & panem corpus eius, qui ipse est cibus & vita hominum, qui credunt in carnem, quam portauit, & in crucem in qua pependit.*]

S. Ambrosius in Titulum Psal. 35. [*Iniiciamus lignum in panem eius. Bene panem dixit pro carne eius. Ille alimentum detulit, isti pro beneficio retulere supplicium. mysterium loquebantur, paradisum nobis crux reddidit Christi, &c.*]

Rufinus in Symbolum Apostolicum: [*Ad crucem ducitur, & in ligno totius mundi vita suspenditur. Vis & de hoc prophetis testimoniis confirmari? audi Ieremiam dicentem: Venite, & iniiciamus lignum in panem eius, & conteramus eum de terra viuentium.*]

S. Hieronymus in hunc locum: [*Mittamus lignum in panem eius. Crucem videlicet in corpus Saluatoris. Ipse enim est, qui ait: Ego sum panis, qui de calo descendi.*]

Theodoretus: [*Mittamus lignum in panem eius. Christo Domino Sermo prophetia vel maxime quadrat, nam suum ipsius corpus, panem appellauit. panem hunc ligno confixerunt.*]

S. Gregorius lib. 3. in Iob. Cap. 11. [*Mittamus lignum in panem eius. Lignum quippe in panem mittere est configendo eius corpori stipitem crucis adhibere.*] Et lib. 12. cap. 4. [*Crux enim ligno signatur; quum dicitur: Mittamus lignum in panem eius. Lignum quippe in panem mittere est Dominico corpori crucem adhibere.*]

Cæterum Chaldæus Interpres, Hebræi omnes, & Nostorum innumeri de Ieremiæ accipiunt, atque Hebræa variè reddunt. 1. *Perdamus lignum in panem eius.* Singulare genus dicendi Hebræis, pro iniiciamus perdendi cum causa lignum lethale, id est, toxicum in panem eius. 2. *Corrumparamus lignum in pane eius.* ut sit hypallage, pro *Corrumparamus ligno cibum eius*, ut Iosue 2. v. 6. *lina ligni, pro ligna lini.* & Iudicum 1. v. 8. *& urbem miserunt in ignem.* pro, *ignem miserunt in urbem.* Per lignum, inquit, intelligit taxum, aut aliam arborem, cuius lignum sit mortiferum, quasi dicat, ligno venenato minutatim conciso inficiamus panem eius, & lethalem reddamus cibum eius. Sanctes vertit: *Corrumparamus veneno cibum eius.*

Non erit abs re inutilissimam Forsteri dissertatiunculam, quam de hoc loco Præfationi sui Dictionarij interseuit, recensere, ut iudicium præposterum Nouatoris, cum haud contemnenda eruditione coniunctum disertus Lector inspiciat: Sic enim scribit: [*Verba illa Ieremiæ ca. 11. ubi vetus Translatio habet: Mittamus lignum in panem eius, &c. Deus bone, quam variè sunt exposta tam à Iudæis, quam Christianis. Rabbini de taxo arbore venenata intellexerunt dicta, cuius ligno minutatim inciso, Ieremiæ in cibo admiscere voluerint, ut veneno illum tollerent. Hac sententia quid quaso à verbis Hebræis est alienius? & tamen ex Christianis multos reperies, qui huic subscripserunt, ut sunt ex illorum numero Nicolaus Lyranus, & post eum nostro tempore nonnulli Commentatores sic vertentes: Perdamus ligno panem eius, &c. Cyprianus*

& Tertullianus ita exposuerunt: *Mittimus panem in lignum, hoc est, Christum (qui est panis ille celestis) adigamus in lignum, ut crucifigamus eum. Et hanc eorum expositionem non pauci sunt amplexati; atque etiam postea verba ista in Ecclesia recepta sunt, atque decantata eo anni tempore, quo passio Christi recolitur. Aliqui alij per lignum crucem & passionem Christi intellexerunt, per panem vero doctrinam, qua post Christi passionem facta sit long dulcior (sicut lignum per Mosen in aquas amaras missum eas dulcoravit) longaque larius sparsa sit, quam antea. Fuerunt etiam nonnulli alij, qui ad panem Sacramenti altaris detorserunt. Et quis omnium interpretum expositiones horum verborum recensere potest, qua omnes orta sunt ex verbis propheta non intellectis, qui ita perperam vertunt: *Mittimus lignum in panem eius? cum neque verbum נשחבב schachab mittere significet; neque נשחבב hoc loco lignum aridum; neque נשחבב lechem, panem, ut à pistore in farina coquitur; sed verbum Hebraum significet sternere, seu deicere deorsum; & GHETZ, arborem; & LE-
CHEM, fructum arboris ut rectè veritas his verbis: *Deiciamus arborem cum fructu suo, & succidamus eam è terra vivorum; Jeremiam nimirum figuratè vocantes, arborem, & fructum arboris, doctrinam ipsius: sicut & Christus doctores arbores vocat, & doctrinam eorum, fructus, ex quibus iubet cognoscendos esse, bonine sint aut mali, Matth. 7. Hac sententia cum simplex sit, perspicua, & genuina, tamen ignorantia Hebraea lingua, multipliciter detorta ac depravata est.*] Huc usque Forsterius. Qui pag. 414. reddit: (*Perdamus arborem cum cibo suo.*) id est, fructu. & pag. 614. (*Perdamus arborem cum pane suo.*) id est, fructu suo.**

Et verò tametsi istæ Forsteri interpretationes aptæ sint & ex peritia & usu linguæ: at quæ ipse aduersus alias differit, imperitiæ & præposteri iudicij amplum specimen exhibent. Nam quod attinet ad primam Hebræorum ac nostrorum explanationem, de taxo arbore venenata; qua fronte dicere audeat, nihil esse à verbis Hebraicis alienius? Nonne ipse præcipuè docet, שחבבב, significare, ad imum usque seu funditus perdi, corrumpi, depravari? Nonne ipse tradit, GHETZ, esse lignum; vel viride; quod nos arborem vocamus, vel succifum & aridum: & esse generale nomen ad omnes arbores, ligna, arbuta, & frutices, quorum caulis altius excreuit, & ramos ex caudice produxit? ergo si arbor hîc rectè intelligitur, quæ ratio aut causa esse potest, cur taxus arbor accipi nequeat? quam accuratè descriptam habes à Plinio lib. 16. cap. 10. ac Dioscoride lib. 4. cap. 75. Denique nonne eodem Forstero docente LE CHEM, passim in Scriptura est panis cœctus, seu generaliter esca seu cibus? Quid igitur incommodi eâ expositio habet, quid alienum à verbis Hebraicis? Hoc, mi homo, est sponte delirare. Nam quod alteram de cruce & corpore Dominico intelligentiam, tot tantorumque Patrum auctoritate firmatam, repudiat, facile prodit suam & inscitiam & impietatem. Iam quod Nostrum Interpretem arguit, שחבבב, non significare, mittere, ridiculū est;

nam Interpres de sensu, non de verbis sollicitus fuit: & idem profus est, perdere & corrumpere, quam mittere, seu iniicere ad perdendum & corrumpendum. Sed audi Schindlerum vnum de grege Nouantium: נשחבבב naschibab, Lxx. immittentis. Hieronymus; mittimus; acceperunt pro נשחבבב naschibab, ponemus, absorpta Littera Cheth, ob similem sonum. Sed ad seriem explanandi reuertamur. Chaldæus reddidit: *Proiciemus venenum mortis in cibum eius.* Auenarius: *Corrumpeamus arborem cum cibo, id est, fructu suo.* Schindlerus: *Perdemus arborem in pane eius. id est, cum fructibus eius. seu cum fructu suo.* Nam hîc panem pro fructu interpretari quoque sunt Aben-Ezra, & Kimchi. Hispanicus Interpres: *Destruyamos el árbol con su fruto. o, Corrompamos con toxico su pan.* Tremellius & Iunius: *Perdamus culmum cum pane, seu grano eius.* Metonymia, ut Ecclesiastæ II. vers. 1. id est Enecemus eum fame, aut gladio, ut demonstrat antithesis pœnarum, infra vers. 22. Est autem loquutio confuratorum emphatica, translatione sumpta à segetibus: quasi dicat, eradicemus istum, adeo ut ne stipula quidem extet ipsius. GHETZ, arbor, etiam dicitur de culmo, scapo, caule, calamo cuius que fruticis, qui altius excreuit, & ramulosculos producit, ut de lino Iosue 2. v. 6. LE-
CHEM, panis, dicitur quoque de ipso frumento, seu grano; manente adhuc in agro, seu segete, aut demesso, vel seminato, ut Iob 28. v. 5. & Eccles. II. v. 1. passim enim Scriptura metonymicè res à fine denominat.

TV AVTEM DOMINE SABAOTH, &c.] VERS. 20.
Hunc versum alij ex Hebr. conuertunt: *At, o Iehoua exercituum, iudex iustissimè, probator renum & cordis, ut Psalm. 7. vers. 10. visurus sum ultionem meam de eis, nam tibi reuelavi causam meam.* id est, reuelatam committo. Possis reddere: *quia ad te deuolui causam meam.* id est, ad te confugio tanquam ad iudicem iustum, tibi meam causam committo, ad te transfero, tu meum patronum & assertorem age: ut Psalm. 36. v. 5.

PROPTEREA HÆC DICIT DOMINVS AD VIROS ANATHOTH, &c.] VERS. 21.
Alij: *Idcirco sic ait Iehoua de hominibus Hanathotharum, seu de Hanathothanis.* Sic infra vers. 23. Denuntiatio pœnæ singularis in Hanathothanos, tribus verbis, quæ singulis improbi illorum consilij partibus respondet,

VISITABO SVPER EOS.] Alij: *animaduersurus sum in istos. vel puniam eos.* VERS. 22.

ET RELIQVÆ NON ERVNT EX EIS.] VERS. 24.
Alij: 1. *Et residuum non erit eis.* id est, nullum relinquent superstitem. 2. *ita ut ex eis nulli fiant reliqui.*

INDVCAM ENIM MALVM.] Alij: *quum adducam malum. vel calamitatem.*

SVPER VIROS ANATHOTH.] Alij: 1. *super cines Hanathoth.* 2. *Hanathothanos.*

ANNVM VISITATIONIS EORVM.] appositiuè, *malum.* scilicet, *annum visitationis,* id est, animaduersionis, & iudicij eorum. Alij: *anno, vel tempore, quo visitabuntur; & pœnas luent.*

CAPVT XII.

Miratur propheta malorum prosperitatem, qui tamen parantur ad diem occisionis, suntque terra causa luctus: hereditas aduersata est Domino suo, & pastores demoliti sunt vineam Domini, ideò traditur in dissipationem, cuius tamen rursus miserebitur Dominus vastatis ipsius inimicis.

Vulg.

Malu.

Iob. 21. a. 7.
Habac. 1.
d. 13.

Vstus quidem tu es Domine, si disputem tecum: verumtamen iusta loquar ad te. Quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus, qui prauaricantur & iniquè agunt?

2 Plantasti eos, & radicem miserunt: proficiunt, & faciunt fructum: propè es tu ori eorum, & longe à renibus eorum.

3 Et tu Domine nosti me, vidisti me, & probasti cor meum tecum: congrega eos quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis.

4 Usquequò lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur, propter malitiam habitantium in ea: consumptum est animal, & volucre, quoniam dixerunt: Non videbit nouissima nostra.

5 Si cum peditibus currens laborasti: quomodo contendere poteris cum equis? cum autem in terra pacis securus fueris quid facies in superbia Iordanis?

6 Nam & fratres tui, & domus patris tui, etiam ipsi pugnaverunt aduersum te, & clamauerunt post te plena voce: ne credas eis eum locuti fuerint tibi bona.

7 Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam: dedi dilectam animam meam in manu inimicorum eius.

8 Facta est mihi hereditas mea quasi leo in silua: dedit contra me vocem, ideò odiui eam.

9 Numquid auis discolor hereditas mea mihi? numquid auis tincta per totum? venite, congregamini omnes bestia terra, properate ad deuorandum.

10 Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculcauerunt partem meam: dederunt portionem meam desi-

Vstus tu IHVH, ^a quia litigabo ad te: verumtamen iudicia loquar ad te: Quid ^b cognitionis via improborum perripit, ^c securi fuerunt omnes excurrentes excursionis?

2 Plantauisti eos, etiam radicaerunt; ambulabunt, etiam fecerunt fructum: propinquus tu in ore eorum eorum, & longinquus de renibus eorum.

3 Et tu, IHVH, cognouisti me, vidisti me, & probabis cor meum ad te: abrumpe eos sicut quem ^d ad mactationem; & sanctifica eos diei interfectionis.

4 Usque-ad quando lugebit terra, & herba omnis agri siccabitur: de malitia habitantium in ea contractum fuit animalia & volatile, quia dixerunt, Non videbit postrematè nostram.

5 Quia si ^e ad pedites cucurristi, & defatigauerunt te; & quomodo exardescere tete-facies ad equos: & in terra pacis tu confidens; & quomodo facies in superbia Iardenis?

6 Quia etiam fratres tui, & domus patris tui, etiam ij excurrerunt in te; etiam ij vocauerunt post te plenum: non credes in eis, ^f quia loquentur ad te bona.

7 Dereliqui domum meam, dimisi hereditatem meam: dedi charam animam meam in vola malevolentium eius.

8 Fuit mihi hereditas mea sicut leo in silua: dedit super me in voce sua, super sic odiui eam.

9 ^g Ales coloratus hereditas mea mihi, ales circuitu super eam; ^h ambulate colligite omnem ⁱ feram agri, venite ad comedere.

10 Pastores multi funditus - perdidērunt vineam meam, conculcauerunt ^k partem meam; dederunt partem ^k partem

^a quum

^b cause
^c peccati, pā-
pacifici,
tranquilli

^d mactatio-
ni, iugulam-
tioni

^e apud, pe-
nes, vel cū
peditibus

^f quum

^g vt Isai;

46. 11.

^h Agitedum
ⁱ viuum,
bestiam

^k partem

derabilem in desertum solitudinis.

11 *Posuerunt eam in dissipationem, luxitque super me: desolatione desolata est omnis terra: quia nullus est qui recogitet corde.*

12 *Super omnes vias deserti venerunt vastatores, quia gladius Domini deuorabit ab extremo terra vsque ad extremum eius: non est pax vniuersa carni.*

13 *Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt: hereditatem acceperunt, & non eis proderit: confundemini à fructibus vestris, propter iram furoris Domini.*

14 *Hec dicit Dominus aduersum omnes vicinos meos pessimos, qui tangunt hereditatem, quam distribui populo meo Israel: Ecce ego euellam eos de terra sua, & domum Iuda euellam de medio eorum.*

15 *Et cum euulsero eos, conuertar, & miserebor eorum: & reducam eos, virum ad hereditatem suam, & virum in terram suam.*

16 *Et erit: si eruditi didicerint vias populi mei, ut iurent in nomine meo: Viuit Dominus, sicut docuerunt populum meum iurare in Baal: edificabuntur in medio populi mei.*

17 *Quod si non audierint, euellam gentem illam euulsione & perditione, ait Dominus.*

1 expetitionis meæ in deserto afflationis.

11 Posuit eam afflationi, loxit super me in afflata: afflata fuit omnis terra, quia non vir ponens super cor,

12 Super omnes prominentias in deserto venerunt deuastantes; quia gladius in IHVH comedens de extremitate terræ, & vsque ad extremitatem terræ: non pax omni carni.

13 Seminauerunt tritica, & spinas perdecutauerunt, hæreditauerunt, non subleuabunt: & pudefient de prouentibus vestris, & de ardore nasi IHVH.

14 Sic dixit IHVH super omnes scinitantes meos malos, tangentes in hæreditate quam hæreditare feci populum meum Israel: ecce ego euellam eos de super humum suam; & domum Iehudah euellam de medio eorum.

15 Et erit post euellere me eos, reuertar, & inuiscerabo eos: & reuertere faciam eos virum hæreditati suæ, & virum terræ suæ.

16 Et erit: si discere discant vias populi mei ad iuramento-se-obstringere in nomine meo, viuens IHVH, secundum quod docuerunt populum meum ad iuramento-se-obstringere in Baghale: & ædificati fuerunt in medio populi mei.

17 Et si non audient, & euellam gentem ipsam euellere & auferre, Fidelis sermo IHVH.

K portione, sic statim appetitionis, concupiscentiæ, desiderio mei
m in deserto afflatus, afflatus, stupenda desolationis, n stupenda desolata, sic statim o datinus. ipsi IHVH est
p messuerunt q præ æstus, exardescite ira, excandescencia
r tabernaculantes, com habitantes s mo estlos t visceribus misericordiam cõplectar, in viscera condam
n tollere de medio, disperdere
x vide Genes. 22. 16.

COMMENTARIA.

VSTVS QVIDEM TV ES DOMINE, &c.] Notant esse hanc quartam partem concionis, nempe confutationem, ut dictum est cap. 11. v. 1. Quid ita variannaris, inquit, quum illis bene sit adhuc, & tibi male? Respondet: Neque propheta hoc, quod in præsentia est, neque illud, quod prædico, alienum est à iustitia Dei: & res præsentis & futuras ille administrat, neque ab eo abiudicari potest iustitia, vilius hominis quantumuis, iusti opera; sed ipse sibi inuitis omnibus vindicaturus est, ut Psalm. 50. Alij hunc versum ex Heb. transfundunt: 1. *Iustus tu, o Iehoua, si iudicio tecum contendam, vel iustior es tu, Iehoua, quam ut tecum contendam.* Miratur propheta hoc versu lenitatem Dei, ac si dicat, Iustior es, Domine, quam ut merito litigare debeam tecum, aut causam meam apud te pertinacius tueri, aut me posse illam Maluenda, In libr. Ierem.

euincere: expostulabo tamen aliquantisper pro humano sensu, & proponam tibi ea argumenta, quibus quisque uti solent, qui felicitatem impiorum vident: *attamen loquar tecum iudicia.* id est, iustas, ut videretur, rationes meas, & argumenta, quibus videris contra ius agere. *Qui sit, ut via impiorum prospere eueniat, prosperos successus habeat, felix sit, pacem habeant, seu & feliciter agant omnes prauaricantes prauaricationem? seu omnes, qui impudentissime prauaricantur.* 2. *Iustus es, Iehoua, si contendere velim tecum,* id est, si prosperitatem improborum, & meam, bonorumque calamitatem ægre ferens, tecum disceptare audebit quisquam: ut Job 8. v. 3. & 9. v. 2. & sequentibus. Est autem elegans proteropeia, homine pio, prophetaque digna: veruntamen iudicia eloquar penes te, vel tua. Proposita confessione de Iustitia Dei inexpugnabili, iam exponitur obiectio duobus versibus, quæ à

VERS. I.

QQq Proph

Propheta soluitur vers. 3. deinde exornatur sequentibus. Est autem obiectio anantopódotos, cur improbi & hypocritæ prosperentur, inquit: reticetur enim contrarium membrum, cur iusti vtantur rebus aduersis, vt ostendit responsum, vers. 3. *Cur via improborum succedit, iucundatur? cur tranquilli sunt omnes agentes perfide perfidiam? seu quicumque agunt perfide?* Præcipuum telum, quod humana ratio intorquet in Dei prouidentiam & iustitiam, imo in diuinitatem, ipsam; improbis bona, bonis mala euenire. Vt elegantissime canit Claudianus initio lib. in Rufinum:

Sape mihi dubiam traxit sententia mentem, &c.

Et Plinius lib. 2. cap. 7.] *Verum in his deos agere curam rerum humanarum credi, ex vsu vitæ est: pœnasque maleficiis aliquando seras, occupato Deo in tanta mole, nunquam autem irritas esse; nec ideo proximum illi genitum hominem, vt uisitate iuxta belluas esset.*]

VERS. 2.

PLANTASTI EOS, ET RADICEM MISERVUNT, &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt: 1. *Plantasti eos, tum etiam radices iaciunt, vel agunt, proficiunt, quin & fructum edunt.* id est, copias & facultates ingentes sibi parant, vel à te consequuntur: *prope es tu orientiorum, & à renibus eorum longe abes.* id est, assidue versaris in ore eorum, iactant se tuos cultores esse: sed non te colunt corde, & reuera ex animo. 2. *Cur plantas eos, etiam radicantur? pergunt, etiam edunt fructum ij, quorum in ore propinquus es, sed longinquus à renibus ipsorum?*

VERS. 3.

ET TU DOMINE NOSTI ME, &c.] Hunc versum ex Heb. reddunt alij: 1. *Tu autem Ieboua, qui me cognouisti, qui me vides, & exploras cor meum apud te. vel animum meum qui est tecum,* id est, qui te sincere colit: *extrabe eos fœcus gregem ad lanienam, vel transfer, & consecra,* seu *prepara eos ad diem occasionis.* id est, constitue diem, quo illi cædendi sint. 2. *Nempe tu, Ieboua, agnoscis me, peruides me, ideo probas animum meum, vt sit tecum, siue vt adhareat tibi: auellendo istos vt oues trabendas ad mactationem, & preparando eos ad diem interfectionis.* Subiunctio, seu responsio hoc versu ad præcedentem obiectionem, qua primùm vsum aduersitatum in bonis explicat, deinde prosperitatum in improbis: nam, inquit, boni rebus aduersis agnoscuntur, & respiciuntur, id est curantur à Deo, probantur ad tempus & docentur adherere Deo, improbi verò prosperè interea agentes saginantur vt pecudes ad mactationem: Sic Psalm. 93. vers. 13. *auellendo istos vt oues, &c.* id est, quum interea improbos alios momento abripis tanquam in lanienam, è saginario; alios ad futura iudicia comparas iustissimè, prout illi afficere bonos cogitant, supra cap. I I. v. 19.

VERS. 4.

VSQVEQVO LUGEBIT TERRA, &c.] Alij hunc versum ita reddunt: *Quosque, ais, lugeret terra? & herba totius agri exaresceret? præ malitia habitantium in illa, deficiunt singula iumenta, & volatilia; quia dicunt, Non videt finem nostri.* Ethopœia, qua prophetia Dei consilium explicat humanitus, quod

paucis dixerat præcedente versu. sunt autem huius consilij p rtes duæ; vna, de causis; altera, de iudiciis, quæ toti Iudææ pronuntiat Deus. Causæ sunt, totius regionis & omnium animantium horriditas propter atrocitatem scelerum, hoc versu; & bonorum omnium, qui Deo curæ sunt, defatigatio, vers. 5. & 6. *quia dicunt, Non videt finem nostri.* id est, quia præfractè negant prouidentiam Dei, omnipotentem illius administrationem nihil ad se pertinere iactant, & prophetias ludificantur, tanquam si non essent sibi euentura mala.

Lugebit terra. id est, desolabitur, deuastabitur: metaphoricè. Quòd terra vastata mætere & lugere videatur.

CONSUMPTVM EST ANIMAL.] Heb. *Absumptum est, finitum est; defecit, animalia, bestia, iumenta.* Discordia numeri, quam sic conciliant, consumptum est vnumquodque ex animalibus. vel absorpta est multitudo animantium.

VERS. 5.

SI CVM PEDITIBVS CVRRENS LABORASTI, &c.] Hunc versum ex Heb. exponunt, 1. *(Sic cum peditibus cucurristi, & illi te fessum reddiderunt, quomodo cum equis misceris te, aut certare contendas? & in terra pacis tu securus, seu fidens, quomodo verò facies in elatione seu timore, vel infremitu & fastu Iordanis?)* Verba Dei ad Ieremiam, quibus illi prædicit grauem afflictionem, quam accepturus erat Ierosolymis. Ciues eius Hanathothitas comparat hîc pedibus, equis verò celerimis, seu equitibus Ierosolymitanos. Conatus es (inquit Deus) conciuies tuos in viam rectam adducere, quod assequi non potuisti, imo fatigauerunt te & afflixerunt, & insidiati sunt vitæ tuæ: quod si pedites illi te fatigarunt; longè magis fatigaturi sunt te Ierosolymitani, inter quos sunt primores & res, qui te maiore odio prosequuntur, magisque affligent, & in terra pacis tu fidebas, nempe in Hanathoth patria tua, vbi tuta omnia & secura credebas, & tamen insidias tibi struxerunt, quid ergo facies in loco, in quo intumescunt fluctus similes fluctibus Iordanis? id est, Ierosolymis vbi maiores persecutionum procellæ exurgunt? 2. *Quando cum peditibus curris, defatigant te; quomodo ergo misceres te cum equis?* Secunda causa, vt superiore versu dicebamus, cuius hic est sensus: Iudæi omnes nunc ita se habent, ac si castra aduersus Deum facerent, & aduersus bonos. Quemadmodum autem in castris alij sunt pedites, alij equites, quorum ij longe illis sunt velociores: ita etiam in Iudæorum cœtu alij sunt omnium obstinatissimi, & velocissimi ad maleficia, vt supra cap. 8. v. 6. alij nondum tantopere obdurati aut apri ad ea perpetranda: sed tamen tanta est illorum omnium peruicacia, vt ne minimum quidem calonem sistere possis, aut superare, & reuocare à malitia ad Deum. Quid ergo cum Ierosolymitanis facias, qui maleficiorum auctores sunt obstinatissimi, si apud tuos Hanathothanos nihil efficis, qui tyrunculi sunt si cum illis comparentur. *etiam in terra pacis, seu prospera, cui confidis, defatigant te, ecquid faceres in elatione Iordanis?* Sensus est, Iudæa

dæa quodammodo in duo hominum genera diuisa est: quorum vni non ita exundant peccatis, sed æquiore, vt ita dicam, sunt conditione: alteri præcipites exundant in omnia peccata, & auferunt; vt quum Iarden fluius diffunditur præter ripas suas: Vide Iosue 3. v. 14. *cui confidis.* id est, de qua bene speras, vt cum Hanathothanis fecit: nam sequens versus est huius exegeticus.

CONTENDERE POTERIS CVM EQVIS.] Futurum תתחרה *tebachare*, variè reddunt: 1. *commiscebis te.* 2. *contendes.* 3. *irritabis, prouocabis ad certamen cursus.* 4. *tete-committes, assimilabis.* 5. Forsterus & Mercerus: *quomodo exardescere-facies, inflammabis, equos?* id est, fremere facies eos. nam etiam equi laborant, & accenduntur zelo & æmulatione, ad cursum. Fere omnes faciunt ex Pihel, nos leui mutatione punctorum, aptius filo contextus duximus facere ex Hithphael, vt Psalm. 36. v. 1. Vide Com. in eum locum, & infra Cap. 22. v. 15.

VERS. 6. NAM ET FRATRES TVI, &c.] Alij hunc verum reddunt: *Quandoquidem etiam fratres tui & domestici patris tui, etiam ipsi perfide agunt in te, ipsi quoque conuocant post te multitudinem: ne credito illis, quamuis alloquantur te bonis verbis.* Intelligit de Hanathothanis ciuibus eius.

ET CLAMAVERUNT POST TE PLENA VOCE.] מלל male, quidam infinitum Pihel faciunt, *vocauerunt post te implendo, seu congregando.* id est, turmatim. Alij, participium, Kal, *vocauerunt post te plenum.* quod tamen aduerbialcat, pro, *Plenè.* id est, in te declamauerunt; inuecti sunt plenissimè. Nec desunt, qui nomèn substantiuum esse velint: *Conuocant post te plenitudinem, seu multitudinem,* id est, concitant, coniuuant. Hispanicus Interpres: *aun ellos dieron voces en pos dei, congregacion.* id est, *appellidando al pueblo como contra algun publico malhechor.*

VERS. 7. RELIQUI DOMVM MEAM, &c.] Alij hunc versum ex Heb. conuertunt: *Derelicturus sum domum meam, deserturus possessionem meam: traditurus dilectionem anima mea, metonymia pro, eam, quam diligebat, anima mea, in manum inimicorum ipsius.* Altera pars consilij, de iudiciis Iudæe euenturis, vt diximus in versum. 4. quæ comprehenditur versibus septem. sunt enim hæc verba Dei.

DEDI DILECTAM ANIMAM MEAM.] ידדתי *iedidub* fere omnes nomèn substantiuum faciunt. *Tradidi dilectionem, charitatem, amorem, suauitatem anima mea.* Vel metonymicè, vel emphaticè, id est, possessionem meam Iehudæam & Ierusalem, quam vnice ac summè diligebat, & amabat anima mea, tradidi in manum Babyloniorum hostium eius. Nobis sanius visum est cum Nostro adiectiuè exponere: *Dedi dilectam, charam, amatam, animam meam in manum inimicorum eius.* Scilicet, animæ meæ. Vt vel hoc accipiatur de Christo, qui vitam suam exposuit in manum Iudæorum; vt interpretatur S. Hieronymus: vel emphaticè *dilectam animam suam:* vocet Ierusalem ac templum, quam tanquam animam suam diligebat: vt *Maluenda, In libr. Isaia:*

exponit Ioannes Maldonatus vir è Societate Iesu eximia eruditione ac iudicio.

FACTA EST MIHI HEREDITAS MEA, VERS. 8. QVASI LEO IN SILVA.] id est, efferata est in me, alienata est à me tanquam efferus & siluestris leo. Alij: *Est mihi possessio mea similis leoni in silua, seu nemore.* Exornatio iustitiæ Dei duobus comparationibus, leonis, hoc versu; & auis rapacis, sequente. Quasi dicat propter leoninam & inhumanam crudelitatem possessionis meæ deserui & odiui eam.

NUMQVOD AVIS DISCOLOR HEREDITAS MEA MIHI, NUMQVOD AVIS TINCTA PER TOTVM?] Diuersimode alijs ex Hebr. 1. Kimchius: *Num auis tincta colorata, est hereditas mea mihi; num auis in circuitu super eam?* Et dicunt, inquit, quod est auis quædam colorata, seu variis distincta coloribus, in quam aliæ aues congregantur & inuolant ad lacerandum & discerpendum eam, quod sit diuersi generis & coloris. 2. Rab. Scelomoh; & Ioseph: *An auis tincta sanguine, id est, rapax, & cruenta, est hereditas mea mihi, num auis in circuitu eius?* id est, quam, quum viderint aliæ aues sanguine fædatam, intelligunt, ibi esse prædam, & statim eo conuolant. 3. Sanctes: *Nunquid vt auis tincta sanguine veniet contra hereditatem meam, hostis, quam elegi mihi? nunquid vt auis per circuitum contra eam?* Aliena & parum apta interpretatio. 4. Vatablus: *Nunquid vt auis tincta, colorata, coloribus-picta est mihi hereditas mea? nunquid aues sunt in circuitu aduersus eam?* id est, vt alienigenam, & insolentibus plumis ornatam auem reliquæ persequuntur: sic hostes populi mei illum persequentur & appetent. 5. Leo Iudæ: *Hereditas mea auitium varicolor est mihi, auitium per circuitum contra eam est.* Eodem sensu. 6. Munsterus: *Nunquid ani sanguinaria data est hereditas mea? nunquid auis cingit illam per totum?* id est, tanta populi mei fiet strages, vt etiam rapaces aues sanguine occiforum se tincturæ sunt, & bestiaæ agri corpora ipsa laceraturæ, vt subditur. 7. Forsterus pag. 688. *Volatile vulnerratum hereditas mea mihi.* Est autem periphra-sis noctuæ, quæ rubris maculis distincta est. Reuchlinus ait, esse auem inuisam omnibus aliis auibus, qua propter semper sanguinolentam esse, & resperfam notis vulnerrum. Idem Forsterus pag. 577. *Nunquid quasi volucre tinctum est hereditas mea mihi? nunquid volatus undique circa illud?* [Prius est speciei, & notæ passiuè noctuam rubris maculis aspersam; in quam inuolant alia aues: alterum est collectiuum, & actiuè significat volatum auium rapacium.] Sic ille. 8. Auenarius: *Nunquid vt auis colorata, colore distincto ad formam digitorum, est hereditas mea mihi?* 9. Tremellius, Iunius, Buxtorfius: *Auis digitata est mea possessio mihi, id est, rapax; vncis vnguibus tanquam digitis in prædam inuolans.* Sic vocat Plinius lib. 13. cap. 47. [Auium; inquit, alia digitata sunt alia palripedes; alia inter vtrumque diuisis digitis adiecta latitudine.] Quæ accepit ex Aristotele de Historia Animalium lib. 2. cap. 2. seu 15. *o aues circumqua-*

que in eam. Prouocatio Chaldæorum, & cæterarum gentium contra Iudæos, per hysterofin: nam Deus priore loco aues prouocat contra digitatam auem; & posteriore bestias contra leonem, feruatis comparationibus. De verbo צבא *zabagh*, vide in Iudic. 5. vers. 30.

VERS. 10. PASTORES MULTI, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. reddunt: *Pastores multi corrupturi sunt vineam meam*, vt supra cap. 6. vers. 3. *conculcaturi portionem meam, redacturi portionem mihi desideratissimam in desertum desolatissimum.*

VERS. 11. POSERVNT ENIM IN DISSIPATIONEM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. transferunt: *Dispositurus est eam quisque, vel Babylonius in desolationem, lugebit per me desolata; desolabitur tota hæc terra, quia nemo est, qui respondat in animo.* vt Isaia 57. v. 1.

LUXITQUE SUPER ME.] Alij: *contra me.* id est, lugendo de me quæstæ est. vel *ad me luget.* vel *per me desolata.* nam Deus auctor erit excidij eius.

VERS. 12. SUPER OMNES VIAS DESERTI, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. conuertunt: *In omnes cliuos per desertum venturi sunt vastatores, nam gladius Iehouæ consumpturus est ab extremitate terra vna ad alteram; nulla pax erit ulli carni.*

SUPER OMNES VIAS.] Hebr. *super omnes prominentias.* seu *loca excelsa, vertices, cliuos, præcipitia.* vt supra cap. 7. v. 29.

VERS. 13. SEMINAVERUNT TRITICVM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: *quum seminauerint triticum, spinas metent, ex interminatione Leuitic. 26. vers. 16. & Deuter. 28. vers. 38. quum indoluerint laboribus non proficient: nam erubescetis ex prouentibus vestris præ æstu iræ Iehouæ.*

HEREDITATEM ACCEPERVNT.] נחלו *nechlu*, præteritum Niphal à CHALAH; *agrotauerunt, doluerunt, infirmati sunt.* Noster legit alijs punctis, נחלו *nachalu*, *hereditauerunt, hereditatem acceperunt;* à נחל *nachal*, vt Nun sit radicale. quod loco aptius esse videtur. Quidam reddunt: *agrotauerunt, quod non profecerunt.* id est, dolore. quodam animi affecti sunt prophetæ, quod nihil profecerint in promouenda respicientia populi. Alij: *hereditatem adierunt, at nihil profecerunt.* id est, cum opulentissimam terram possederint hereditario quasi iure acceptam à Deo, at nihil fructuum, aut emolumentum ex ea perceperunt, vt sequentia explicant.

ET NON EIS PORDERIT.] Hebr. *non subleuabunt, proficient, lenamen, emolumentum, utilitatem capient.*

CONFVNDEMINI A FRUCTIBVS VESTRIS.] Hebr. *& pudefient a prouentibus vestris.* Mutatio personæ. id est, fraudabimini prouentibus vestris, frustra erunt prouentus vestri, fallent vestram expectationem. Hebræi exponunt, & pudefient propheta propter fructus vestros. id est, praua opera. Sed hoc alienum est.

HÆC DICET DOMINVS ADVERSVS OMNES VICINOS MEOS PESSIMOS.] Alij: *Sic ait Iehoua de omnibus vicinis meis.* Conclusio prophetica, vt dictum est cap. 11. vers. 1. qua Deus primum in summa iudicium se effecturum esse de Iudæis & gentibus promiscuè denuntiat, hoc versu, vt supra cap. 9. vers. 25. deinde bonos consolatur promissa instauratione Ecclesiæ ex Iudæis & gentibus conuersis ad ipsum, tribus vltimis.

QUI TANGVNT HEREDITATEM, QVAM DISTRIBVI POPVLO MEO ISRAEL.] Alij, 1. *qui attrectant, contrectant,* id est, lædunt, vastant, nocent, damnum inferunt: *hereditatem, quam hereditario iure possideo, populum scilicet meum Israël.* 2. *qui attingunt possessionem, quam possidendam tradidi populo meo Israël.* id est, qui sunt finitimi Iudææ.

ECCE EGO EVELLAM EOS, &c.] Alij: *Ecce ego conuulsurus sum, siue eradicaturus, seu extirpaturus eos, è terra sua, quum domum Iehouæ conuellerò è medio eorum.*

ET CVM EVLSERO EOS, CONVERTAR, &c.] hunc versum alij reddunt: *Eritque postquam conuulsero illos, scilicet, gentes, reuertar, vt miserear istorum, vel vt rursus miserear me istorum, Iudæorum: & reducam ipsorum quemque in possessionem suam, spiritualem, id est, Ecclesiam, & quemque in terram suam, idem.*

CONVERTAR ET MISEREBOR.] *pro, iterum, rursus, denuò miserebor.* notissimus Hebraismus: vide in Genes. 26. v. 18.

ET ERIT, SI ERVDITI DIDICERINT, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. reddunt: *Erit etiam, si omninò didicerint vias populi mei; pij & fidelis, iurando per nomen meum, Viuit Iehoua, quemadmodum docuerunt populum meum iurare per Bahalem; vt adificentur in medio populi mei.* id est, cooptentur in Ecclesiam per fidem. Hæc de gentibus accipienda.

QVOD SI NON AVDIERINT, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. conuertunt, *Quod si non auscultauerint, tum conuellam gentem illam, conuellendo & perdendo, seu omnino, indefinenter, radicitus extirpabo, & perdam, dictum Iehoua.*

VERS. 14.

VERS. 15.

VERS. 16.

VERS. 17.

CAPVT XIII.

Sicut lumbare Jeremiæ absconditum in Euphrate computruit; sic Iudæa primum Domino adherens, propter superbiam & idololatriam ab ipso abiicitur, omnesque dispergentur: reuocantur tamen à propheta, ut sua pœnitentia deuitent mala, alioqui Iudas auferetur propter suas iniquitates, qui ad pœnitentiam nequit adduci ob inueteratam in malis consuetudinem: interponitur etiam à propheta commiseratio.

Vulg.

I  Hæc dicit Dominus ad me: Vade, & posside tibi lumbare lineum, & pones illud super lumbos tuos, & in aquam non inferes illud.

2 Et possedi lumbare iuxta verbum Domini, & posui circa lumbos meos.

3 Et factus est sermo Domini ad me, secundo dicens:

4 Tolle lumbare, quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, & surgens vade ad Euphratem, & absconde illud in foramine petrae.

5 Et abi, & abscondi illud in Euphrate, sicut praeceperat mihi Dominus.

6 Et factum est post dies plurimos, dixit Dominus ad me: Surge, vade ad Euphraten: & tolle inde lumbare, quod praecepi tibi ut absconderes illud ibi.

7 Et abi ad Euphraten, & fodi, & tuli lumbare de loco, ubi absconderam illud: & ecce computruerat lumbare, ita ut nulli vsui aptum esset.


8 Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

9 Hæc dicit Dominus: Sic putrescere faciam superbum Iudæ, & superbiam Ierusalem multam:

10 Populum istum pessimum, qui nolunt audire verba mea, & ambulant in prauitate cordis sui: abieruntque post deos alienos ut seruirent eis, & adorarent eos: & erunt sicut lumbare istud, quod nulli vsui aptum est.

11 Sicut enim adheret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinavi mihi omnem domum Israel, & omnem domum Iudæ, dicit Dominus: ut essent mihi in popu-

Malu.

I  Ic dixit IHVH ad me; Ambula, & aquire tibi b cincturam linorum, & pones eam super lumbos tuos: & in aquis non venire facies eam.

2 Et acquisiui cincturam c secundum verbum IHVH: & posui super lumbos meos.

3 Et fuit verbum IHVH ad me, d secunda ad dicere:

4 Accipe cincturam, quam acquisiui, quæ super lumbos tuos: & surge, ambula in e Pherathem, & absconde eam ibi in cavitare rupis.

5 Et ambulavi, & abscondi eam in Pherathe, secundum quod præcepit IHVH ad me.

6 Et fuit de extremitate dierum multorum: & dixit IHVH ad me; Surge ambula in Pherathem, & accipe de ibi cincturam, quam præcepi te abscondere eam ibi.

7 Et ambulavi in Pherathem, & f in fodi, & accepi cincturam de loco quo abscondi eam in ibi: & ecce g funditus perditâ fuit cinctura, non perumpet omni.

8 Et fuit verbum IHVH ad me, ad dicere:

9 Sic dixit IHVH, sic h funditus perdam superbiam Ierusalem multam.

10 Populum istum malum renuentes ad audire verba mea ambulantes in intentione cordis eorum: & ambulauerunt post deos i alienos, ad k seruire eos, & ad procumbere sese facere eis: & fuit sicut cinctura ista, quæ non perumpet omni.

11 Quia secundum quod agglutinabitur cinctura ad lumbos viri, sic agglutinare feci ad me omnem domum Ichudah, l Fidelis sermo IHVH: ad esse

a emes, cō parabis. sic v. 2. 5. b cingulum, cinctorium, zonam. sic v. 2. 4. 6. 7. 10. 11. c cx verbo

d secundo iterum,

e Euphras: sic v. 5. 6. 7.

f effodi

g corrupta fuit, computruit.

h vt v. 7.

i exteros, extraneos, alienigenas x colere

l vide Gen. nes. 22. 16. sic v. 14.

lum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam: & non audierunt.

12 Dices ergo ad eos sermonem istum: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Omnis laguncula implebitur vino. Et dicent ad te. Numquid ignoramus quia omnis laguncula implebitur vino?

13 Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius, & reges qui sedent de stirpe David super thronum eius, & sacerdotes, & prophetas, & omnes habitatores Ierusalem ebrietate:

14 & dispergam eos virum à fratre suo, & patres & filios pariter, ait Dominus: non parcam, & non concedam: neque miserebor ut non disperdam eos.

15 Audite, & auribus percipite. Nolite eleuari, quia Dominus locutus est.

16 Date Domino Deo vestro gloriam antequam contenebrescat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginos: expectabitis lucem, & ponet eam in umbram mortis, & in caliginem.

17 Quid si hoc non audieritis, in abscondito plorabit anima mea à facie superbia: plorans plorabit, & deducet oculus meus lacrymam, quia captus est grex Domini.

18 Dic regi, & dominatrici: Humiliamini, sedete: quoniam descendit de capite vestro corona gloria vestra.

19 Ciuitates Austri clausæ sunt, & non est qui aperiat, translata est omnis Iuda transmigracione perfecta.

20 Leuate oculos vestros, & videte qui venitis ab Aquilone: ubi est grex, qui datus est tibi, pecus inclytum tuum?

21 Quid dices cum visitauerit te? tu docuisti eos aduersum te, & erudisti in caput tuum: numquid non dolores apprehendent te, quasi mulierem parturientem?

22 Quid si dixeris in corde tuo: Quare venerunt mihi hæc? Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata sunt veracundiora tua, polluta sunt planta tua.

23 Si mutare potest æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.

24 Et disseminabo eos quasi stipulam, qua vento raptatur in deserto.

esse mihi ^m populo, & nomini, & extollentia, & decori: & non audierunt.

12 Et dices ad eos verbum istud, sic dixit IHVH, ELOHIM Israelis, Omnis ⁿ vter implebitur vino: & dicent ad te, an cognoscere non cognoscemus, quia omnis vter implebitur vino?

13 Et dices ad eos, sic dixit IHVH, Ecce ego adimplens omnes habitantes terræ istius, & reges sedentes Davidi super solum eius, & sacerdotes, & prophetas, & omnes habitantes Ierusalem ebrietate.

14 Et ^o dispergam eos, virum ad fratrem suum, & patres & filios ^p vnité, Fidelis-sermo IHVH: non commiseratione-mouebor, & non conuiebo, & non inuiscerabo, de funditus-perdere eos.

15 Audite & auscultate, non excelsiteritis; quia IHVH loquutus-fuit.

16 Date IHVH ELOHIM vestro ^ggrauitatem, in antequam obtenebrescere-faciet, & in antequam consternare-faciet pedes vestri super montes ^r crepusculi: & expectabitis luci, & ponet eam ^s umbræ mortis ponet ^t caligini.

17 Et si non audietis eam, in absconditis lacrymabitur anima mea, de faciebus superbia: & lacrymarum lacrymabitur, & ^u descendit ^x oculus meus lacrymam; quia captiuus abductus-fuit grex IHVH.

18 Dic regi, & ^y præualidæ; Humiliate, sedete: quia descendit de capitibus vestris corona decoris vestri.

19 Vrbes meridiei clausæ-fuerunt, & non aperiens: deuoluta-fuit Iehudah ^z omne eius, deuoluta-fuit paces.

20 Leuate oculos vestros, & videte venientes de septentrione; vbinam grex datus-fuit tibi, ^a ouis decoris tui? 21 Quid dices ^b quia visitabit super te, & tu docuisti eos super te ^c ductores ^d capiti: an non funes apprehendent te sicut viræ ^e partus?

22 Et ^f quia dices in corde tuo, quid ^g cognitionis vocauerunt me ista? in multitudine ^h prauitatis tuæ deuolutæ-fuerunt fimbriæ tuæ, violentati-fuerunt calcanei tui.

23 An vertet Æthiops ⁱ pellem suam & pardus liuores suos? etiam vos poteritis ad benefacere, docti malefacere.

24 Et dispersi eos sicut quisquiliam transeuntem ^k spiritui deserti.

^m datus. in populum

ⁿ lagena, hydria: vide in 1 Samuel. 1. v. 24.

^o collisos, confractos in frustra-dispergam ^p pariter, vnâ, simul

^g gloriam, honorem, splendorem, maiestatem

^r crepusculi vesperitiæ. vel inter pestæ-noctis

^s in umbram ^t in caliginem ^u descendens re-faciet, effundet ^x ex oculo meo lacryma ^y angustiarum vide 1. Reg. 11. 19.

^z tota ipsa

^a pecus ^b quom ^c vide in Psalm. 54. 14:

^d in capite parturitionis, vel parturientis ^e quom ^f causæ ^g curatatis, distortionis, peruersitatis ^h corium, cutem

^k ad ventum

25 Hæc fors tua, parsque mensura tua à me, dicit Dominus, quia oblita es mei, & confisa es in mendacio.

26 unde & ego nudavi femora tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua,

27 adulteria tua, & hinnitus tuus, scelus fornicationis tue: super colles in agro vidi abominationes tuas. Va tibi Ierusalem, non mundaberis post me: vsquequò adhuc?

25 Ista fors tua, ¹ portio ^m mensurarum tuarum de ad me, Fidelis - sermo IHVH: quæ oblita fuisti ad me, & confidisti in falsitate.


26 Et etiam ego nudavi fimbrias tuas super facies tuas, & videbitur ⁿ leuipensio tua.

27 ^o Subagitationes tuæ, & hinnitustui; ^p nefaria-cogitatio ^q meretricationis tuæ super colles, in agro vidi abominationes tuas: O tibi Ierusalaim non mundaberis post quando adhuc?

^l pars, distri-
bucio, di-
numeratio
^m dimen-
sionum

ⁿ vilipen-
sio, leuitas,
vilitas.

^o adulteria
tua
^p scelus
^q contra-
tionis



COMMENTARIA.

VERS. I.



ÆC DICIT DOMINVS AD ME.] Hebr. Sic dixit IHVH ad me Alij: sic ait Iehoua mihi Huius, inquit, concionis exitium similiter Iudæis denuntiantis, summæ partes sunt tres; prima est propositio iudicij, vsque ad vers. 15 secunda est, hortatio ad omnes ordines, vt auscultent Deo, vsque ad vers. 21. tertia est, confirmatio iudicij propositi per contestationem, ad finem vsque. Propositionis autem membra sunt duo: vnum est typus cum suo exegemate, vndecim primis versibus: secundum est, allegoria consimiliter explicata, vers. 12. & duobus sequentibus.

VADE ET POSSEDE TIBI LUMBARE LINEVM.] Alij: 1. I- & compara tibi balteum lumbarem lineum. 2. Abi vt compares tibi cingulum lineum In hoc typo repræsentat propheta Deum, cingulum verò populum, quem sibi arctè adiunxit Deus, vt exponitur vers. 9. & sequentibus.

ET PONES ILLVD SVPER LUMBOS TVOS.] Alij: 1. & imponas illud lumbis tuis. 2. & accommoda eum lumbis tuis.

ET IN AQVAM NON INFERES ILLVD.] Quidam: sed in aquam ne mergito eum: quæ scilicet purgandi vim habeat, id est, in lixiuium, quati dicat, sine balteum siue cingulum colligere fordes, ne abluas illud lixiuio, vt facilius corrumpatur & pereat. Omnes egent gloria Dei, nam vt lineum cingulum si deseratur, facile sordibus computrescit, sic nos à Deo seiuncti illico perimus. Alij: in aquam ne infero ipsum, id est, hoc cingulum tibi semper adhareto, & ab omni humore, qui ipsum corrupturus esset, conseruato: typus curæ & beneficiorum Dei erga populum. Nonnulli exponunt: compara tibi cingulum, seu fasciam ex lino crudo, incurato, quod non sit aqua maceratum & ad solem exsiccatum, vt solent curari telæ lineæ, quod non probo.

VERS. 4.

TOLLE LUMBARE QVOD POSSEDISTI, &c.] Alij: Accipe istud cingulum, quod possedisti seu comparauisti, &c. Hic iam propheta typus esse populi ex parte incipit, vt osten-

dat, facto Iudæorum accidisse vt corrumperentur ipsi, qui ad Euphratem profecti sunt, vt Assyriorum copias sibi adiungerent, prout exprobatu infra vers. 21.

ET SVRGENS VADE AD EUPHRATEM.] Quidam volunt totam hanc narrationem de cingulo ad Euphratem occultato, & computrescente, in visione tantum imaginaria, vel intellectuali: Alij, verè, & re ipsa contigitisse; quod nos verisimilius existimamus: adito Explanatores qui fuscè ista dissertant.

IN FORAMINE PETRÆ.] *p* *p* *p* nekik, in foramine, cavitute, loco cano, caeuerna, specu, antro, fissura. Alij, in dente, scopulo, proiectura, petra rupis, saxi, silicis, vide in Ilaix. 7. v. 19. Notant, esse typum Iudæorum existimantium se in in umbra Assyriorum secure delitescere. Nonnulli quod voci, petra Heb. præfigatur articulus siue He notificationis, volunt loqui de petrâ quadam insigni & nota. Sed nihil necesse.

POST DIES PLVRIMOS.] Heb. sine dierum **VERS. 6.**
multorum. Quidam: exactis diebus multis.

ET ECCE COMPVTRVERAT, &c.] Alij ex **VERS. 7.**
Heb. 1. & ecce corruptum erat cingulum, non erat aptum ad rem vllam, vt Iudæi corrupti fuerant Assyriorum contagio. 2. Reg. 16. & se corrumpeudos ac petdendos exhibuerant iudicio Dei, vers. 9. 3. Forsterus: & ecce perditum fuit succinctorium, vt nihil prodesset cuiquam vel non profuit vlli Potes reddere; non perrupit, successu, bene cessit; prospere fuit vlli rei sic infra vers. 10.

HÆC DICIT DOMINVS, SIC PVTRESCERE **VERS. 9.**
FACIAM, &c.] Alij: sic ait Iehoua; Ita corrumptam fastum Iehuda, & fastum Ieruschalaimorum maximum, siue & ingentem istam superbiam Ierusalaim.

POPVLVM ISTVM PESSIMVM.] Alij in **VERS. 10.**
genitiuo, populi istius pessimi nimiram fastum & superbiam è superiore versu.

IN PRAVITATE CORDIS SVI.] Alij 1. in praua libidine cordis sui. 2. ex sententia animi sui vide supra cap. 7. v. 24.

SICVT ENIM ADHÆRET LUMBARE, &c.] **VERS. 11.**
Alij dilucidius hunc versum ex Heb. traducunt: Nam quemadmodum adhæret cingulum lumbis

lumbis viri, ita feceram ut adhereret mihi tota domus Iſraelis, & tota domus Iehuda, dictum Iehoua, ut eſſet mihi populus, & ad laudem, & ad ornatum: ſed non auſcultarunt.

VERS. 12. DICES ERGO AD EOS SERMONEM ISTVM.] Alij: *Quapropter dices eis verbum hoc. ſecunda pars propoſitionis, allegoria, vt dictum eſt in verſ. 1.*

OMNIS LAGVNCVLA IMPLEBITVR VINO.] Alij: *omnis vter implendus eſt vino, id eſt, lagena figulina, per catachreſin, vt Iſaiæ 30. v. 14. Allegoria vtris ſeu lagenæ, ſequenti verſu explicatur.*

NUMQVID IGNORAMVS QVOD OMNIS LAGVNCVLA IMPLEBITVR VINO?] Heb. *An noſcendo non nouimus, vel ſciendo non ſcimus quod omnis lagena implebitur vino? id eſt, an non certo certo ſcimus, quod omnibus eſt notiſſimum lagenas in eiufmodi vſum comparari vt vino impleantur? ipſi putabant prophetam loqui de lagena fictili & materiali, cum potius intelligat vnumquemque illorum lagenæ nomine allegoricè adumbratum.*

VERS. 13. QUI SEDENT DE STIRPE DAVIDIS SVPER SOLIVM EIVS.] Heb. *ſedentes ipſi Dauidi ſuper ſolum eius* Alij: 1. *Qui ſedent pro Dauid ſuper folio eius.* 2. *Qui inſident Dauidi ſuccedentes in folio illius.*

EBRIETATE.] id eſt, cæcitate, & ſtupore mentis, errore, vt ſint ad omnes probas actiones proſus inepti. Alij, *ebrietate, id eſt, vehementiſſimis calamitatibus, & afflictionibus, quarum copia & vi, ita acies animi eorum hebetabitur, & obrundetur, ipſique adeo toti obruentur, vt non amplius ſciant quò ſe vertant, quam ebrij ſepulcri vino. Sic Iſaiæ. 51. v. 17 & ſequentibus.*

VERS. 14. ET DISPERGAM EOS VIRVM A FRATRE SVO.] Alij: 1. *Et collidam eos quemque ad proximum ſuum.* 2. *Et collidam eos alterum ad alterum.* 3. *Et diſſipabo eos vnun cum altero.*

NON PARCAM.] *חמול echmol, non commiſeratione mouebo, non ſtar-clementia.*

ET NON CONCEDAM.] Rectè, *חמול, achus, non comminebo, non annuam, parcam, indulgebo.*

NEQVE MISEREBOR, VT NON DISPERDAM EOS.] Alij: *neque miſerebor, quin, vel quo minus, perdam, deſtruan, corrumpam eos.* Hebr. ex verbo: *& non inuiſcerabo eos, vel & non viſceribus miſericordiæ proſequar, & complectar eos, aut non inuiſcerabo eos, id eſt, non in viſcera mea recondam, includam, vel non euſcerabo eos. id eſt, non effundam in eos viſcera miſericordiæ meæ: hæc enim eſt viſ verbi *רַחַם racham.**

VERS. 15. AVDITE, ET AVRIBVS PERCIPITE.] Hebr. *& auriculate, ſiue præbete, adhibete aures, auſcultate.*

NOLITE ELEVARI, QVIA DOMINVS LOQVVTVS EST.] Alij: *& ne eleuimini, ſiue ne exaltetis, aut excelſos-faciatis vos, ne ſuperbiatis, nam Iehoua loquitur.* Secunda pars concionis, vt dictum eſt in verſ. 1. hortatio ad humilitatem, fidem, & pœnitentiam, vt anteuertatur ſeueriſſimum iudicium illud Dei; qua primum populares admonentur, tri-

bus verſibus: deinde rex, reginaque, tribus alteris.

DATE DOMINO DEO VESTRO GLORIAM.] Alij: *Cedite Iehoua Deo veſtro gloriam.* Conſitendo ſcilicet peccata veſtra, & ex animo reſipiendo, & monitis eius obtemperando. Sic Iofue 7. v. 19.

ANTEQVAM CONTENEBRASCAT.] Ex Hebr. alij: 1. *priuſquam tenebris-obducatur.* Solem ſcilicet, aut lucem proſperitatis veſtri. 2. *quum nondum tenebras effecerit.* id eſt, antequam teterrimas illas calamitates importet: quæ cum tenebris ferè in Scriptura comparantur; vt contra cum luce proſperitas.

ET ANTEQVAM OFFENDANT PEDES VESTRI AD MONTES CALIGINOSOS.] Alij ex Hebr. 1. *& priuſquam pedes veſtri impingant ad montes crepuſculi, ſeu noctis, aut caliginis.* id eſt, qui præ caligine conſpicui vobis non erunt. Fugam nocturnam per montes auios indicat. 2. *& quum nondum offenduntur pedes veſtri in montibus intempeſta noctis.* ſeu in montibus caciõribus intempeſta nocte. Hyperbole ingentium tenebrarum, hoc eſt, grauiffimarum calamitatum. Forma Hithpael ſenſum auget; *antequam vehementiſſimè offendamur, & cadantur pedes veſtri.*

EXPECTABITIS LUCEM, &c.] Alij: 1. *& expectetis lucem, & vertat in mortales umbras, & ponat in caliginem.* 2. *quum expectantibus vobis lucem, diſpoſuerit eam in umbram lethalem, redegerit in caliginem.* De umbra mortis vide in Iob I. v. 5.

QVOD SI HOC NON AVDIERITIS, &c.] VERS. 17. Alij hunc verſum ex Hebr. transferunt: *Quod ſi non auſcultabitis hoc, in latebris ſtebit anima mea propter ſuperbiam, & lacrymando lacrymabitur, ſeu & valde lacrymabitur; deſcendent, inquam, ex oculo meo lacryma, quia captiuus abducendus eſt grex Iehoua.* Modetiſſima, explicatio infelicitatis immorigeris & inobſequentibus euentura. quaſi dicat, vos omnino peribitis, & ego lugebo caſum veſtrum propter peccata veſtra.

ET DEDVCET OCVLVS MEVS LACRYMAM.] Hebr. *& deſcendet oculus meus lacrymam.* Notat Forſterus: Quando verbum *ירד yarad, deſcendit,* regit poſt ſe *דמ דמ ghajin, oculum,* tum ſumitur actiuè, *deſcendere-fecit, effudit.* vide in Pfalm. 118. v. 136. & ſupra cap. 9. verſ. 18. Sic infra cap. 14. v. 17.

DIC REGI, ET DOMINATRICI.] Hebr. VERS. 18. *& dominae, heræ, heroine, anguſta.* Altera pars hortationis, vt dictum eſt in verſ. 15. Plerique hunc regem & reginam Iehojachinum, & matrem eius Nechuſtham accipiunt, è 2. Regum 24. verſ. 8. 12. & 15. & infra cap. 22. verſ. 26. & cap. 29. verſ. 2. alij Zidkijam & vxorem eius malunt; quibus magis quæ hîc ſubiiciuntur, conuenire videntur.

HVMILIAMINI, SEDETE.] Alij: 1. *De-mitte, vel deprimite folium veſtrum, vel faſtum regium & ſuperbiam, & ſedete, humi, vel in puluere, aut cinere more lugentium.* 2. *Submiſſe vos gerite, ſedete.* 3. *Abiectiſſimè conſidete.*

QVONIAM DESCENDIT DE CAPITE VESTRO CORONA GLORIÆ VESTRÆ.] pro,

pro, de capite vestro. Hebr. est, מראשותיכם *maraschothechem*; plerique vnicam dictionem faciunt cum affixo, & exponunt: quia descendit capitalia vestra, corona decoris vestri. Hebraicè est duplex discordia, altera numeri, verbum singulare, cum supposito plurali; altera, generis, nam verbum est masculineum, & tria sequentia nomina, fœminea. Dissensus numeri ita ferè conciliatur, descendit multitudo capitalium, vel distributiue, descendit capitalia; id est, capitale regis, & capitale reginæ. Discordia generis, in hunc modum, descendit multitudo capitalium, nam רוב *rob* est masculineum, vel respectum ad singulare fictum מראש *marasch*, masculineum, id est, capitale. aut vsus est verbo masculineo vt indicaret virile ac præcipuum robur regni esse in rege potius quam in regina. Sed locum variè reddunt: 1. Forsterus: quia decidit capitalia vestra, corona magnificentia vestra. Capitalia dicuntur ornamenta capitis, quæ instar cervicalium circumdant, & exornant caput, quæ sunt insignia dignitatis reginæ, quasi dicat, cecidit tota vestra dignitas regia. Sanctes in Lexico, ex Kimchi exponit: quoniam descendit magnitudines vestra, pro magnitudo vestra. id est, magnificentia regia. 2. Vatablus: quia descendit, vel descenderunt principalitates vestras, id est, principatus vestri, corona gloria vestra. 3. Leo Iudæ: quia descendit ornamentum capitis vestri, corona magnificentia vestra. 4. Tremellius & Iunius: nam descensurus est principatus viriusque vestrum, corona ornatus vestri. Alij duas dictiones faciunt מראשותיכם *meraschothechem*, & Mem, volunt esse præpositionem, redduntque: quia descendit de capitibus vestris corona decoris, seu ornatus vestri. & vsus est verbo masculineo cum supposito fœmineo, vel vt magis coronam regis intelligeret, vel vt validam ac vehementem descensionem seu casum exprimeret. quod nobis magis probatur.

VERS. 19. CIVITATES AVSTRÏ CLAVSÆ SVNT, &c.] Quidam exponunt, civitates Iehudæ, quæ ad austrum est respectu ferè aliarum tribuum, vel etiam Babylonæ, claudentur, ac desertæ habitatoribus erunt. Alij: Civitates australes occludentur. id est, oppida Egypti, in quæ vos effugituros confiditis, non recipient vos, sed occlusa permanebunt Chaldæorum metu.

TRANSLATA EST OMNIS IŪDA TRANSMIGRATIONE PERFECTA.] Alij ex Hebr. 1. translata est Iehudah tota ipsa, translata est omnino. 2. emigravit, seu emigrare facta est Iehudah tota ipsa, emigravit in perfectionibus. id est, perfectè, abiit in captivitatem cum vniuersis suis, siue vniuersaliter, totaliter, aut tota profus. 3. migrare facta est Iehudah tota, translata est perfectiones, seu integritates. id est, integrè, in totum, perfectè. Nam idem repetitur. 4. vniuersus Iuda captivus abductus est, in vniuersum abductus est. 5. Tremellius, Iunius, Buxtorfius: deportabitur Iehuda tota, deportabitur civitas pacatorum. siue civitas pacium, hoc est, pacatissima. id est, Ierusalem, in qua pace perpetua & prosperitate vsuri vobis videmini: est autem allusio

Maluenda, In libr. Isaia:

ad nomen Ieruschalaimorum!

LEVATE OCVLOS VESTROS, ET VIDETE QVI VENITIS AB AQVILONÆ.] Alij ex Hebr. Sustollite oculos vestros, & respicite istos Chaldæos, venientes ab Aquilone. vt cap. i. v. 14. Hypotyposis emphatica.

VBI EST GREX QVI DATVS EST TIBI? Quidam: vbi est grex ille, qui traditus fuerat tibi? videlicet, populus Iehudæ, vt supra vers. 17. cui tu pastor datus es. Alloquitur regem.

PECVS INCLYTVM TVVM.] Hebr. ouis, seu oues, aut pecudes, decoris, ornatus tui, seu gloria, aut magnificentia tua? nam in multitudine populi est decor regis, Prouerb. 14. vers. 28. Ita hunc locum de rege accipiunt Tremellius & Iunius: sed reclamant affixæ, quæ in omnibus codicibus sunt fœminea: vnde aptius ad Iehudam videntur referenda. qui datus est tibi, ô Iehudah. pecus gloria tua. id est, quo tu Iehudah gloriabaris, vel qui tibi erat decori & ornamento.

QVID DICES QVVM VISITAVERIT TE? Alij: Quid dictura ei, quum animaduertet in te. Vltima pars concionis contestatio, vt dictum est in vers. 1. confirmans iudicia modo denunciata, primùm ab explicatione causatum, tribus versibus: deinde sententiæ dictione, quatuor vltimis. Sunt autem causæ tres, infidelium confociatio, & honor atque imperium illis attributum, hoc versu; maleficiorum ab illis haustorum perpetratio, versu sequente; & obfirmatus atque impœnitens animus, vers. 13.

TV ENIM DOCVISTI EOS ADVERSVM TE, ET ERVDISTI IN CAPVT TVVM.] Alij: ex Heb. 1. Et tu quidem docuisti eos, vel assuescisti illos, vt contra te duces & capita essent. Quidam hoc de rege Achaz accipiunt, qui peti auxilium ab Assyriis, 2. Reg. 16. vers. 7. & sequentibus. Rectius, inquitur, de Ezechia intelligitur, qui ostentatis suis thesauris docuit Chaldæos rationem, & viam, qua Iudæis deustandis duces essent ac principes. 2. Nam tu docuisti istos supra te, duces, in capite esse. aduocante videlicet Achazo, 2. Reg. 16. v. 7. id est, docuisti Assyrios vt tibi confociarentur, & eos vt superiores venereris, & tibi dominarentur. Et hanc expositionem potius probamus.

ET ERVDISTI IN CAPVT TVVM.] Heb. principes, duces, ductores, in caput. hoc est; principes summos; primarios; quasi capitales. vt dicitur, sacerdos caput, 2. Paralip. 31. vers. 20. vel, vt tibi in caput essent, hoc est, vt præessent ac dominarentur tibi. vel, in caput tuum, contra te vitamque tuam.

DOLORES.] חבלים *chabalim*, funes, vulgo chables, tormina, grauissimi cruciatus: vide in Isaia 13. v. 8.

QVOD SI DLXERIS IN CORDE TVO &c.] Alij: Quod si dicas cum animo tuo, Cur obuertunt mihi ista? propter amplitudinem iniquitatis tuae, reteguntur sinitria tua, violenter auferentur vestigia tua, seu soles tua, metonymicè. id est, in captiuitatem traheris miserimè: nam hoc significant hæc loquutiones duæ per synecdochen: vt Isaia 20.

REVELATA SVNT VERECYNDIORA TVA.] Heb. *reuelata sunt, detecta sunt simbria tua.* id est, extrema vestium tuarum, quod pudendum esse solet. Alij: *Vestes tua occultiores,* hoc est, denudata sunt pudenda tua, quod per ludibrium & expoliationem deportatis & captiuis contingere solet. Hispanicè, *tus baldas.* sic infra vers. 26.

POLLVTÆ SVNT PLANTÆ TVÆ.] Heb. *violenti sunt calces,* seu *calcanei tui.* Alij 2. *violenter direpti, abrepti sunt calces tui,* seu *vestigia tua.* metonymia, id est, calcei, soleæ ex tam longo itinere deportationis. 2. *violati sunt calcanei tui.* id est, *lesi, vi afflicti, sauciati.* labore itineris. 3. *non tam rectè, discooperta sunt planta tua, pedes tui.* id est, pudenda tua. Bis idem dicit.

VERS. 23.

SI MUTARE POTEST ÆTHIOPS &c.] Alij: 1. *Num mutabit Æthiops cutem suam, & pardus maculas suas? etiam vos, vel num etiam vos, qui malo assueti estis, poteritis benefacere?* quasi dicat, Non. 2. *contratio sensu; An mutare potest Æthiops cutem suam, aut pardus liuentes maculas suas? etiam vos possitis benefacere, edocti malefacere.* quasi dicat, etiamsi Æthiops nigrorem suum, aut pardus liuentes maculas suas mutare non possint: sed vos quamuis assueti malefacere, possitis quidem benefacere, si velletis; non ramen vultis: *ideo dispergam vos &c.* De pantheris & pardis Plinius lib. 8. cap. 17. (*Panthera & tigris macularum varietate propè sola bestiarum spectantur: ceteris vnus ac suis cuiusque generis color est: Pantheris in candido breues macularum oculi. Sunt, qui tradunt in armo iis similem luna esse maculam, crescentem in orbem, & canantem pari modo cornua. Nunc varias, & paruos, qui mares sunt appellant in eo omni genere, creberimo in Africa, Syriacæ. Quidam ab iis pantheras candore solo discernunt: nec adhuc aliam differentiam inueni. Senatusconsultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam aduehere.*) Vide Canticor. 4. v. 8.

VERS. 24.

ET DISSEMINABO EOS QVASI STIPULAM &c.] Alij hunc versum reddunt: 1. *Itaque ego dissipabo eos quemadmodum stipula transit ad ventum deserti.* 2. *Ideo dispergam eos velut stipulam.* Sententiæ dictio, vt annotauimus in vers. 21. *pratercuntem.* id est, leuissimam, quæ non potest loco vno consistere,

sed minimo momento venti huc illuc impellitur, Psalm. 1. v. 5. *ad ventum deserti.* id est, plenissimè, & sine impedimento perflantem, vt supra cap. 4. v. 11.

HÆC SORS TVA, &c.] Alij versum reddunt: *Hæc sors tua, portio mensurarum tuarum, seu portio demensa tibi à me, dictum Iehouæ; quæ oblita es mei, & fiduciam habes in falso.* id est, me negligens retexisti & prostituisti te falsis diis, vt antithesis pœnæ, sequente versu demonstrat.

VERS. 25.

VNDE ET EGO NVDAMI FEMORA TVA &c.] Alij hunc versum ex Heb. conuertunt: 1. *Et ego simbrias tuas nudabo super faciem tuam,* id est, altè, vt appareat ignominia tua. 2. *Nam etiam ego denudaturus sum te simbriis tuis obductis faciei tuæ, vt videatur ignominia tua.* videlicet, quemadmodum oblita es mei, & fiduciam in aliis collocans denudauisti & prostituisti te aliis; sic etiam ego denudabo te, & simbrias tuas altè reducam super faciem tuam, vt euidentius ostentes pudenda tua, quod castæ matronæ ignominiosissimum est genus pœnæ.

VERS. 26.

SCELVS FORNICATIONIS TVÆ.] Alij: 1. *infandum scelus scortationis tuæ.* 2. *scelestissima scortatio tua.* spiritualis, id est, idololatria.

VERS. 27.


SVPER COLLES IN AGRO VIDI ABOMINATIONES TVAS.] Alij: 1. *super colles, & in campo, vidi sceditates tuas.* id est, vbi que locorum. 2. *supra colles fuerunt in agro, vidi abominationes tuas.*

NON MUNDABERIS POST ME: VSQVE QVO ADHVC.] Heb. *Non mundaberis; post quando adhuc?* id est, vsquequo tandem, vel quousque tandem non mundaberis? hoc est, quandiu differes respiscere. Quidam distinguunt, *non mundaberis tandem?* aut *post quando adhuc?* subaudi, mundaberis? quasi dicat, cur non das operam vt munda sis? aut si facias, quando tandem id erit? quasi dicat, non prius id fiet, quam abducta fueris in captiuitatem. Alij: *Num mundabis te? post quantum adhuc temporis?* quasi dicat, quod spatium amplius tibi concedi velles vt respisceres à maleficiis tuis, cum sis peruicacissima? frustra prorogaretur tempus. Emphatica contestatio.

CAPVT XIV.

Siccitas magna in terra Iuda propter peccata populi, & orans propheta pro eius liberatione & misericordia, prohibetur à Domino pro ipsis orare: nec suscipit Deus eorum ieiunia & victimas: propheta etiam illis securitatem promittentes vnà cum ipsis peribunt: luget Ieremias mortuos gladio & fame, populique peccata confitens orat pro misericordia.

Vulg.

1  *Vod factum est verbum Domini ad Ieremiam de sermonibus siccitatis.*

2 *Luxit Iudæa, & porta eius corruerunt, & obscuratae sunt in terra, & clamor Ierusalem ascendit.*

3 *Maiores miserunt minores suos ad aquam: venerunt ad hauriendum, non inuenerunt aquam, reportauerunt vasa sua vacua: confusi sunt & afflicti, & operuerunt capita sua.*

4 *Propter terra vastitatem, quia non venit pluuia in terram, confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua.*

5 *Nam & cerua in agro peperit, & reliquit: quia non erat herba.*

6 *Et onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba.*


7 *Si iniquitates nostræ responderint nobis: Domine fac propter nomen tuum, quoniam multa sunt auersiones nostræ, tibi peccauimus.*

8 *Expectatio Israël, saluator eius in tempore tribulationis: quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum?*

9 *Quare futurus es velut vir vagus, ut fortis qui non potest saluare: tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos.*

10 *Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes suos, & non quieuit, & Domino non placuit: Nunc recordabitur iniquitatum eorum, & visitabit peccata eorum.*

Malu.

1  *Vod fuit verbum IHVH ad Iirmejahu super verbis cohibitionum.*

2 *Luxit Iehudah, & portæ eius excisæ-fuerunt, obscuratæ fuerunt^a terræ: & vociferatio Ierusalem ascendit.*

3 *Et præamplissimi eorum miserunt minores suos^b aquis: venerunt super^c fossas, non inuenerunt aquas, reuersi-fuerunt, vasa eorum vacuitas; pudefacti-fuerunt, & ignominia-afficient, & operient caput suum.*

4 *In transitione humi consternatæ, quia non fuit^d nimbus in terra; pudefacti-fuerunt^e agricolæ, operuerunt caput suum.*

5 *Quia etiam cerua in agro peperit, & f derelinquere: quia non fuit progerminatio.*

6 *Et g onagri steterunt super prominentias; hauserunt spiritum sicut^h draco: consummati-fuerunt oculi eorum, quia non herba.*

7 *Siⁱ prauitates nostræ responderunt in nobis; IHVH fac^k correspondentiæ nominis tui: quia multiplicatæ fuerunt reuersiones nostræ, tibi errauimus.*

8 *Expectatio Israelis, saluans eius, in tempore coangustationis, ad quid eris sicut^l tractus in terra, & sicut itinertans extendit ad pernoctare?*

9 *Ad quid eris sicut vir obmutefactus? sicut^m præualidus non poterit ad saluare: & tu inⁿ intimo nostro, IHVH, & nomen tuum super nos vocatum-fuit, non depones nos.*

10 *Sic dixit IHVH populo isti: Sic amauerunt ad mouere; pedes suos non prohibuerunt: & IHVH non acceptabit eos; nunc recordabitur^o prauitatem eorum, p & visitauit peccata eorum.*

a datus. ad terram

*b datus. ad aquas
c vide 2. Reg. 3. 16.*

*d vide Gen. 12.
e aratorca*

*f derelinquet. vel derelinquere-cogetur
g feræ
h dracones;
i curuitates, distortiones, peruersitates;
k datus. ad correspondentiam*

l ut c. 7. 6.

*m præpotēs; heros, gigas
n interioris; intranco*

o ut v. 7.

p ut visitas

Sup. 7. c. 10. 11 Et dixit Dominus ad me: Noli orare pro populo isto in bonum.

12 Cum ieiunauerint, non exaudiam preces eorum: & si obtulerint holocausta, & victimas, non suscipiam ea: quoniam gladio, & fame, & peste consumam eos.

I. fr. 23. d. 17.

13 Et dixi, A a a, Domine Deus: Propheta dicunt eis: Non videbitis gladium, & fames non erit in vobis. sed pacem veram dabit vobis in loco isto.

14 Et dixit Dominus ad me: Falsò Propheta vaticinantur in nomine meo: non misi eos, & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos: visionem mendacem, & diuinationem, & fraudulentiam, & seductionem cordis sui prophetant vobis.

15 Idcirco hæc dicit Dominus de prophetis, qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes: Gladius & fames non erit in terra hac: in gladio & fame consumentur propheta illi.

16 Et populi, quibus prophetant, erunt proiecti in viis Ierusalem pro fame & gladio, & non erit qui sepeliat eos: ipsi & uxores eorum, filij & filia eorum, & effundam super eos malum suum.

Thre. 7. f. 16. & 2. l. 18.

17 Et dices ad eos verbum illud: Deducant oculi mei lachrymam per noctem & diem, & non taceant, quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei, plaga pessima vehementer.

18 Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio: & si introiero in civitatem, ecce attenuati fame. Propheta quoque & sacerdos abierunt in terram, quam ignorabant.

19 Numquid proiciens abietisti Iudam? aut Sion abominata est anima tua? quare ergo percussisti nos, ita ut nulla sit sanitas? expectauimus pacem, & non est bonum, & tempus curationis, & ecce turbatio.

Sup. 8. c. 15.

20 Cognouimus Domine impietates nostras, iniquitates patrum nostrorum, quia peccauimus tibi.

21 Ne des nos opprobrium propter nomen tuum, neque facias nobis contumeliam: solij gloriæ tuæ recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiscum.

11 Et dixit IHVH, ad me: Non interpellare-te-facies in vsque-ad populum istum, bonitati,

12 9 Quia ieiunabunt, non ego audiens ad gratulatoriam-acclamacionem eorum; & quia ascendere-facient ascensionem, & minchah, non ego acceptans: quia in gladio & in fame, & in peste ego consumens eos.

13 Et dixi, Ahah ADONAI IHVH, ecce propheta dicentes eis, Non videbitis gladium, & fames non erit vobis: quia pacem fidei dabo vobis in loco isto.

14 Et dixit IHVH ad me, Falsitatem propheta prophetantes in nomine meo; non misi eos, & non præcepi eos, & non loquutus-fui ad eos: præuisionem falsitatis, & diuinationem, & extremam nihilitatem, & fallaciam cordis eorum ij prophetare-fese-facientes x eis.

15 Ad sic, sic dixit IHVH super prophetis prophetantibus in nomine meo, & ego non misi eos, & ij dicentes, Gladius, & fames non erit in terra ista. In gladio & in fame y consummentur prophetae ipsi.

16 Et populus, quibus ij prophetantes eis, erunt deiecti in z vicis, fornicis plateis Ierusalem de faciebus famis & gladij, & non sepeliens eis; ij, mulieres eorum, & filij eorum, & filia eorum: & effundam super eos malitiam eorum.

17 Et dices ad eos verbum istud; Descendent oculi mei lacrymam, nocte & a die, & non b filebunt: quia contractione grandi contracta-fuit virgo filia populi mei, percussione dolorosa valde.

18 Si exiui agrum, & ecce c violatos gladij; & si veni urbem, & ecce d x-gritudines famis: quia etiam propheta, etiam sacerdos circumgyrauerunt ad terram, & non cognouerunt.

19 An fastidire fastidiuisti Iehudah, si in Tziione abominata-fuit anima tua; quid e cognitionis percussisti nos, & non nobis f sanatio? expectare paci, & non bonum; & tempori sanationis, & ecce g terror.


20 Cognouimus IHVH, improbitatem nostram, h prauitatem patrum nostrorum: quia errauimus tibi.

21 Non incesse i correspondentia nominis tui, non defluere-facies solium grauitatis tuæ; recordare, non k labefactabis fœdus tuum ad nos.

22 Numquid sunt in sculptilibus Gen-
tium, qui pluant? aut celi possunt dare
imbres? nonne tu es Dominus Deus noster,
quem expectauimus: tu enim fecisti om-
nia hæc.

22 An existentia in vanitatibus gen-
tium, nimbificantes? & si celi dabunt
imbres—tenues? an non tu ipse IHVH
ELOHIM noster? & expectauimus tibi,
quia tu fecisti omnia ista.

1 sunt
m vide
Denteron.
32 2.



COMMENTARIA.

VERS. 1.



VOD FACTVM EST VER-
BUM DOMINI, &c.] Alij:
Verbum Iehoua, quod fuit ad
Iirmejam, Huius, inquit,
concionis, duobus capiti-
bus inclusæ argumentum
totum ab ipsa inscriptione,
quæ habetur vers. 1. facile cognosci potest:
nam tota est dialogistica, continens ex par-
te deprecationes & prophetæ, & piorum
omnium, partimque denuntiationes, &
responsa Dei. Sunt itaque huius concionis
(si epigraphen siue inscriptionem exceperis)
partes sex: prima est, prophetica propo-
sitiõ euenturæ famis, vsque ad vers. 7. Se-
cunda est, deprecatio Ecclesiæ, vers. 7. 8.
& 9. cui respondet Deus, ac prophetæ no-
minatim, sibi decretum esse irreuocabile,
cum de immittenda fame, tum de aliis om-
nibus calamitatibus, vers. 10. & duobus se-
quentibus: tertia est, deprecatio transferens
crimen in prophetas, ad populum excusan-
dum, vers. 13; cui respondet Deus, ipsos
æquè perituros, & luctum indici prophetæ
ad significandum populo decretum Dei, in-
de ad vers. 19. quarta est, deprecatio simili-
ter confitens peccata publica, & misericor-
diam implorans, ad finem vsque Capitis; cui
respondet Deus per confirmationem & am-
plificationem decreti sui, primis nouem ver-
sibus Capitis 15. quinta est, lugubris expo-
stulatio prophetæ, qui maximam peccantium
contradictionem expertus conqueritur de
difficultatibus administrationis suæ, vers. 10.
& eum confirmat Deus, quatuor sequenti-
bus versibus: vltima est, oratio prophetæ,
pro salute sua, omisso populo, vers. 15. &
tribus sequentibus, cui omnia spondet Do-
minus, tribus versibus vltimis. Emplocen au-
tem verborum, quam inscriptio Heb. habet,
mutauimus ad euidentiam.

DE SERMONIBVS SICCATIS.] Variè
alij ex Heb. 1. super verba, prohibitionum.
2. de rebus retentionem. 3. de negotio prohibiti-
onum. 4. super rebus prohibitionum. id est, pro-
hibitarum, retentorum, cohibitarum pluuiar-
um, imbrum, metonymia. causa pro effectu.
Retentionem aquarum sequitur sterilitas;
sterilitatem, annonæ caritas, & fames: præ-
dicat hîc Ieremias insignem famem & anno-
næ penuriam futurâ. Forsterus exponit: de
rebus caritatum: id est, magnæ caritatis, nam
pluralis numerus significatum auget. בצורה
batzoreth, inquit, vel בצרה batzarab, cuius
hic plurale ponitur, caritas annonæ, pecunia,
egestas, carentia omnium frugum, & omnis ali-

monia, qua omnia ad vitam necessaria corrupta,
& adempta sunt. Possis exponere: de rebus
retentorum, & cohibitorum fructuum. Tremel-
lius & Iunius: super verbis cohibitionum. id est,
deprecationibus quas propheta & boni fun-
debant coram Deo, vt amolirentur iudicia
Dei publicè denuntiata.

LVXIT IYDA.] Alij: Lugebit, deserta, de-
solata, horrida erit Iehuda. Prima pars concio-
nis, denuntiatio famis vehementissimæ: quam
denuntiationem factam esse temporibus Ioschi-
jæ, vt præcedentes conciones omnes
minime dubitant. Nam integrum huius con-
cionis argumentum refertur in illud Ioschi-
jæ tempus, 2. Reg. 23. vers. 26. & sequen-
tibus,

ET PORTÆ EIVS CORRVERVNT.] Heb.
excise sunt, infirmata sunt, languerunt, siue
elanguescunt. vel deformata sunt, desolata sunt,
id est, incolæ urbium, & oppidorum totius
Iehudææ, metonymicè.

OBSCURATÆ SVNT IN TERRA.] Alij:
nigruerunt ad terram. id est, tristes, horridæ
erunt, ac si in terram deiectæ essent. vel quæ
prius erant claræ & illustres, erunt deinceps
obscuri nominis, & nullius pretij: in portis
robur ciuitatis collocari solet, & illic agitur
magna frequentia populi, & celebritas con-
uentuum & iudiciorum olim in portis pera-
gebatur. Quidam: atrati erunt iacentes humi.
Scilicet Iudæi omnes.

ET CLAMOR.] Heb. vociferatio, querela,
Ierusalaim ascendit. vel ascendet. id est, quam
maxima voce edetur passim, increbrescet, au-
gebitur.

MAIORES MISERVNT MINORES SVOS
AD AQVAS.] Alij: 1. Magnates eorum mise-
runt minores suos ad aquas. conquirendas. 2.
Magnifici eorum miserunt minorenes suos pro
aqua. 3. Etiam magnifici eorum emittent mino-
res suos ad aquas. id est, etiam eos ipsos, qui in
ministerio inepti sunt propter ætatem imbec-
illam, pressi aquarum inopia; vt de Achabo
legimus 1. Reg. 18. vers. 5. & sequentibus.
ארוירם addirim, præpotentes, prauvalidi, præam-
pli, magnifici: Vide in Iudic. 5. v. 13.

ET AFFLICTI.] Heb. & ignominia, seu
pudore affecti erunt. coniugatio Hophal sen-
sum auget; & ignominia vehementer affi-
cientur.

ET OPERVERVNT CAPITA SVA.] & ope-
rient caput suum. vt 2. Samuel. 12. vers. 30. Sic
versu sequente.

PROPTER TERRÆ VASTITATEM.] Heb.
In transiõne telluris consternata siue prostrata.
vide de hac loquendi formula in Genes. 12.

VERS. 2.

VERS. 3.

VERS. 4.

v. 13. Hispanicè diceremus, *Por passar la tierra destruyda.* Alij: *Propter huiusmodi contritiam. vel propter terram attritam.* nam terra siccitate atteritur & in puluerem minutissimum friatur. Hispanicus Interpres: *Porque la tierra se rompio.* id est, *se abrio en grietas por la gran seca.* otros, *sue quebranzada.* Quidam: *Propterea quòd tellus emarcuit.*

VERS. 5. NAM ET CERVA IN AGRO PEPERIT. &c.] Alij: *Quin etiam cerua in agro, quod pepererit, derelinquet, quia non erit tenera-herba.* נטף *desche*, progerminatio, herba tenella, herbula: vide in Genes. 1. v. 11.

VERS. 6. ET ONAGRI STETERUNT IN RVPIBUS, TRAXERVNT VENTVM QVASI DRACONES.] Alij: 1. *Et onagri steterunt in verticibus montium, ventum haurientes instar draconum.* Dracones maximè gaudent aère libero, nam propter innatum calorem egent magna refrigeratione. 2. *Et onagri stantes in cliuis, haurient ventum ut dracones, &c.* id est, nihil habebunt vndè famem aut sitim expleant, ac proinde enecabuntur inopia cibi & potus; quam dracones, serpentes, & venenata pleraque ferunt sine grauiore incommodo, modo libero celo perfruantur: vt narrant Aristoteles lib. 8. de Historia Animalium, cap. 4. & Plinius lib. 10. Naturalis Historiæ, cap. 72. Verba Aristotelis sunt: [*Diu & serpentes & phalangia vinere possunt sine cibo, quòd ex his, quæ pharmacopola alunt, perspici potest.*] Plinij verò: [*Serpentes alioqui exiguo indigent potu: eadem minimo & pene nullo cibo, quàm afferuantur inclasa.* Ideo nullum interit fame aut sici venenatum.] Verum draco non habet venena, inquit idem Plinius lib. 28. cap. 4. Illud est vero similius dracones igneæ & ardentis naturæ, auras frigidiores captare: atque etiam ob id æstu torrente præcipuè ab iis expeti frigidissimum elephantorum sanguinem, vt idem Plinius scribit lib. 8. cap. 12.

DEFICERVNT OCULI EORVM QVIA NON ERAT HERBA.] Alij: 1. *consumpti sunt oculi eorum, scilicet, huc illuc respicientes, si forte alicubi conspicerent herbam.* 2. *deficientibus oculis eorum fœni penuria,* id est, in quærendis pascuis. 3. *deficient oculi eorum, quia nulla erit herba.* nam deficiente anima, deficient oculi. Synecdoche.

VERS. 7. SI INIQUITATES NOSTRÆ RESPONDERINT NOBIS, &c.] Hunc versum ex Heb. explanant: *Quandoquidem iniquitates nostræ testantur contranos,* id est, accusant, & conuincunt nos, vt Isaiæ 3. v. 9. *ô Iehoua, fac propter nomen tuum: nam multe sunt auersiones, seu rebelliones nostræ; tibi peccauimus.* Secunda pars concionis, vt diximus in vers. 1. continens deprecationem, tribus versibus: & decretum Dei tribus alteris. Deprecationis partes sunt duæ, confessio, hoc versu; & deprecationis argumenta à gloria Dei, & promissionibus fœderis, duobus sequentibus. *fac propter nomen tuum.* id est, age nobiscum pro tua misericordia, vt celebretur nomen tuum ob clementiam tuam, quam exerces erga nos.

VERS. 8. EXPECTATIO ISRAEL, &c.] Alij hunc ex Heb. elucidant: 1. *Expectatio Israelis,* id est, in quo Israel sperat & in quem respicit,

& opitulator eius in tempore angustia, cur fieres vt peregrinus in terra ista Sancta, & sicut viator, qui ad pernoctandum diuertit? Verba Prophetæ ad Deum, cur negliges, inquit, terram, quæ tua est, vt aduena & viator negligere solet regionem illam, qua iter facit, tantum curans vbi inueniat hospitium ad pernoctandum? 2. *O spes Israelis, seruator eius tempore angustia: quare esses vt peregrinus in hac terra, & tanquam viator, qui diuertis ad pernoctandum?* id est, quare negligeres administrationem nostram, neque magis te immisceres rebus nostris, quam peregrinus in republica aliena? quod tibi foret contumeliosum, ac si tantum diuersatus fuisses ad tempus, non autem permanens in sæculum cum populo tuo, ex promissione tua, fide nostra, & antegressa experientia.

QVARE FUTVRVS ES VELVT VIR VAGVS?] VERS. 9. Participium אטוה *nidham* varie exponunt: 1. Reuchlinus: *Quare eris sicut vir consternatus mente?* 2. Sanctes: *Cur futurus es sicut vir attonitus?* & in Thesaurò: *tanquam vir territus.* 3. Reuchlinus: *Hebraei vero, inquit, exponunt attonitus, stupidus & quasi syncopizans.* 4. Vatablus, & Leo Iudæ: *Cur fieres sicut vir attonitus?* 5. Forsterus & Mercerus: *Quare factus es velut vir obmutefactus, ad silentium reductus obstupefactus?* Gallicè, *esperdu.* 6. Marinus: *Vt quid eris tanquam vir exterritus?* Italicè *stordito, smarrito per timore grande.* 7. Auenarius: *Quare eris sicut vir attonitus?* id est, timore perculsus. 8. Schindlerus: *Quare factus es sicut vir attonitus, nesciens quid faciat?* 9. Tremellius, Iunius, Buxtorfius: *Quare esses vt vir defatigatus, defessus, fatiscens?* id est, defessus præ antea actis laboribus, quasi non posses amplius seruare tuos, diminuto & fracto robore: nam huius verbi epexegetis sequentibus continetur.

TV AVTEM IN NOBIS ES DOMINE, &c.] Alij: *atqui tu in medio nostri es, Iehoua, & de nomine tuo vocamur; ne derelinquas nos, vel dimittas, deserat, deponas nos, de felici statu nostro, id est, Deus es constantissimus, & semper idem in populo tuo, propterea nos gloriamur de te, colimus & profitemur te.*

HÆC DICIT DOMINVS POPVLO HVIC.] VERS. 10. Alij: *sic ait Iehoua de populo hoc.* Decretum Dei, vt diximus in vers. 7. compensantis errores spirituales populi suppliciis paribus, hoc versu: & decreti immutabilitatem ostendens, duobus sequentibus.

QVI DILEXIT MOVERE PEDES SVOS, ET NON QUIEVIT.] Alij ex Heb. 1. *profecto amant vacillare pedibus suis, neque abstinere, vel dilexerunt mouere pedes suos, id est, huc, illuc discursare quærendæ opis humanæ causâ.* 2. *ita diligunt euagari, pedes suos non cohibent, quasi dicat, ipsi sunt in causa amant errare huc illuc, & discursare ad idola sua, itaque faciam vt errent.*

ET DOMINO NON PLACVIT.] verbum ארר *ratzah* diuersimodè exponunt, & Iuh non acceptauit eos, non approbauit, amore & beneuolentia, seu prona voluntate non est prosequutus. Quidam reddunt, *ideo Iehoua non accipit eos beneuolè,* vide de syntaxi & notione huius verbi

verbi in Leuit. 26. v. 34. sic infra vers. 12.

VERS. 11. NOLI ORARE PRO POPULO ISTO IN BONVM.] Alij : *Ne oratio pro populo isto in bona.* id est, vt ei parcam : vide supra cap. 7. vers. 16. & cap. II. vers. 14. quasi dicat, frustra tu, & ipsi operam consumpseritis, stat sententia.

VERS. 12. ET VICTIMAS.] Hebr. מנחה *minchah*, reddunt, oblationem, munus, sacrificium-farinaceum, molam. vide in Leuit. 2.

VERS. 13. ET DIXI A, a, a, &c.] Quidam hunc versum reddunt : *Quamobrem dicente me Aha, Domine Iehoui, ecce isti propheta dicunt eis, Non estis experturi gladum, & fames non erit vobis : sed pacem firmam daturus sum vobis in loco : Dixit Iehoua mihi, &c.* Tertia pars concionis, vt dictum est in vers. 1. continens deprecationem per translationem criminis in pseudoprophetas, hoc versu ; & amplio rem declarationem decreti, quinque sequentibus. De enuntiatione Iehoui, vide in Genes. 15. v. 2.

PACEM VERAM.] Hebr. *pacem fidei, constantia, firmitatis, stabilitatis*, hoc est, solidam, fidelem, constantem, stabilem, firmam, &c.

VERS. 14. ET DIXIT DOMINVS AD ME, &c.] Hoc decreto primùm indicatur falsitas prophetarum, hoc versu : deindè cum ipsorum exitus, versu sequente, tum populi adhaerentis ipsis, vers. 16. postremo luctus prophetae imperatur, vt certissimam calamitatem praefigurat, vers. 17. & 18. complementum autem istorum habetur in fine 2. Reg. & 2. Paralip. & Iermejae.

ET FRAVDULENTIAM.] אליל *elil*, Quidam exponunt : *ac rem nihili.* vel nihilum ; alij, vanitatem : proprie, *extremam-nihilitatem.* vide Leuit. 19. v. 4.

ET SEDUCTIONEM.] תרמיח *tharmith*, fallacia, dolus, impostura, Hispanicè eleganter dicunt, *tiro.* vide in Genes. 27. v. 35.

PROPHETANT VOBIS.] sic pleraque exemplaria habent, לכם *lachem*, vobis. Alia, *lahem*, eis vel sibi. Quidam reddunt : *isti prophetae agunt bono suo.* Hebr. est participium *Hihpabel.* *prophetare-se-ipsos-facientes sibi.* id est, ad suam vtilitatem. coniugatio sanè notat, vel ipsos magno studio & conatu prophetasse : vel falso & mendaciter, propria auctoritate à Deo non missi, ingredientes se functioni propheticae : nam in hac forma id verbum saepe vsurpatur de falsis prophetis.

VERS. 16. ET EFFUNDAM SVPER EOS MALVM SVVM.] Alij : *adeo effundam super ipsos malitiam ipsorum.* id est, poenas malitiae ipsorum debitas.

VERS. 17. DEDVCANT OCULI MEI LACHRYMAM.] Hebr. *Descendent oculi mei lacrymam.* vide supra cap. 13. vers. 17. Quidam : *Descendant oculi mei lacryma.* hypallage emphatica, pro descendant ex oculis meis lacrymae. id est, iam vero me lugere oportet palam & desere miseras vestras.

PLAGA PESSIMA VEHEMENTER.] i. *percussione agra, vel infirma, valde, passiuè.* id est, magnis doloribus & cruciatibus affecta, seu praedita. 2. *plaga admodum dolorifica.* quae ipsa plaga vehementer doleat. vide supra cap. 10. vers. 19.

ABIERVNT IN TERRAM, QUAM IGNORABANT.] Alij ex Hebr. i. *circumierunt in regionem, quam non noverunt.* id est, abducti sunt in Chaldaeam, quo non putabant se ituros ; contra id, quod pseudoprophetae pollicebantur, supra vers. 15. 2. *nundinantur contra terram,* vt supra cap. 5. vers. 31. & non agnoscunt. id est, populares terrae non vident exerceri nundinationem sui, atque ita amant secum agi : vt supra ibidem, & hic vers. 10. verbum סחר *sachar*, & circuire, & negotiari, seu nundinari significat : vide Genes. 34. vers. 10. Hispanicus Interpres : *anduvieron al rededor.* vel *rodearon en la tierra, y no conocieron,* quasi dicat, *no fueron camino derecho. o idolatraron.*

NUMQVID PROIICIENS ABIECISTI IVDAM?] Alij : 1. *Num reprobandò reprobasti, vel omnino ac prorsus abiiecisti Iudam?* 2. *An spernendo spernis Iehudam?* id est, omnino spernis. Quarta pars concionis, vt dictum est in vers. 1. continens primùm deprecationes pro salute Ecclesiae ad Dei gloriam, quatuor versibus : deinde iteratam explicationem & confirmationem decreti irreuocabilis, versibus nouem primis sequentis Capitis. Sunt autem in deprecatione primùm querimonia, hoc versu, deinde confessio peccati, vers. 20. vt supra vers. 7. postremò deprecatio ipsa propter gloriam Dei, duobus vltimis.

AVT SION ABOMINATA EST ANIMA TVA?] Alij : 1. Forsterus : *num contra Tzizonem abominationem habuit anima tua?* 2. Auenarius : *an in Tzizone nauseauit, seu nauseam habuit anima tua?* vel *an Tzizonem cum nausea & fastidio auersata est anima tua?* 3. Vatablus : *num à Tzizone abhorret anima tua?* 4. Tremellius & Iunius : *an Tzizonem fastidit anima tua?* ex lege Leuit. 26. vers. 11. 30. & 44.

QVARE ERGO PERCVSSISTI NOS, ITA VT NULLA SIT SANITAS?] Alij : *quare percussisti nos ita, vt nulla supersit nobis curatio?*

EXPECTAVIMVS PACEM, ET NON EST BONVM, ET TEMPVS CVRATIONIS, ET ECCE TVRBATIO.] vide hoc hemistichium supra cap. 8. vers. 15. totidem verbis Hebraicis conceptum. Quidam hic reddunt : *quare expectando pacem nullum adest bonum, & expectando tempus curationis, tantum ecce terror?*

NE DES NOS IN OPPROBRIVM.] Ex Hebr. alijs : 1. *Ne reprobes.* 2. *Ne laceses,* vel *insecteris.* 3. *Ne execreris.* 4. *Ne floccifacias,* aut *spernas.* 5. *Ne irriteris,* seu *exaspereris.* 6. *Ne contemnito.* vide de Notione verbi נאצ *naatz*, in Numer. 14. v. 11.

NEQVE FACIAS NOBIS CONTVMELIAM SOLI GLORIAE TVAE.] Alij ex Hebr. 1. *& ne deicias,* vel *neque prosternas solium gloriae tuae.* id est, ne permittas templum deiici, vel in minore pretio & honore esse, quam haecenus fuerit, in quo diceris habere solium maiestatis tuae. 2. *neque vituperes,* aut *floccifacias.* 3. *neque infatues,* pro fatuo habeas, *ne contumelias perfundas,* thronum gloriae tuae. 4. *neque vilipendito,* aut *vilem-facias,* seu *habes,*

beat, solum gloria tua. id est, Iehudæam, qua regnum Dei tunc continebatur; synecdochicè. Propriè: non defluere-facies, flaccescere, marcescere, elanguescere-facies solum gloria tua. vide vim verbi נבל nabal in Pihel, Deuteronom. 32, vers. 15.

FÆDVS TVVM NOBISCVM.] Hebr. *fœdus tuum ad nos, vel penes nos, apud nos, erga nos. Quidam: fœdus tuum nobiscum inuim.*

VERS. 22. IN SCVLTILIBVS GENTIVM.] Hebr. *in vanitatibus gentium. id est, idolis inanibus & commentitiis diis, seu numinibus: vt Deuteronom. 32, v. 21:*

QVI PLVANT.] Participium Hiphil מנשמים | *mag schimim*, effectum à nomine GHESCHEM de quo vide in Genes. 7, vers. 12, propriè est, *nimbificantes, inbrificantes. id est, pluuias, imbres, nimbos facientes, excitantes, demittentes. seu qui pluere-faciant. Qui-pam reddunt: An sunt inter vanitates gentium*

qui pluuiam edunt? id est, idola, quæ Iudæi à gentibus colenda receperant, de quibus supra cap. 10, vers. 2.

AVT CÆLI POSSVNT DARE IMBRES?] 1. *an cali imbres dabunt? subaudi, suis viribus, sine tuo imperio? 2. & an caelestes dii edunt imbres? cali pro diis caelestibus; nam astra & sidera pro diis habebant, supra cap. 7, vers. 18. & cap. 10, v. 2.*

NONNE TV ES DOMINVS DEVS NOSTER.] Quidam: *nonne tu is es Iehona Deus noster? id est, qui pluere facis & imbres das, vt Psalmo 146, vers. 8. Hoseæ 2, vers. 21. & Zachar. 10, vers. 1.*

QVEM EXPECTAVIMVS, TV ENIM FECISTI OMNIA HÆC.] Alij: *Ideo expectamus te, quia tu facis omnia ista. id est, ideo à te expectamus opem, à te pendemus, in te vno nitimur, quia tu solus auctor & Dominus omnium es.*

CAPVT XV.

Nec Moysis nec Samuelis precibus fleendum se dicit Dominus, quin populum Ierusalem tradat pesti gladio, fami, & captiuitati, quia castigatus non est emendatus: conqueritur propheta quòd fuerit occasio discordiæ, rursusque quòd annuntians verbum Dei passus sit opprobrium cui Dominus promittit auxilium cum vastatione Iudæorum: promittit præterea & robur & liberationem, ac misericordiam his qui ad ipsum se conuertent.

Vulg.

Malu.

I T dixit Dominus ad me: Si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: eice illos à facie mea, & egrediantur.

2 Quòd si dixerint ad te: Quòd egrediemur? dices ad eos: Hac dicit Dominus: Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem.

3 Et visitabo super eos quattuor species, dicit Dominus: Gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cæli & bestias terra ad deuorandum & dissipandum.

4 & dabo eos in feruorem vniuersis regnis terræ: propter Manassè filium Ezechia regis Iudæ, super omnibus quæ fecit in Ierusalem.

5 Quis enim miserebitur tui Ierusalem? aut quis contristabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua?

I T dixit IHVH ad me, si stabit Moseh, & Samuel a faciebus meis; non anima mea ad populum istum: mitte de super facies meas, b & exiuerunt.

2 Et erit c quia dicent ad te, Quòd exhibimus? & dices ad eos, sic dixit IHVH, Qui morti, morti, & qui gladio, gladio; & qui fami, fami, & qui captiua - abductioni, captiua - abductioni.

3 Et visitabo super eos quattuor familias, d Fidelis-sermo IHVH; gladium ad interficere, & canes ad e irahere, & volatile cælorum, & f animal terræ ad comedere & funditus-perdere.

4 Et dabo eos commotioni omnibus regnis terræ: in deuolutione Menaseh filij Iechizkijahu regis Iehudah, super quæ fecit in Ierusalaim.

5 Quia quis miseratione-commouebitur super te Ierusalaim, & quis diuagabit tibi? & quis discedet ad postulare paci tibi?

a datus.
ad facies
meas;
b vt exeat

c quum

d vide Ge-
nes. 22. 16.
sic v. 6. 19.
& 20.
e distrahendum, raptandum
f bestiam,
inmencum

Zach. 11.
b. 9.

4. Reg. 21.
a. 1.

6 Tu reliquisti me, dicit Dominus, ^h retrorsum abiisti: & extendam manum meam super te, & interficiam te: laboravi ^vogans.

7 Et dispergam eos ventilabro in portis terra: interfeci & disperdidi populum meum, & tamen à viis suis non sunt reuerfi.

8 Multiplicata sunt mihi viduæ eius super arenam maris: induxi eis super matrem adolescentis vastatorem meridie: nisi super ciuitates repente terrorem.

9 Infirmata est qua peperit septem, defecit anima eius: occidit ei sol, cum adhuc esset dies: confusa est, & erubuit: & residuos eius in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum, ait Dominus.

10 Va mihi mater mea, quare genuisti me, virum rixæ, virum discordia in vniuersa terra: non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam: omnes maledicunt mihi.

11 Dicit Dominus. Si non reliquia tua in bonum, si non occurrere tibi in tempore afflictionis. & in tempore tribulationis aduersus inimicum.

12 Numquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, & æs?

13 Diuitias tuas & thesauros tuos in direptionem dabo gratis, in omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis.

14 Et adducam inimicos tuos de terra, quam nescis: quia ignis succensus est in furore meo, & super vos ardebit.

15 Tu scis Domine, recordare mei, & visita me, & tuere me ab his qui persequuntur me, uoli in patientia tua suscipere me: scito quoniam sustinui propter te opprobrium.

16 Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi verbum tuum in gaudium & in lætitiâ cordis mei: quoniam inuocatum est nomen tuum super me, Domine Deus exercituum.

17 Non sedi in consilio ludentium, & gloriatus sum à facie manus tuæ: solus sedebam quoniam comminatione replesti me.

18 Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari? facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium.

19 Propter hoc hæc dicit Dominus: Si conuertèris, conuertam te, & ante faciem Maluenda, In libr. Ierem.

6 Tu dimisisti me, Fidelis-sermo IHVH, ^h post ambulabis: & extendam manum meam super te, ⁱ & funditus-perdidi te, defatigatus-fui pœnitere.

7 Et sparsi eos in sparsorio in portis terræ: orbauit, ^k abstuli populum meum; de viis suis non reuerfi-fuerunt.

8 Offatæ-fuerunt mihi viduæ eius de arenamariam; venire-feci eis super matrem ^l electi deuastantem in duobus-meridiebus: cadere-feci super eam ^m subito urbem, & subitos-terrores.

9 Excisa-fuit pariens septem, inhalauit anima eius, venit sol eius in adhuc ⁿ dies, pudefacta fuit, & infodiet: & reliquiam eorum gladio dabo faciebus maleuolentiam eorum; Fidelis-sermo IHVH.

10 O mihi, mater mea, quia peperisti me virum litis & virum ^o iudicij omni terræ: non obrui, & non obruerunt in me; ^p omne eius leuifaciens me.

11 Dixit IHVH, Si non reliquia tua ^q bono, si non occurrere-feci in te in tempore mali, & in tempore coangustationis, maleuolentem.

12 An depascet ferrum, ferrum de septentrione, & ^r æs?

13 ^s Strenuitatem tuam, & thesauros tuos direptioni dabo, non in pretio: & in omnibus erratis tuis. & in omnibus terminis tuis.

14 Et transite-faciam maleuolentes tuos in terra non cognouisti: quia ignis inflammatus-fuit in naso meo super vos aduri-fiet.

15 Tu cognouisti, IHVH, recordare me, & visita me, & vindicta-fiat mihi de persequentibus meis; non longitudini nasi tui accipies me: cognosce leuare me super te probrum.

16 Inuenta fuerunt verba tua, & comedi ea; & fuit verbum tuum mihi gaudium, & lætitiæ cordis mei: quia uocatum-fuit nomen tuum super me, IHVH ELOHIM TZEBAOTH.

17 Non sedi in ^t consilio ludentium, & ^u exultaui: de-faciebus manus tuæ, solus sedi, quia furore impleuisti me.

18 Ad quid fuit dolor meus victoria, & percussio mea desperata? renuit sanari: esse eris mihi sicut ^x mendacium; aquæ ^y non creditæ-fuerunt.

19 Ad sic, sic dixit IHVH, si reuertèris, & reuertere faciam te ^z faciebus meis

^h retro, retrorsum
ⁱ vt corrumpam

^k tuli-de medio, dispersididi

^l iuuenis

^m derepen-te, improuiso

ⁿ dies-tota integra

^o contentio-nis, controuersie
^p omnis ipse
^q datus. in bonum

^r chalybem
^s virtutem, opes, copias, facultates

^t arcas, secreto
^u gestiui gaudio, tria pudiaui

^x mendax
^y quæ non fideles-fuere
^z datus. ad faciem meas

1. Reg. 2. b 5.

Amos 8. c. 9.

Psmi. a 1. & 25. a. 4. Inf. 30 15

meam stabis: & si separaueris pretiosum, à vili, quasi os meum eris: conuertentur ipsi ad te, & tu non conuertèris ad eos.

20 Et dabo te populo huic in murum arcum, fortem: & bellabunt aduersum te, & non praualebunt: quia ego tecum sum ut saluem te, & eruam te, dicit Dominus.

21 Et liberabo te de manu pessimorum, & redimam te de manu fortium.

meis stabis; & si exire facies pretiosum de vili, sicut os meum eris: reuertentur ij ad te, & tu non reuerteris ad eos.

20 Et dabo te populo isti, muro ^b æris munitum, & cædent ad te, & non poterunt tibi: quia ^c ad te ego ad saluare te, & eripere te, Fidelis sermo IHVH.

21 Et eripiam te de manu malorum, & redimam te de manu præualidorum

^a abicæ

^b chalybis

^c apud, pene te, tecum



COMMENTARIA.

VERS. 1.



T DIXIT DOMINVS AD ME, &c.] Quidam reddunt: sed dixit Iehoua mihi, &c. Hoc responsum confirmat sententiam ante latam per concessionem, hoc versu; & categoricam denuntiationem, vers. 2. quæ sequentibus exornatur.

SI STETERIT MOYSES ET SAMVEL CORAM ME, NON EST ANIMA MEA AD POPVLVM ISTVM.] Aliqui: Si instaret Mosche, & Schemuel coram me, minimè esset animus meus erga populum istum. Hypothetica enuntiatio per conditionem impossibilem, quasi dicat, si duo isti viuentes in medio istius populi essent, nihil efficerent apud me: vt Ezechiel. 14. vers. 13. Ita Tremellius & Iunius: sed quam faciliè produnt hæresim suam, quid opus est, viuentes in medio populi, &c. quasi verò mortui non potuissent pro populo orare? vide 2. Machabæor. 15. vers. 14. Sed Iunius libros Machabæorum inter Canonicos non recipit: esto, num ob id ei auctori non magis credemus quam Iunio, aut Caluino? verum ibi mutat Iunius, & pro orat substituit, orauit, dum scilicet, viueret. Sanè suæ hæresi congruenter. Sed ibi imposturam detegemus. Vide hic Maldonatum, & Bellarminum lib. 1. de Sanctorum Beatitudine, cap. 18. Notant autem, duos istos Mosen & Samuelem singulariter hic nominatos, quòd præ cæteris sanctissimis Patribus curatores populi præcipuè fuerint, & pro eius salute potentissimi & efficacissimi apud Deum interpellatores.

EI ICE ILLOS A FACIE MEA, ET EGREDIANTVR.] Quidam: emitte à facie mea, & exeant. id est, prophetando denuntia, ipsos à me repudiatos & reiectos esse, & vaticinare eis certum & definitum exilium.

VERS. 2.

HÆC DICIT DOMINVS, QUI AD MORTEM, AD MORTEM.] Exponunt, Qui ad mortem seu pestem, destinati sunt, ad mortem ibunt: quasi dicat, qui peste perituri sunt, peste peribunt. Alij: Qui ad mortem exiturus est, ad mortem exiit. & sic de sequentibus.

VERS. 3.

ET VISITABO SVPER EOS QVATTVOR SPECIES.] Hebr. Et visitabo, siue recensabo, requiram super eos quatuor familias. id est, qua-

tuor genera, seu species rerum, seu quatuor cognationes, id est, quatuor res inter se cognatas & affines, quæ subiiciuntur. Possis reddere: Et animaduertam in eos, vel puniam eos quatuor generibus. Aliqui reddunt: Præficiam enim istis quatuor genera. Exornatio præcedentis decreti, duobus versibus, quod deinde amplificatur per contestationem; v. 5. & denuntiationem summæ calamitatis promiscuè omnes peruasura.

ET DABO EOS IN FERVOREM VNIVERSIS REGNIS TERRÆ.] Hebr. Et tradam eos in commotionem omnibus regnis terræ. ex interminatione legis, Deuter. 28. vers. 25. vide Notas ibi.

VERS. 4.

PROPTER MANASSEN.] Hebr. in deuolutione Menasch. id est, qui ea omnia scelerata suo exemplo, & imperio deuoluit in populum: vide de hac loquutione in Gen. 12. vers. 13.

SVPER OMNIBVS QVÆ FECIT IN IERVSALEM.] Alij: 1. propter ea omnia, quæ designauit Ierosolynis. 2. ob ea, quæ fecit Ieruschalaimis. id est, quæ vt reciperentur & obseruarentur in Iudæa auctor fuit Menasch.

QVIS ENIM MISEREBITVR TVI IERVSALEM.] Hebr. Quia quis commiseratione monebitur super te, Ierusalaim? Alij: Nam quis utetur clementia erga te, vrbs Ieruschalaimorum? vel, quia quis parcat tibi Ierusalaim?

VERS. 5.

AVT QVIS CONTRISTABITVR PRO TE.] Hebr. & quis diuagabit tibi? Alij: 1. & quis commouebitur tibi? 2. & quis condolebit tibi? 3. & quis compatietur tibi? vide in Iob 2. v. 11.

AVT QVIS IBIT AD ROGANDVM PRO PACE TVA?] Hebr. & quis discedet ad postulandum de pace tibi? Alij: 1. & quis secedet è loco suo, ad petendum de pace tua? id est, vt interroget de incolumitate tua? hoc est, quomodo valeas. 2. ad postulandum pacem pro te. id est, vt adeat templum, & altare, ac sacrificet Deo, ad impetrandam tibi veniam & benevolentiam Dei. Quale est illud Maronis 4. Æneidos:

Principio delubra adeunt, pacemque per aras Exquirunt, mactant lectas de more bidentes.

3. ANE

3. aut quis accedet ad interrogandum de prosperitate tua: id est, ad salutandum te vel unico verbo. Gradatio elegantissima:

VERS. 6.

TV DERELIQUISTI ME, &c.] Alij hunc versum reddunt: Tu deseruisti me; dictum Iehouæ, retrorsum abiisti; ideo extendo manum meam contra te ut perdam te; defessus sum penitendo. vt Genes. 6. v. 6. & 9.

LABORAVI ROGANS.] Quidam: fatigatus sum penitendo: Alij: laboravi penitere. Nonnulli: fatigatus sum toties penitere. id est, non sustinui agere penitentiam, hoc est, mutare sententiam de te perdendo ob scelerata tua.

ET DISPERGAM EOS VENTILABRO.] Alij: Itaque ventilabo eos ventilabro. vt Leu. 26. v. 33. id est, eiciam eos in captiuitatem, non vt penitus disperdam eos, sed vt purgem ventilabro, seu vanno afflictionis.

VERS. 7.

IN PORTIS TERRÆ.] Quidam: in portis huius terræ. id est, in omnibus terminis synecdochicè. vel ex portis terræ. id est, ex omnibus vrbibus, oppidis huius terræ sanctæ. synecdochice. Alij: in portas terræ. id est, in extremos fines & terminos orbis terræ. Portas terræ vocat, extremas terræ partes, quibus in mare exitur, & è mari in terram intratur. quasi dicat, eieci in captiuitatem in longinquas regiones.

VERS. 8.

MULTIPLICATÆ SVNT MIHI VIDUÆ EIVS SVPER ARENAM MARIS.] Hebr. Offata fuerunt mihi vidua eius præ arena marium. Alij: Corroborata, condensata fuerunt. vt ad numerum referatur hoc verbum, vt Psalm. 39. vers. 6. & 13. quasi dicat: Copiosæ fuerunt; densuere. Quidam reddunt: Numerosiores mihi erunt vidua eius quam arena marina. Aliqui exponunt, mihi; id est, à me, me auctore.

INDVXI EIS SVPER MATREM ADOLESCENTIS VASTATOREM MERIDIE.] Alij: 1. adduxi eis, hoc est, in perniciem eorum, super matrem iuuentutis, vel contra multitudinem, congregationem iuuenis, vel iuuenum, seu adolescentium, hoc est, contra fortissimos quosque ac lectissimos, vastatorem in meridie. id est, quum securi agerent, & nihil tale timerent. 2. adducam eis contra metropolim, iuuenem vastatorem, id est, fortem ac præuallidum, ipso meridie. Hanc, inquit, genuinam interpretationem esse commonstrant sequentia. **Q**UONIAM mater, metaphoricè significat etiam metropolim, vt 2. Samuel. 20. vers. 19. quòd multos ciues velut filios alat & gignat: & quòd multa alia oppida ex ea vt ex matre descendant, & pendeant: quo sensu sæpe filia alicuius vrbis in Scriptura dicuntur villa ei adiacentes, vel oppida ad eius ditionem pertinentia: vide in Numeror. 21. v. 25.

MERIDIE.] exponunt, palam, clara lucè; non per insidias nocturnas.

MISI SVPER CIVITATES REPENTE TERRORÈM.] Variè alij ex Hebr. 1. cadere-feci, seu ruerè-feci super illam subito ipsam urbem, & in festinationibus, vel præcipitationibus: id est, vrbis fuit subito expugnata, cuius ruina intercepti sunt & oppressi omnes fortes. 2. obrui eam subito & hoste & terroribus. 3. ca-

Maluenda, In libr. Ierem:

dere-feci super eam repente inimicum, hostem incitatorem, seu excitatorem, & terrores. **Q**UONIAM ghir non pro vrbe, sed pro nocte accipiunt. Vide Sanctis Thesaurum, Colum. 1920. 4. cadere-feci super eam repente, excitationem, tumultum, commotionem, & conturbationes, terrores. 5. cadere-feci super eam repente desolationem ciuitatis, & festinationes, seu festinanter. 6. faciam vt irruat in eam repente ciuitas & terrores. seu ciuitas terroribus abundabit. 7. Hispanicus Interpres: *hize caber sobre ella de repente ciudad y terrores.* quasi dicat, gran pueblo, mucha gente de enemigos. id enim nomine ciuitatis accipit.

VERS. 9.

INFIRMATA EST QUÆ PEPERIT SEPTÈM.] Hebr. Excisa est, elanguit, emarcuit. vide in Samuel. 2. vers. 5. Alij: 1. Enernata est pariens septem. 2. Elanguescet, qua pariebat septenos. id est, fœcunda mulier, & valentissima, multorum futura mater: numerus certus pro incerto: vide in Samuel. 2. v. 5.

DEFECIT ANIMA EIVS.] variè alij ex Hebr. 1. dolore-acta est anima eius. 2. anhelauit, vel anhelata fuit anima eius. 3. præ dolore-sufflauit anima eius. 4. expirauit anima eius. id est, ad modum doluit, ac si expiraret. 5. Bonauentura Cornelius, Marinus, Tremellius, & Iunius: efflauit animam suam. id est, expirauit, mortua fuit. vide de verbo NAPHACH, in Genes. 2. v. 7.

OCCIDIT EI SOL QVVM ADHVC ESSET DIES.] Hebr. venit, ingressus est sol eius. id est, occubuit. vide in Genes. 15. vers. 12. Quidam reddunt: occidet sol eius, cum adhuc futurus esset dies ipsorum. id est, in momento mutabitur clarissima quæque & illustrissima gloria prosperitatis in calamitates tenebrosissimas: sic enim lucem & tenebras à prophetis accipi sæpe docuimus. **Q**UONIAM IOMAM, vltimum Mem acceperunt pro Affixo, dies ipsorum: quòd IOMAM geminato Mem, dies; fere non reperiatur, nisi coniunctum cum nocte. Alij, vnam dictionem faciunt, & pro die toto, & integro accipiunt: vide Forsterum pag. 320.

ET ERVBIT.] Hebr. & infodiet. sese præ pudore. qui nobis & elegans Hispanisimus. Alij: & aueriet se, diuertet, oculos & faciem occulet præ pudore. Plerique: & pudebit eam. vel probro-afficietur.

VERS. 10.

VÆ MIHI, MATER MEA &c.] Alij ex Heb. 1. Væ mihi, vel quam infelix sum. Delfet suam sortem propheta, quòd omnibus sit odiosus propter veritatem; o mater mea; quòd me peperisti virum litigatorem. vel virum rixæ, id est, omnium iniuriis & contumeliis expostum propter verbum Dei, & virum controuersa vniuersa terra. Quia, inquit, cogor illis denuntiare increpationes, & comminationes Dei; quocunque me verto, inuenio contradictores, qui mecum contendunt ac rixantur, atque innocentem calumniantur. 2. Hei mihi! mater mea, quòd peperisti me virum litis, & virum contentionis toti terra. vel virum, in quem intendatur lis, & in quem intendatur contentio à tota hac terra. Quinta pars concionis, vt dictum est cap. 14. v. 1 lugubris expostulatio prophetæ, de difficultatibus

administrationis suæ, hoc versu; de quibus ipsum consolatur & confirmat Deus, quatuor sequentibus.

NON FOENERAVI, NEC FOENERAVIT MIHI QVIS QVAM.] Alij: 1. Non fœneravi, neque fœnore oberavi sum, 2. Neque irruvi, neque alij irruerunt in me, vel, neque oppressi, neque opprefferunt me, ut fœneratores solent grauter & acerbè exigendo fœnora, & credita, duriores esse in debitores, vti eleganti parabola describitur Matth. 18. verl. 24. & sequentibus. 3. Non dedi mutuum, neque mutuo dederunt mihi, id est, hæsi quàm simplicissimè functioni meæ, nihil præterea egi cum istis hominibus; ab omni occasione, & materia litis, quæ humanitus moveri potuisset, supersedi prudens: quod synecdochicè designat hic mutui contractus nomine.

OMNES MALEDICUNT MIHI.] Heb. omnis ipse leuifaciens me. Alij: 1. unusquisque leuifacit me, vel maledicit mihi. 2. attamen uniuersi me contemnunt, ac conuiciis proscindunt. מקללני mekalelani, Participium Pihel irregulare, vt notant Hebræi, compositum ex duobus verbis קלל Kalal, leuifacere, maledicere, & קלה Kalah seu nomine קלון kalon, leuipensio, seu ignominia, quasi esset קלוני kaluni, ignominia-afficiunt me; & מקללני mekallelani, maledicit mihi quisque: & compositum seu contractum breuitatis gratiâ מקללני mekalelani. Ego compositionem istam, ingentem leuifactionem, seu leuipensionem, aut maledictionem, & quasi torrefactam seu tostam aut exustam siue iniustam ignominiam designare arbitror.

VERS. II.

DICIT DOMINVS.] Alij: Ait Iehoua. Responsum Dei, primum confirmat prophetam aduersus inimicos omnes internos & externos, hoc & sequente versu: deinde prophetiam aduersus Iudæos, duobus alteris.

SI NON RELIQUIÆ TVÆ IN BONVM.] Alij ex Heb. An non residuum tuum esset in bonum, vel an non residuo tuo esset bene, quasi dicat, isti, qui residuum à se superstes fore putant, te verò extinctum iri interminantur, peribunt ipsi à Chaldæis, tu autem residuus eris, & beneficia ab illis accipies, vt narratur infra cap. 40. Quidam exponunt: Si non reliquiæ tuæ fuerint ad bonum, id est, Non habear verax, si non reliquus vitæ tuæ cursus fuerit prosper ac felix. Apoliopesis, vel elliptica iurandi aut imprecandi formula, Sacra Scripturæ vsitata, malè mihi sit, dispaream, non habear Deus, ne credas amplius mihi, si non residuum tuum sit in bonum. Nonnulli Hebræorum שרותך Scherithicha, præteritum Pihel verbi שרה scharah, faciunt: Si non solui te, vel soluam te in bonum, id est, si non soluero te à vinculis tuis, quod erit tibi bonum.

SI NON OCCVRRI TIBI IN TEMPORE AFFLICTIONIS &c.] Alij ex Heb. I. si non occurrere fecero tibi in tempore malo, & in tempore afflictionis inimicum, id est, nisi effecero vt hostis Babylonius in tempore excidij Iudaici, tibi occurrat, te roget, vt vel in terra maneat, vel secum eas, & sis tibi in gloria,

pretio, honore, &c. 2. an non efficiam, vt in tempore malo & in tempore afflictionis hostis pro te intercedat? 3. an non interuenirem pro te tempore mali, & tempore angustia apud inimicum? quasi dicat Deus: Nam ego sum intercessurus, vt defendam te ab hoc populo, qui inimicus est tibi, & gratiosum te apud Chaldæos reddam. Huius complementum vide infra cap. 40. v. 4. & 5. Apte expones: tempore excidij Ierusalaimorum feci, vt tibi amicè & beneuolè occurreret hostis Chaldæus, te benigne excipiens, fouens, munusculis ornans &c. Ibidem.

NUM QVID FOEDERABITVR FERRVM FERRO AB AQUILONE, ET AS?] ירוי יאראגב, futurum, ארעג רגבא deduxit, sociabitur. Alij variè reddunt 1. Numquid ferrum conteret ferrum quod est ab aquilone, & as? Vires Iudæorum comparat ferro puro & vulgari; vires autem Chaldæorum, ferro, quod admistum habet chalybem, & est multo fortius, quasi dicat, gladius Iudaicus non poterit frangere Chaldaicum, aut ei resistere, qui erit validior. 2. An ferrum fracturum esset ferrum aquilonare, & chalybem? Confirmatio præcedentis promissionis per comparationem: sunt isti ferrei, inquit Deus, sed ego, qui interuenio pro te, sum tibi murus chalybeus: non est quod metuas vt frangaris ab istis hominibus.

Ferrum ab Aquilone & as, seu chalybem. Exponunt, ferrum Chaldæorum, vt supra cap. 1. v. 14. mistum æri seu chalybi, quod est fortius & validius. Alij: Ferrum ab aquilone, id est, seu chalybem, vt sequens epexegetis docet. Nam Chalybes populi sunt in Ponto ad aquilonem, à quibus chalybs, id est, nucleus ferri appellationem habet. Virgilius Georgicorum 1.

India mittit ebur, molles sua thura Sabai,
At Chalybes nudi ferrum, &c.

Vbi Seruius: [Chalybes populi sunt ubi nascitur ferrum.] De quibus vide Strabonem Lib. 12. & Melam Lib. 1. Cap. 21. Quod verò hæc chalybi Chaldæi comparentur, rectè congruit cum eo, quod Strabo tradit, Chalybes ipsos postea denominatos Chaldæos. Forsterus reddit: Num depascet ferrum, ferrum ab aquilone, as. Metaphora sumpta à pastoribus & pecoribus, depascentibus & succidentibus radicitus prata & viridia. Possis reddere: Num malefaciet ferrum ferro, &c. id est, incommodabit, nocebit, obtundet, conteret. Melchior Neipeus Bredanus in Collectione Adagiorum, Adagio 61. obseruat proverbialem esse loquutionem istam. Numquid fœderabitur ferrum ferro? Sed ipse non intellexit verba Ieremiæ.

DIVITIJS TVAS, &c.] Quidam versum reddunt: opes tuas, & thesauros tuas direptioni exponam absque pretio, vt Psalm. 43. v. 13. idque propter omnia peccata tua, & in omnibus terminis tuis. Vide de hoc versu infra Cap. 17. verl. 3.

ET ADDVCAM INIMICOS TVOS, &c.] Alij ex Heb. hunc versum exponunt: 1. Et extrudam te ad hostes tuos, in terram, quam non nosti, quia ignis succensus est in ira mea, & super

per vos inflammabitur. 2. Et transferam cum hoste vestro in terram, quam non nouisti, quoniam ignis ardens in furore meo in vos incensus est. 3. Faciamque ut transeat penes inimicos tuos in terram, quam ignoras: quum ignis accensus ira mea in vos inflammatus fuerit.

INIMICOS TVOS.] *אנ* *eth* præfixum, potest esse nota accusandi casus, ut Noster accepit. Vel præpositio, ad, apud, penes inimicos tuos, vel cum hostibus tuis. id est, captiuum apud hostes, vel cum hostibus transferam te in Babyloniam.

ARDEBIT.] Futurum Hophal significatum intendit: *durisiet* ardebit vehementissimè & continuè: ut Leuit. 6. v. 9. Sic infra Cap. 17. vers. 4.

VERS. 15.

Tu scis Domine, &c.] Alij: *Tu nosti Iehoua*, &c. Ultima pars concionis, ut dictum est Cap. 14. v. 1. Oratio, qua propheta Deo se, suam fidem, & administrationem probans, totum committit ipsi ad seruandum ipsum, & aduersarios iudicandos, quatuor versibus: cui Deus spondet vicissim omnia necessaria, tribus ultimis.

ET TVERE ME.] *הנקם* *hinnakem* est vel imperatiuus, vel infinitiuus Niphil: & *vindicare mihi*. id est, *vindica me, ultionem fac mihi*. vel, & *ultio fiat mihi*. Quidam: *ultionem sume pro me*. Forsterus: *ut facias vindictam mihi*. Alij: & *ulciscere me*.

NOLI IN PATIENTIA TVA SVSCIPERE ME.] Alij ex Heb. 1. *non in longitudine ira tua tollas me*. de medio. id est, ne dum differes vindictam, prius moriar quam sumpseris pœnas de hostibus meis. 2. *non ad longitudinem nasi tui suscipias me*. 3. *pro longanimitate tua ne intercipito me*. Sed seruato me in functione mea: eclipsis contrarij, ut Genes. 33. vers. 10.

SCITO QVONIAM SVSTINVI PROPTER TE OPPROBRIVM.] Alij: 1. *agnosce me ferre propter te opprobrium*. 2. *cognosce quod propter te probrum fero*.

VERS. 16.

INVENTI SVNT SERMONES TVI, ET COMEDI EOS.] Alij ex Heb. 1. *Quum inuenta sunt à me verba tua, deuoravi illa*. id est, libentissimè hauriebam & excipiebam tanquam suauissimum cibum. 2. *Quum adfuerunt verba tua comedi illa*. metaphoricè, pro, *admissi illa*. ut Ezechiel. 3. v. 1. exornatio præcedentis propositionis, qua propheta primùm fidem suam, obedientiam, studium (de quo dixerat, Tu nosti, præcedente versu) exponit duobus versibus; deinde curari & seruari petit, suo & piorum nomine, vers. 18.

QVONIAM INVOCATVM EST NOMEN TVVM SVPER ME.] id est, quia te colo & inuoco. Alij: *quandoquidem vocor de nomine tuo, ô Iehoua, &c.* id est, dicor seruus tuus, propheta tuus, &c.

VERS. 17.

NON SEDI IN CONSILIO LVIDENTIVM ET GLORIATVS SVM.] Alij: 1. *Non versatus sum in cœtu iocantis, ut exultarem*. 2. *Non sedi in concilio irrisorum, aut exultavi*, hoc est, impiorum, profanorum, qui omnia diuina & humana irrident, & pro ioco ac ludo habent.

A FACIE MANVS TVÆ SOLVS SEDEBAM;

QVONIAM COMMINATIONE REPLESTI ME.] 2. Propter prophetiam tuam, quam mihi inspirasti, solus sedi, quia indignatione tua replesti me. id est, omnes me abiiciunt propter prophetiam, quam credidisti mihi, plenam indignatione aduersus populum tuum. 3. *Sed propter manum tuam*, hoc est, prophetiam, qua me dignatus es, *solus habito*, quia impatienti indignatione replesti me. id est, prophetia continente grauissimam indignationem in populum. 4. *Propter manum tuam solus sedi quia indignatione repleuisti me*. aduersus populum hunc in peccatis obfirmatum & reiectum à te: quamobrem se solitarium sedisse ait. Ut Molchen fecisse legimus Exod. 33. vers. 7. & ipse optauit supra Cap. 9. v. 2.

SOLVS SEDEBAM.] id est, tristis ac mœrens, fugiens hominum consortium.

VERS. 18.

DOLOR MEVS PERPETVVS ?] Heb. *dolor meus victoria*? id est, inuictus, insuperabilis Alij: 1. *aternitas*, seu *aternitatis*, qua est victoria temporis, id est, aternus, perpetuus, seu immedicabilis. Forsterus annotat, quando nomen *נצח* *netzach* cum nomine substantiuo constructur, adiectiuè accipiendum esse, sed præstat ad sententiæ incrementum abstracte lumi: ut *quid fuit dolor meus victoria*, vel *aternitas*?

ET PLAGA MEA DESPERABILIS.] *אנושא* *onuschah*, egerrima, mortifera, lethalis, desperata, incurabilis, immedicabilis, insanabilis, vide in Iob. 34. v. 6. Alij: *plena doloris, dolorosa, erummosa*.

RENVIT CVRARI, FACTA EST MIHI QVASI MENDACIVM AQVARVM INFIDELIVM.] Alij ex Heb. 1. *qua renuit curari, & tu omnino es mihi, ut aqua, que fallunt, & firma esse nesciunt*. 2. *renuit curari, essendo eris mihi velut vena vel fons, mendacij seu mendax, & velut aqua, que non sunt fideles*, id est, ut fons cuius aqua aliquando cessant, & ut aqua non continuæ aut perennes. Cum, inquit, sperarem te laturum mihi auxilium, deseruisti me. 3. *si renueret curari existendo esses, vel omnino esses mihi similis fallaci*, cum salutem & curam Ecclesiæ tuæ ante receperis ab aeterno; *aquis instabilibus*, id est, torrentibus, qui momento coorti, momento euanescent, ut depinguntur, Iob. 6. v. 15. & sequentibus: nam contra Deus fons appellatur salutis Ecclesiæ, Isaia, 12. v. 3.

FACTA EST MIHI.] Futurum *יביחיה* *ibihieh*, potest esse tertia persona fœminea; eris, ut de Deo dicatur:

QVASI MENDACIVM AQVARVM INFIDELIVM.] Vox *אחזאב* *achzab*, & propter accentum & propter Camets esse non potest in regimine, vnde plerique vertunt: *quasi mendacium, & quasi aqua infideles*. Plerique Hebræorum *ACHZAB* concretum faciunt: *veluti mendax, fallax, falsus*: Alij subaudiunt: *sicut vena aut fons mendacij, seu mendax, & sicut aqua infideles*. Hispanicus interpres reddit: *Eres conmigo como mentiroso, aguas que no son fieles*, id est, *manadero que al mejor tiempo salta*.

VERS. 19.

PROPTER HOC HÆC DICIT DOMINVS.] Alij: *Idcirco sic ait Iehoua*. Responsum Dei

probantis officium jirmeiæ, hoc versu, & confirmantis ab omnibus aduersis, duobus sequentibus.

SI CONVERTERIS, CONVERTAM TE.] Alij ex Heb. *si redieris vel si conuersus fueris, aut si conuertaris.* Invitat Deus prophetam ad pœnitentiam, nam visus est superiore versu impatienter loquutus: *restituam te*, id est, parcam tibi, vel remittam, & condonabo tibi peccata tua. Quidam volunt dicta hæc in persona populi: alioqui enim jirmeia non peccauerat, nec recesserat à Deo. 2. *quando quidem converteris prout conuerto te*, id est, ad ea quæ impero tibi.

ET ANTE FACIEM MEAM STABIS.] Quidam iungunt antecedentibus: *restituam te, ut stes coram me*, id est, ut sis mihi charus, quasi dicat, prosequar te omni favore & gratia: nam quæ nobis grata sunt, solemus in conspectu habere. Alij: *coram me stas*, id est, ministras mihi, ut interpretatur Mosche, Deuteronom, 10. v. 8. quòd ministrantes dominis astare soleant in præsencia.

ET SI SEPARAVERIS PRETIOSUM A VILI, QVASI OS MEVM ERIS.] Alij: 1. *& si educeris pretiosum à vili, eris ut os meum.* Pretiosum, electos; vile, improbos intelligit: Si dederis, ait, operam ut conuertas electos; accidet tibi, ut ego prædixero tibi. 2. *Quandoquidem, inquam, educis rem pretiosam à vili, tanquam os meum es*, id est, prophetando discernis quidquid bonum est à malo, & incorruptè, ac sine acceptione personarum verum doces, & falsum abdicas, tanquam si ego ipse loqueret. Aliqui exponunt, si dederis operam ut ex improbis probos facias, tam pretiosus & charus mihi eris, ut est mihi cha-

rum os meum. Hispanice, *te estimare como ami cara.*

CONVERTENTVR IPSI AD TE, ET TV NON CONVERTERIS AD EOS.] Alij: 1. *ipsi ad te conuertantur, tu autem ad eos non conuertaris*, id est fac, ut qui recesserunt à legibus Dei, tibi acquiescant, & tu ne acquiescas illis. 2. *conuertentur ipsi ad te*, id est, tibi subiicientur, te superiorem & validiorem sentient, & *tu non conuertèris ad eos*, id est, non subiicies eis, non erunt te fortiores. Nam dedi te contra eos murum æreum, &c. versu sequente. 3. *reverti debuerant isti ad te*, nimirum si vellent seruari, quod planè negligent perstantes in obfirmatione sua *non autem tu reverti ad eos.* pseudopphetarum exemplo videlicet, qui ad illos reuertuntur aucti à me, & sua dicta illorum studiis accommodant; ut supra cap. 14. v. 14. & Michææ. 2. v. 11.

ET DABO TE POPVLO HVIC IN MVRVM ÆREVM, FORTEM.] Quidam: *Ideo oppono te populo isti pro muro aneo munitissimo*, nempe quia non reuertuntur ad te, sed opponunt se ipsos tibi. Vide Proverbum. *Murus aeneus.* Chiliadis. 2. Centuriæ 10. Adagio. 25.

ET BELLABVNT ADVERSVM TE, ET NON PRÆVALEBVT, QVIA, &c.] Alij: *ut oppugnantes te, non prævaleant tibi: quia tecum sum ad seruandum te, & ad eripiendum te*, dictum Iehoua vide supra cap. 1. v. 8. & 19. vbi sunt eadem fere verba.

PESSIMORVM.] malorum hominum, FORTIVM.] *גְּבָרִים gharizim, prævalidorum, præpotentium, violentorum, Tyrannorum, formidabilium, terribilium*, vide in Iob. 6. v. 23.

VERS. 20.


VERS. 21.

CAPVT XVI.

Prohibet Dominus ne propheta uxorem ducat, denunciât Iudeos vario mortis genere interituros, ita ut mortui non sepeliantur nec plangantur à viuis propter idololatriam patrum ac filiorum, & derelictam legem Domini: sed postea per piscatores ac venatores reducet eos Dominus in terram suam, in qua ipsi vnà cum Gentibus confitebuntur Domino peccata sua.

Vulg.

Malus.

1  T factum est verbum Domini ad me, dicens:
2 Non accipies uxorem, & non erunt tibi filij & filia in loco isto.

3 Quia hæc dicit Dominus super filios & filias, qui generantur in loco isto, & super matres eorum, quæ genuerunt eos: & super patres eorum, de quorum stirpe sunt nati in terra hac:

1  T fuit verbum IHVH ad me, ad dicere:
2 Non accipies tibi viram: & non erunt tibi filij & filia in loco isto.

3 Quia sic dixit IHVH super filios, & super filias natos in loco isto, & super matres eorum parientes eos, & super patres eorum generantes eos in terra ista.

4 Morti

4 Mortibus agrotationum morientur: non plangentur, & non sepelientur, in sterquilinum super faciem terra erunt: & gladio & fame consumentur: & erit cadauer eorum in escam volatilibus caeli, & bestiis terra.

5 Hac enim dicit Dominus: Ne ingrediaris domum conuiuij, neque vadas ad plangendum, neque consolers eos: quia abstuli pacem meam à populo isto, dicit Dominus; misericordiam & miserationes.

6 Et morientur grandes & parui in terra ista: non sepelientur, neque plangentur, & non se incidens, neque caluitium fiet pro eis.

7 Et non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo: & non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo & matre.

8 Et domum conuiuij non ingrediaris, ut sedeas cum eis, & comedas & bibas:

9 quia hac dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego auferam de loco isto in oculis vestris, & in diebus vestris, vocem gaudij, & vocem sponsæ.

10 Et cum annunciaueris populo huic omnia verba hac, & dixerint tibi: Quare locutus est Dominus super nos omne malum grande istud? quæ iniquitas nostra: & quod peccatum nostrum, quod peccauimus Domino Deo nostro?

11 Dices ad eos: Quia dereliquerunt me patres vestri, ait Dominus: & abierunt post deos alienos, & seruiuerunt eis, & adorauerunt eos: & me dereliquerunt, & legem meam non custodierunt.

12 Sed & vos peius operati estis, quàm patres vestri: ecce enim ambulat vnusquisque post prauitatem cordis sui mali, ut me non audiat.

13 Et eiiciam vos de terra hac, in terram, quam ignoratis vos, & patres vestri, & seruietis ibi diis alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem.

14 Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non dicetur ultra: Viuit Dominus qui eduxit filios Israel de Terra Ægypti,

4 Mortibus agrotationum morientur, non planctu celebrabuntur, & non sepelientur; ^a stercore super facies humi erunt: & in gladio & in fame consummabuntur, & erit cadauer eorum comestioni volatili caelorum, & ^b animali terræ.

5 Quia sic dixit IHVH; Non venies domum ^c conuiuij - funebris, & non ambulabis ad celebrare-planctum, & non diuagabis eis: quia collegi pacem meam de ^d ad populum istum, Fidelis-sermo IHVH, ^e benignitatem, & ^f inuisceraciones.

6 Et morientur grandes & parui in terra ista, non sepelientur; & non celebrabunt-planctum eis, & non latrocinari-fese-faciet, & non caluabitur eis.

7 Et non rumpent eis super luctu, ad consolari eum super mortuo: & non potare-facient eos calicem consolationum super patre suo & super matre sua.

8 Et domum conuiuij non venies, ad sedere ^h ad eos ad comedere & ad bibere.

9 Quia sic dixit IHVH TZEBAOTH, ELOHIM Israelis; Ecce ego cessare-faciens de loco isto, ⁱ oculis vestris, & in diebus vestris, vocem gaudij, & lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ.

10 Et erit, ^k quia annuntiabis populo isti omnia verba ista, & dicent ad te; Super quid loquutus-fuit IHVH super nos omnem malitiam grandem istam? & quid ^l prauitas nostra, & quid erratum nostrum quod errauimus IHVH ELOHIM nostro!

11 Et dices, ad quod dereliquerunt patres vestri me, Fidelis-sermo IHVH; & ^m ambulauerunt post deos ⁿ alienos, & ^o seruiuerunt eis, & ^p procumbe-re se-fecerunt eis: & me dereliquerunt, & legem meam non obseruauerunt.

12 Et vos malefecistis ad facere ^q de patribus vestris: & ecce vos ambulantes ^r vir post intentionem cordis sui mali, ad ^s nequaquam audire ad me.

13 Et protelabo vos de super terram istam, super terram, quam non cognouistis, vos & patres vestri: & ^t seruietis ibi ad deos ^u alienos ^v die & noctu, ^w qui non dabo vobis gratiam.

14 Ad sic, ecce dies venientes, Fidelis-sermo IHVH, & non dicetur ^y adhuc, Viuens-IHVH qui ascendere-fecit filios Israelis de terra Ægypti:

15 ^a Quia

^a fimo, sterquilinio, fimo
^b bestiarum, itinamento,

^c feralis-epuli

^d cum populo isto
^e vide Genes. 22. 16. sic
v. 11. 14. 16.

^f beneficentiam, pietatem
^g viscera-miserationum
dix

^h apud eos, cum eis

ⁱ datinus, ad oculos vestros

^k quum

^l curritas, distortio, peruersitas

^m sequuti sunt deos
ⁿ alios, extraneos
^o coluerunt

^p præ

^q quisque
^r neutiquam, non omnino
^s coletis
^t v. 17.
^u tota die
^v quod, vel
^w quo aut quibus
^y ultra, amplius, deinceps

Sup. 2. f. 26.



15 *sed, Viuit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Aquilonis, & de vniuersis terris, ad quas eieci eos: & reducam eos in terram suam, quam dedi patribus eorum.*

16 *Ecce ego mittam piscatores multos dicit Dominus, & piscabuntur eos: & post hac mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum.*

17 *Quia oculi mei super omnes vias eorum: non sunt abscondita à facie mea, & non fuit occultata iniquitas eorum ab oculis meis.*

18 *Et reddam primum duplices iniquitates, & peccata eorum: quia contaminauerunt terram meam in morticinis idolorum suorum, & abominationibus suis impleuerunt hereditatem meam.*

19 *Domine fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis: ad te Gentes venient ab extremis terra, & dicent: Verè mendacium possederunt patres nostri, vanitatem, qua eis non profuit.*

20 *Numquid faciet sibi homo deos, & ipsi non sunt dij?*

21 *Idcirco ecce ego ostendam eis per vicem hanc, ostendam eis manum meam, & virtutem meam: & sciant quia nomen mihi Dominus.*

15 ² *Quia si, ascendere fecit filios Israel de terra septentrionis, & de omnibus terris, quibus impulit eos inibi: & reuertere faciam eos super humum suam, quam dedi patribus eorum.*

16 *Ecce ego mittens piscatoribus multis, Fidelis sermo IHVH, & piscabuntur eos: & post sic mittam multis latronibus & latrocinabuntur eos de super omnem montem, & de super omnem collem, & de cavitatibus rupium.*

17 *Quia oculi mei super omnes vias eorum; non abscondentur de ad facies meas: & non abscondita fuit prauitas eorum de presentia oculorum meorum.*

18 *Et pacificabo primum secundarium prauitatis eorum & errati super violare eos terram meam: in cadauere abominationum suarum, & abominationibus suis impleuerunt hereditatem meam.*

19 *IHVH obfirmatio mea, & munitio mea, & effugium meum in die coangustationis: ad te gentes venient de defectibus terræ, & dixerunt, Venuntamen falsitatem hereditauerunt patres nostri, vanitatem, & non in eis subleuans.*

20 *An faciet sibi homo deos: & ij non dij.*

21 *Ad sic ecce ego cognoscere faciens eos in ictu isto; cognoscere faciam eos manum meam, & praualescentiam meam; & cognoscent quia nomen meum IHVH.*



COMMENTARIA.

VERS. 1.



FACTVM EST VERBVM DOMINI AD ME DICENS.]

Alij: *Et fuit verbum Iehoua ad me, edicendo.* Huius, inquit, concionis duobus comprehensæ Capitibus, quæ eadem argumento est cum præcedentibus, summæ partes sunt quatuor, præter inscriptionem, vers. 1. prima est, propositio iudiciorum Dei cum typo triplice, vsque ad vers. 10. Secunda est, contestatio Iudæorum de peccatis ipsorum, inserta piorum consolatione de instauranda Ecclesia, & iudicij denuntiatione, inde vsque ad vers. 5. cap. 17. tertia est, confirmatio propositionum præcedentium, vsque ad vers. 19. postrema est, conclusio à breui repetitione fœderis, promissionumque, & minarum comprehensarum fœdere.

VERS. 2.

NON AGGIPIES, &c.] Alij: *Ne ducito tibi*

vuxorem, &c. Huius propositionis typi, & partes sunt tres: primus typus venturas calamitates exponit, tribus versibus; typus secundus & tertius grauitatem eorum amplificat: nimirum nullum fore consolationis locum, vers. 5. 6. & 7. & nullam plane læticiam, vers. 8. & 9.

IN LOCO ISTO.] Anathoth. vel potius in Ierusalem, aut Iudæa.

MORTIBVS AGROTATIONVM MORIENTIVR.] Exponunt, id est, omni morborum genere, variis morbis. videtur pestem intelligere, quæ varios morbos vulgat inter corpora. Alij: *Mortibus agritudinum*, id est, ægerimis, & cruciabilibus, magnorum dolorum & cruciatuum. Nonnulli: *Mortibus agrotantium*, seu *valetudinariorum*. id est, lentis & longis morbis.

IN STERQVILINIYM SVPER FACIEM TERRÆ

RÆ BRVNT.] Alij: in stercus, seu pro simo in superficîe terræ erunt. vide supra cap. 8. v. 2.

VERS. 5.

HÆC ENIM DICIT DOMINVS, &c.] Alij: *Quin sic Iehoua, &c.* Alter typus & pars propositionis, vt diximus in vers. 1. in quo propheta gradatim funebres cæremonias, & ordine profequitur; prima est, vt qui in luctu sunt antequam efferatur funus, à designatoribus, siue magistris funebrium cæremoniarum informentur de cultu, amictu, ritu, ordine, & cæteris rebus ad compositum luctum pertinentibus; quos homines Tullius & Seneca, designatores vocant: Secunda est, profectio funeris: tertia est, lugentium consolatio elato funere: quas partes propheta profequitur versibus sequentibus.

NE INGREDIARIS DOMVM CONVIVII.] S. Hieron. [*Moris autem est lugentibus ferre cibum & præparare conuiuium: qua Græci peridcipna vocant, & à nostris vulgo appellantur parentalia, eo quod parentibus iusta celebrentur. Præcipitur ergo propheta, ne vllum de populo consoletur, nec se misceat inimicorum Dei conuiuiis, nec iusta celebret super funeribus defunctorum.*] Cæterum de voce מרזעח marzeach ambigitur inter diterus Hebraicæ literaturæ. Hebræi ferè luctum interpretantur: alij ex ipsis, & ex nostris, epulum-ferale, conuiuium funebre. quod fieri solebat in exequiis mortuorum. De quo ritu apud varias gentes, & etiam Hebræos vide complura apud Stukchium lib. 1. Antiquitatum Conuiualium, cap. 26. & Kirchmannum lib. 4. de Funeribus Romanorum, cap. 4. 5. & 6. Forsterus notat id nomen cognationem habere cum verbis זרעח zarach, oriri, & רחח rathach ebullire. [*vt MARZEACH sic coctio & elixatio, qualis fiebat in exequiis mortuorum: unde, inquit, pro taberna transfulerunt.*] scilicet, Reuchlinus, qui hîc reddit: *Ne ingrediaris domum cauponariam, seu cauponam, aut tabernam.* Tremellius, Iunius, & Buxtorfius exponunt: *Ne ingreditor domum designatoris.* Aiuntque MARZEACH, esse curatorem, seu designatorem funebrem, qui scilicet informat de omnibus quæ ad luctum, & parentalia pertinent, qui erat quasi magister funebrium cæremoniarum; hunc veteres appellabant *designatorem*, vel *designatorem*; de quo vide Budæum Prioribus Annotationibus in Pandectas, pag. 358. Franciscum Iunium in librum Tertulliani de spectaculis, cap. 10. Kirchmannum lib. 4. de Funeribus, cap. 9. De voce MARZEACH, vide Ioannem Mercerum in Commentariis Hamos 6. v. 7. plura differrentem.

NEQVE CONSOLERIS EIS.] Heb. & non diuagabis eis. vide supra cap. 15. v. 5.

QVIA ABSTVLI PACEM MEAM A POPVLO ISTO.] Heb. *quia collegi pacem meam, &c.* Quidam: *quia recepi pacem meam à populo isto.* id est, subtraxi & ademi omnem prosperitatem & bonum. siue omnem gratiam & amicitiam meam. Sic verbum colligendi sæpius in Scriptura vsurpatur, vide supra cap. 8. v. 1.

VERS. 6.

ET MORIENTVR GRANDES ET PARVI IN TERRA ISTA, NON SEPELIENTVR, NEQVE PLANGENTVR.] Quidam reddunt: *Quum mortui fuerint magni & parui in terra ista, non se- Maluenda, In libr. Jerem.*

pelientur, neque plangent eos. id est, nulla adhibebuntur designatorum documenta, aut iohannes cæremoniarum funebres, tumultuariæ fient omnia.

ET NON SE INCIDENT.] Heb. & non latrocinari, lancinari, lacerari, incidendi sese faciet. Quidam: & non cadetur. Impersonaliter, *pro neque casuram inducet sibi quisquam.* quam cæremoniam incidendi seipsum, à gentibus acceptam Iudæi obseruabant contra legem: de quo impio ritu vide in Leuit. 19. v. 28. & cap. 21. v. 5. & Deuteronom. 14. v. 1.

NEQVE CALVITIUM FIBT PRO BIS.] Heb. & non caluabitur pro illis. Impersonaliter, *pro neque caluitium induceret sibi pro illis quisquam,* vide in Deuteronom. 14. v. 1.

ET NON FRANGENT INTER EOS LVGENTI PANEM AD CONSOLANDVM SVPER MORTVO.] Variè ex Heb. interpretantur: 1. *Et non extendent sese eis,* id est, non venient ad eos super luctum, ad consolandum eum, id est, vnumquemque eorum, super mortuo 2. *Et non expandent manus suas propter illos in luctu ad consolandum vnumquemque superstitum super mortuo vel ob mortuum.* Gestus enim est lugentium & consolantium, extendere, & iactare manus. Quidam exponunt: *Non expandent manus, easque expansas complodent,* quod fieri solet in luctu, nempe percuttere manum ad manum. 3. *Et non frangent seu rumpent manus scilicet & corpus,* vt in luctu fieri solet, 4. nonnulli Hebræorum sequuti Nostrum: *Et non frangent-panem propter eos in luctu ad consolandum eum super mortuo,* id est, non distribuent pauperibus panem seu eleemosynas in morte eorum ad consolandos, vel pauperes, vel cognatos defuncti, quasi dicat, non celebrabunt agapes seu charites funebres propter eos de more Iudaico, vt fit etiam hodie à Christianis. Vide Tobia. 4. v. 18. 5. Tremellius, Iunius, Buxtorfius; *Neque imparientur cibum illis in luctu ad consolandum vnum de mortuo,* id est, comites, qui funus profecti fuerint, non conficiunt silicernium, id est, cænâ, qua veteres funus exequuti utebantur ad consolandos proximos & necessarios mortui. Sic Ezechiel. 14. v. 17. & sequentibus De silicernio vide complura apud Stukchium Conuiualium Antiquit. lib. 1. cap. 26. & Kirchmannum lib. 4. de Funeribus, cap. 4.

ET NON DABVNT EIS POTVM CALICIS AD CONSOLANDVM SVPER PATRE SVO ET MATRE.] Alij: 1. *neque bibendum dabunt eis ex poculo consolationum de patre vllius & de matre vllius eorum.* 2. *nec potabunt eos poculo consolatorio propter patrem eorum, & propter matrem eorum.* Nam olim in memoriam mortuorum merum vinum bibere solitos constat; S. Augustinus De Moribus Ecclesiæ, cap. 34. [*Nouimus multos qui quum luxuriosissime super mortuos bibunt, super sepultos seipsum sepeliunt.*] Apuleius lib. 4. Atini [*Poculis aureis memorie defunctorum commilitonum vno mero libant.*]

ET DOMVM CONVIVII NE INGREDIARIS, &c.] Alij: *Denique in domum conuiuij ne ingreditor vt assideas eis, &c.* videlicet vli-

TT c

lius,

VERS. 7.

VERS. 8.

lius conuiuij, quod celebretur hilariter & festiue inter populares.

VERS. 9. VOCEM GAVDII, ET VOCEM LETITIÆ. &c.] vt supra cap. 7. v. 34.

VERS. 10. ET QVVM ANNVTIAVERIS POPVLO HVIC OMNIA VERBA HÆC, &c.] Quidam: *Erit autem, quum indicaueris populo isti omnia verba hæc, &c.* Secunda pars concionis, vt dictum est in vers. 1. qua Deus per prophetam primùm Iudæos contestatur, & sententiam fert exilij, quatuor versibus; deindè bonos promissionibus instaurandæ Ecclesiæ erigit, vers. 14. & 15. ac postremo singulas huius contestationis, & promissionis partes exornat, sequentibus, vide de hoc versu supra cap. 5. v. 19.

VERS. 11. ET ADORAVERVNT EOS.] Heb. & *procnubuerunt*, vel *prostrauerunt-se eis* aut & *proci-dentes-adorauerunt eos.* Quidam: & *incurua-nerunt se eis honorem exhibentes.*

VERS. 12. SED ET VOS PEIUS OPERATI ESTIS QVAM PATRES VESTRI.] Heb. *Et vos male egistis faciendo præ maioribus vestris.* Quidam: *vos verò peius fecistis quam maiores vestri.*

ECCE ENIM AMBVLAT VNVSQVISQVE POST PRAVITATEM CORDIS SVI MALI, &c.] Alij ex Heb. 1. *ecce enim vos inceditis quisque post prauam libidinem cordis sui mali, quo minus me audiat.* 2. *nam ecce vos itis post aspectum cordis vestri mali siue, sequimini quisque sententiam animi sui pessimi, non auscultando mihi.* 3. & *ecce vos euntes vnusquisque post duritiem seu obstinationem cordis sui mali pro non audire ad me, siue, vt non obaudiatis mihi, vide supra cap. 7. v. 24.*

VERS. 13. ET EIICIAM VOS DE TERRA HÆC.] Alij: 1. *Et exonerabo vos ex terra ista.* Hypallage, pro *exonerabo terram vobis.* quod improbi sint veluti oneri & sarcinæ ipsi terræ quod ferre non potest, & à quo opus sit ipsam exonerare, 2. *Propterea protelabo vos, seu eiiciam eminus è terra ista. & seruietis ibi diis alienis die ac nocte.* Alij: & *coletis ibi deos alienos interdiu & noctu.* Synchoretica seu concessiua loquutio. id est, poteritis vsque ad fatietatem deos externos colere, quod tanroperè auetis, versantes, ibi inter idòlòlatrias: aut, cogemini, etiamsi minimè velitis, seruire diis, quod modo tam sponte & auide facitis.

QVI NON DABVNT VOBIS REQVIEM.] Hebr. *qui non dabo vobis gratiam.* Alij: *quia non dabo vobis misericordiam.* id est, faciam vt hostes non misereantur vestri, sed cogant vos ad idola colenda. 2. *in qua terra, vel vbi nec clementiam vobis impertiar.* 3. *quandiu non dederò vobis gratiam.* id est, totò tempore, quo decreui vos exulare, neque vobis conciliari gratiam apud dominos vestros, vt factum est temporibus Cyri. Sunt autem hæc verba metabatica, seu transitiva ad sequentem promissionem.

VERS. 14. PROPTEREA ECCE DIES, &c.] Alij: *Idcirco ecce dies venturi sunt, dictum Iehoua.* Nimirum quia tempus similiter constitui, quo gratiam ineatis apud regem Cyrum, qui dominabitur vobis.

ET NON DICETVR VLTRA, VIVIT

DOMINVS, &c.] Alij: *quibus non dicetur amplius, vivit Iehoua; qui euexit Israe-litas è terra Egypti: sed, vivit Iehoua, qui euexit Israe-litas è terra aquilonis, &c.* id est, maius erit posterius beneficium priore, ac proindè prioris recordationem obscurabit. Nam beneficium hoc posterius non simpliciter ad tempus reuersionis Cyro regnante pertinet, sed ad totum illud tempus, quod reuersionem est consequutum, vsque in aduentum Christi, vt perstringit versus sequens, & copiosius explicant tres versus vltimi. vide infra cap. 23. v. 7. & 8.

DE TERRA AQUILONIS.] vt cap. I. VERS. 15. vers. 14.

ECCE EGO MITTAM: VEL MISSVRVS SVM.] Exornatio, vt diximus in versum 10. primum iudicij efficiendi in Iudæos, quod vers. 13. Deus denuntiauerat, comprehensa tribus versibus: deindè promissæ instauratio-nis tribus alteris: ac postremo contestationis, qua Deus ad seueram sententiam ferendam adducitur, quatuor primis versibus capitis sequentis.

PISCATORES MVLTOS.] Alij: *ad piscatores multos.* id est, Ægyptios versantes in aquis, & piscationi deditos, vt narrat Isaias cap. 19. vers. 8. Nam Pharho Necaò interfecit Ioschijam, Ioachazum vinctum adduxit, & regioni imposuit multam præficiens Iehojakimum, 2. Reg. 23. vers. 29. & sequentibus.

MVLTOS VENATORES.] Alij: *ad multos venatores.* id est, Chaldæos siue Babylonios, indè à temporibus Nimrodi celebres ab isto venationis genere, id est, latrones maximos: vide Genes. 10. vers. 8. & 9. complementum verò 2. Regum 14. & 25. & infra capite vltimo.

MVLTOS VENATORES, ET VENAVN-TVR EOS.] Nos vertimus: *ad multos latrones, & latrocina-buntur eos, seu latrocinium-exercebunt in eos.* quod verbum *יצוד* izud, propriè sit, à *latere insidiari*, quasi *laterare*, vt solent venatores captare feras, & latrones quando ex insidiis adoriuntur; vnde dicti sunt *latrones*, quasi *laterones*, quod nomen olim de militibus dicebatur; & Virgilius *venatorem, latronem vocat.* vide Genes. 10. vers. 9.

ET DE CAVERNIS PETRARVM.] Vide supra Cap. 13. v. 4.

QVIA OCULI MEI SVPER OMNES VIAS EORVM.] Alij: *Quia oculi mei sunt super omnes vias eorum intenti.* 2. *Quia oculi mei aduertunt ad omnes vias eorum.*

AB OCVLIS MEIS.] Heb. *de presentia, è regione, ex aduerso, à conspectu, oculorum meorum.*

ET REDDAM PRIMVM.] Alij: *Et repen-dam prius.* videlicet quam dies illi veniant, qui fuerunt promissi, supra vers. 14. & 15.

DVPLICES INIQUITATES ET PECCATA EORVM.] Heb. *duplum prauitatis eorum, & peccati eorum.* id est, peccatum abundè, vt Isaiæ 40. v. 2. numerus finitus pro infinito. Hispanicus Interpres: *Mas primero pagare al doble su iniquidad, y su pecado.* Vide infra Cap. 17. v. 18.

QVIA

QVIA CONTAMINAVERVNT TERRAM MEAM.] Heb. *super violare, polluere, profanare eos, terram meam*, id est, eo quod ipsi profanauerint terram meam.

IN MORTICINIS IDOLORVM SVORVM.] Heb. *in morticino, seu cadauere abominatio- num, execrationum, seu execrabiliu, vel de- lectabiliu suorum*. Quidam: *cadaueribus rerum delectabiliu suarum*, id est, humanis sacrificiis, quibus se litare abominandis suis idolis existimabant, vt infra Cap. 19 v. 4. & 5. & 6. & supra Cap. 7. v. 31. & Ezech. 16. v. 20. & 21. Alij, morticina idolorum, intelligunt cadauera animalium idolis sacrificatorum. Nonnulli per contemptum & ignominiam ipsamet idola dicta morticina & cadauera volunt, quod sensu & vita cassas morticinis ipsis essent viliora & abiectiora.

ET ABOMINATIONIBVS SVIS IMPLERVNT HEREDITATEM MEAM.] Alij: & *abominationibus suis*, id est, idolis abominandis, *impleuerint possessionem meam*. Possis reddere: & *abominationes eorum impleuerunt possessionem meam*, id est, Iudæam.

VERS. 19. DOMINE FORTITVDO MEA.] Vel *Iehoua robur meum*. Apostrophe, inquit, ad Deum, qua transit propheta ad secundum exornationis locum de promissionibus magnificis restituendæ Ecclesiæ, cum ex piis Iudæorum reliquiis, de quibus supra vers. 15. tum ex gentibus ad Deum conuersis per illustrationem Euangelij gloriæ Christi.

FORTITVDO MEA ET ROBVR MEVM.] Alij: *robur meum, & munitio mea*: & Sanctarum videlicet reliquiarum quas ad salutem prædestinaueris ex populo meo. Leo Iudæ: *Iehoua robur meum, & petra mea*. Forsterus: *Iehoua obfirmatio mea & munitio mea*. Sunt duæ voces eiusdem radicis, prior *nyghoz*,

fortitudo, obfirmatio, rober: posterior, *nyghmaghoz, munitio*, id est, locus natura vel arte obfirmatus & munitus, in quem homines se tempore persequutionis aut belli recipiunt, & se ab hoste tutos esse sperant.

AD TE GENTES VENIENT.] Fide & penitentia, illustratæ prædicatione Euangelij.

VERE MENDACEVM POSSEDERVNT PATRES NOSTRI.] Heb. *veruntamen, profecto, utique, falsitatem, falsum hereditario iure possederunt maiores nostri*. Confessio gentium, quam confirmat sequens versus, de vanitate idololatriæ.

QVÆ NON EIS PROFVIT.] Heb. & *non in eis subleuans, vel qui subleuet, vel inuet*. Alij: & *non est in eis vilitas*. 2. *in quibus nihil sui vilitatis, aut vile*. 3. & *non est in eis profectum faciens*, id est, in quibus nihil commodi aut emolumenti, seu utilitatis inest.

NVMQVID FACIET SIBI HOMO DEOS? ET IPSI NON SVNT DII.] Quidam: *An facturus esset sibi, homo deos? atqui isti non sunt dij*. re ipsa videlicet, et si opinione sunt supra cap. 10.

ID CIRCO ECCE EGO OSTENDAM.] Alij: *Idcirco ecce ego faciens vt experiantur*, id est, nimirum vt gentes cum Iudæorum reliquiis versentur in Ecclesia; ad participationem gloriæ Dei.

EIS PER VICEM HANC.] Quidam: *vt experiantur illi vice hac*, id est, illi Iudæi, exquisitione sententiæ meæ.


OSTENDAM EIS MANVM MEAM, ET VIRTVTEM MEAM.] Alij: *demonstrabo his, scilicet gentibus conuocandis ad fidem Euangelij, manum meam, & potentiam meam, &c. quia [Euangelium virtus Dei est in salutem omni credenti.] Romanor. I. v. 16.*


CAPVT XVII.

Iudæi in peccato obstinati, & ob id vastandi dicuntur: maledictus qui confidit in homine, & benedictus qui in Deo confidit: solus Deus scrutatur corda, & unicuique reddit iuxta viam suam: petit propheta à Deo, in quo spem habuit, liberari, & inimicos confundi: præcipit Deus de obseruando sabbato, vt omnia sint ipsi Ierusalem prospera, quæ alioqui igne consumetur.

Vulg.

Malu.

- 1  *Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararum eorum;*
 2 *Cum recordati fuerint filij eorum ararum suarum & lucorum suorum, lignorumque frondentium in montibus excelsis.*
 3 *Sacrificantes in agro: fortitudinem*
 Malucnda, In libr. Ierem.

- 1  *Peccatum Iudæ scriptum fuit in stylo ferri, in ungue adamantis: exaratum super tabulam cordis eorum, & in cornibus altarum vestrorum.*
 2 *Secundum recordari filios eorum altaria eorum, & lucos eorum, super lignum virens, super colles excelsos.*
 3 *Montanum, in agro strenuitatem*
 TT: a tuam,

a Peccatum, delictum
 b cum car- lamo

c datiuus ad cornua d arborem, sic v. 8, e viride, frondosum floridum f cum g v. c. 15. 13.

tuam, & omnes thesauros tuos in direptionem dabo, excelsa tua propter peccata in vniuersis finibus tuis.

4 Et relinqueris sola ab hereditate tua, quam dedi tibi: & seruire te faciam inimicis tuis in terra, quam ignoras: quoniam ignem succendisti in furore meo, vsque in aeternum ardebit.

Isa 10. a. 2.
Isa 51. a. 1.

5 Hec dicit Dominus: Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius.

6 Erit enim quasi myrica in deserto, & non videbit cum venerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto, in terra saluginis, & inhabitabili.

Psal. 1. a. 3.

7 Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius.

8 Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas: & non timebit cum venerit aestus. Et erit folium eius viride, & tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum.

9 Prauum est cor omnium, & inscrutabile: quis cognoscet illud?

10 Ego Dominus scrutans cor, & probans renes: qui do unicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum adinventionum suarum.

Apoc. 2.
c: 23.
Psal. 7.
cap. 20.
1. Reg.
16. b. 7.

11 Perdix fouit quæ non peperit: fecit diuitias, & non in iudicio: in dimidio dierum suorum delinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens,

12 Solium gloriæ altitudinis à principio, locus sanctificationis nostræ.

13 Expectatio Israel Domine: omnes, qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te, in terra scribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominum.

14 Sana me Domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero: quoniam laus mea tu es.

15 Ecce ipsi dicunt ad me: Vbi est verbum Domini? veniat.

16 Et ego non sum turbatus, te pastorem sequens: & diem hominis non desideravi, tu scis. Quod egressum est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit.

17 Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis.

18 Confundantur qui me persequun-

tuam, omnes thesauros tuos direptioni dabo: excelsa tua in errato in omnibus terminis tuis

4 Et dimittes liberè & in te de hereditua, quam dedi tibi; & seruire faciam te ^h ad maleuolentes tuos in terra, ^h apud quam non cognouisti; quia ignem inflammauistis in naso meo, vsque ad ⁱ aeternum adori fiet. ⁱ seculum, olim

5 Sic dixit IHVH, Maledictus ^k prauus, qui confidit in homine, & ponet carnem brachium suum: & de IHVH discedet cor eius. ^k vir, sic v. 7.

6 Et erit sicut myrica in campestri, & non videbit ^l quia veniet bonum: & ^m scenitabit ⁿ exusta in deserto falluginis, & non habitabitur. ^l quum ^m tabernaculabit, ⁿ cohabitabit ⁿ exultiones

7 Benedictus prauus, qui confidit in IHVH: & erit confidentia eius.

8 Et erit sicut lignum plantatum super aquas, & super productionem aquarum mittet radices suas; & non videbit ^o quia veniet calor; erit folium eius virens: & in anno cohibitionis non sollicitum erit, & non ^p discedet de facere fructum. ^o quum ^p desinet, desister ^q calcatur, asperum, supplantatorium. vsq. Esai 40. v. 4. ^r prae omnibus ^s auxium. vido cap. 15 v. 18. ^t sciet ^u opulentiæ

[9 ^q Calcaneatorium cor ^r de omni, & ^s desperatum ipsum, quis ^t cognoscet eum?]

10 Ego IHVH perscrutans cor, probans renes: & ad dare viro secundum viam eius, & secundum fructum ludicrorum eius.

11 Perdix incubauit, & non peperit; faciens ^v diuitiam, & non in iudicio: in medietate dierum suorum derelinquet eam; & in postremitate sua erit defluens.

12 Solium ^x grauitatis eleuatio de primo, locus sanctuarij nostri. ^x gloriæ, honori, splendoris, maiestatis ^y eruditi à me, seu disciplinati

13 Expectatio Israelis IHVH, Omnes derelinquentes tui pudefient: ^y castigati mei in terra scribentur, quia dereliquerunt venam viuentium IHVH.

14 Sana me IHVH, & sanabor; salua me, & saluabor; quia extollentia mea tu.

15 Ecce ij dicentes ad me; Vbi nam verbum IHVH? veniet, obsecro. ^z festinaui, properaui, acceleraui

16 Et ego non ^z incubui de pastore post te, & diem desperatum non concupiscere me feci, tu cognouisti: exitus labiorum meorum rectitudo facierum tuarum fuit.

17 Non eris mihi consternationi: protectio mea tu in die mali.

18 Pudefient persequentes mei, & non ^z sic ^z festinaui, properaui, acceleraui

ur, & non confundar ego: paucant illi, & non paucam ego: induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione conterere eos.

19 Hæc dicit Dominus ad me: Vade, & sta in porta filiorum populi. per quam ingrediuntur reges Iuda, & egrediuntur, & in cunctis portis Ierusalem.

20 & dices ad eos: Audite verbum Domini reges Iuda, & omnis Iuda, cunctique habitatores Ierusalem, qui ingrediimini per portas istas.

21 Hæc dicit Dominus: Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbati, nec inferatis per portas Ierusalem.

22 Et nolite eicere onera de domibus vestris in die sabbati, & omne opus non facietis: sanctificate diem sabbati, sicut præcepi patribus vestris.

23 Et non audierunt, nec inclinaverunt aurem suam: sed induraverunt cervicem suam, ne audirent me, & ne acciperent disciplinam.

24 Et erit: Si audieritis me, dicit Dominus, ut non inferatis onera per portas civitatis huius in die sabbati: & si sanctificaveritis diem sabbati, ne faciatis in eo omne opus:

25 Ingredientur per portas civitatis huius reges & principes: sedentes super solium David, & ascendentes in curribus & equis, ipsi & principes eorum, viri Iuda, & habitatores Ierusalem: & habitabitur civitas hæc in sempiternum.

26 Et venient de civitatibus Iuda, & de circuitu Ierusalem, & de Terra Benjamin, & de campestribus, & de montuosis, & ab Austris, portantes holocaustum, & victimam, & sacrificium, & thus, & inferent oblationem in domum Domini

27 Si autem non audieritis me ut sanctificetis diem sabbati, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Ierusalem in die sabbati, succendam ignem in portis eius, & devorabit domos Ierusalem, & non extinguetur.

non pudeam ego; consternabuntur ij, & non consternabor ego; venire-fac super eos diem mali, & secundario contractionis, confringe eos.

19 Sic dixit IHVH ad me, Ambula, & stabis in porta filiorum populi, qua venient in ea reges Iehudah, & qua exibunt in ea, & in omnibus portis Ierusalaim.

20 Et dices ad eos, Audite verbum IHVH reges Iehudah, & omnis Iehudah & omnes habitantes Ierusalaim, venientes in portis istis.

21 Sic dixit IHVH, Observati estote in animabus vestris: & non leuabitis leuandam in die Sabbati, & venire-facietis in portis Ierusalaim.

22 Et non exire-facietis leuandam de domibus vestris in die Sabbati, & omne ministeriale non facietis: & sanctificabitis diem Sabbati, secundum quod præcepi ad patres vestros.

23 Et non audierunt, & non extenrunt aurem suam, & perplexaverunt cervicem suam, ad nequequam audire, & ad nequaquam accipere disciplinam.

24 Et erit, si audire audieris ad me, Fidelis-sermo IHVH, ad nequaquam venire-facere leuandam in portis vrbis istius in die Sabbati, & ad Sanctificare diem Sabbati, ad nequaquam facere in eo omne ministeriale:

25 Et venient in portis vrbis istius reges & principes sedentes super solium David in vehentes in curru & in equis, ij & principes eorum, vir Iehudah, & habitantes Ierusalaim: & habitabitur vrbs ista æterno:

26 Et venient de vrbibus Iehudah, & de circuitibus Ierusalaim, & de terra Binjamin, & de humilitate, & de monte, & de meridie venire-facientes ascensionem, & sacrificium, & Minchah, & thus: & venire-facientes confessionem domum IHVH.

27 Et si non audieritis ad me ad sanctificare diem Sabbati, & ad nequaquam leuare leuandam, & venire in portis Ierusalaim in die Sabbati: & conflagrare-faciam ignem in portis eius, & comedet palatia Ierusalaim, & non extinguetur.

duplo, iterato, dupli-
citate

vide in Genes.
2. v. 2.
& 33 v. 14.
sic v. 24.

neutiquam
nō omnino:
sic deinceps

eruditione,
institutione
omnino

auscultauit
mibi

vide Genes.
22. 16.


vedi, equi-
tantes

dativus in
æternum, in
sæculum.

locis circum

locis de-
pressis, pla-
nitie

oblationem;
munus, sa-
cificium
cibarium,
sen fari-
naceum



COMMENTARIA.

VERS. I.



PECCATVM IYDA SCRIPTVM EST &c.] Tertia pars exornationis, vt dictum est cap. 16. v. 19. de peccato Iudæorum, duobus versibus; & sententia contra eos lata, duobus alteris, vt fuerant proposita supra cap. 16. v. 11. & sequentibus. Sensus est, peccatum aded tenaciter hæere animis Iudæorum, aded firmè impressum esse, & ipsos aded obduratos, vt desperetur de ipsorum seria pœnitentia.

STYLO FERREO.] vel ferri. id est, fortissimo, qualem esse oportet, quo ferrum inciditur. sed præstat *stylum ferri*, graphium accipere, quo olim in cereis tabellis scribebant. Plinius lib. 34. cap. 14. [*Et stylo scribere intutum est, vt vetustissimi auctores prodiderunt.*] Alij legunt: [*Et stylo ferreo scribere vetitum est. legerim potius, institutum est.*

IN VNGVE ADAMANTINO.] Possit esse materia, hoc sensu; exaratum est in tabula cordis eorum tanquam in vngue adamantino, id est, in tabula adamantina nitore, & læuore rennquem referente. Sed præstat vt sit instrumentum, cum vngue adamantino, *ungue*. ציפּוּרֵן *tzipporen*, *unguis*, *ungula*, Deuteron. 21. v. 12. methaphoricè volunt esse, *stylum*, *scalprum*, *ferramentum* quo lapides inciduntur & veluti scalpuntur aduncum in modum unguis.

ADAMANTINO.] שְׁחָמִיר *schamir*. Forsterus: [*Est nomen lapidis pretiosi, quem putant esse adamantem. Certum est à seruando esse dictum, quod plurimum obseruetur ac in pretio habeatur: forte idem est, quod magnes, qui ferrum seruat.*] Schindlerus: [*Schamir, lapis durus, ferro indomabilis, adamas, aut petra dura, silex.*] Marinus hariolatur esse *cuprum*. Buxtorfius: [*Schamir, lapis durissimus, quasi diu seruabilis, & diuturnus, adamas.*] Locum variè exponunt: 1. *ungue adamantino*. Hispanicus Interpres: *con puta de diamante. apte.* 2. Iunius, Tremellius, Buxtorfius: *scalpro lapidis seruabilis, seu per diuturni. id est, scalpro valentissimo, quali opus est ad scalpendos lapides firmissimos, qui in æternitatem seruantur, neque gelicidiorum tempestate, neque tactu ignis, neque asparginibus vlla ratione facile corrumpuntur: cuius generis Statonienses lapides esse narrat Vitruuius lib. 2. 2. de Architectura, cap. 7. & Plinius lib. 36. Naturalis Historiæ, cap. 22. nam ab hac firma & solida natura istius lapidis orta est Hebræa appellatio: quasi lapidem seruabilem dicas: quod plerisque Interpretes adduxit vt exponerent, *adamantis*. 3. Marinus, in *ungue cupri*. Possis reddere: *ungue spine*. seu *sentis*. hoc enim passim significat *SCHAMIR*, id est, *ungue* seu *scalpro acuto instar spine*. Indicat propheta istiusmodi allegoriis peccata Iudæorū alte impressa & sculpta in animis eorum, obfirmata esse prorsus, & inde lebilis.*

EXARATVM SVPER LATITVDINE CORDIS EORVM.] Quidam: *exaratum in tabula cordis eorum*. id est, ita impressum vt intimè hæreat, & foris sit expositum, priuate & palam.

ET IN CORNIBVS ARARVM EORVM.] Heb. *ad cornua altarium vestrorum*. Apostrophe ad Iudæos mutata persona, idololatriam indignissimam exprimens, quasi dicat, ipsa altaria, super quæ idolis sacrificatis, quæ magnificè extruitis, abundè testatam reddunt, & quasi publicè inscriptam & expositam vestram impietatem. vel ipsis cornibus & manubriis, seu lateribus altarium palam inscribitis & inculpitis nomina idolorum, quibus ea altaria dedicauistis, vt Actor. 17. v. 23.

CVM RECORDATI FVERINT &c.] Hung versum alij ex Heb. exponunt: 1. *Vt filij eorum monumenta habeant ararum eorum, & lucorum eorum, ad arbores frondosas, & in editis collibus*, quasi dicat, reliquerunt filiis suis monumenta & imitamenta suæ impietatis. 2. *Recordantur enim filij eorum ararum ipsorum & lucorum ipsorum, qua sunt iuxta arbores virides, & in collibus excelis.* 3. *Sicut recordantur filiorum suorum, ita recordantur ararum suarum, & lucorum &c.* quasi dicat, tam gratam habent memoriam altarium suorum, quam grata esse solet memoria filiorum charissimorum. 4. *Cum recordentur filij illorum altarium suorum & lucorum suorum; ad arbores virentes, ad colles altissimos.* Confirmatio præcedentis dicti de obfirmatione Iudæorum, ab ipsa puerorum testificatione, qui parentum idololatriam imbibentes, nunquam Iehouæ, sed idolorum semper recordentur: vt supra cap. 7. v. 18.

SACRIFICANTES IN AGRO.] Alij ex Heb. 1. *ò montane, vel, ò montane mi*, id est, ò Iehuda, qui soles versari in montibus, & illic idolis sacrificare, *in agro opes tuas &c.* 2. *Mons mi, in agro facultates tuas &c.* id est, ò Tzi-jon mons mi &c. vel ò montana Iehudææ, &c. 3. *Montem meum cum ipso agro.* id est, Tzi-jonem, vbi erat templum, de quo supra cap. 7. vers. 4. & sequentibus, cum tota Iehudæa, quæ erat ipsius ager; *copias tuas, omnes thesauros tuos direptioni exponam, &c.* vide supra cap. 15. v. 13. חָרָרִי *harari*, plerique Hebræorum nomen adiectiuum faciunt, *montanus, montosus*. Alij nomen substantiuum cum Affixo, *mons mi, vel montem meum.*

EXCELSA TUA PROPTER PECCATVM IN VNIVERSIS FINIBVS TVIS.] Alij: 1. *propter peccatum excelsum tuorum, qua sunt in vniuersis terminis tuis.* Heb. *ordo inuersus, excelsum tuorum propter peccatum, qua sunt &c.* 2. *excelsa tua, subaudi, dabo direptioni, propter peccatum idololatriæ, quod admittis, in omnibus terminis tuis. vel excelsa tua, qua statuisti in omnibus finibus tuis exponam direptioni, propter peccatum istud tuum idololatriæ.*

Et

VERS. 4. ET RELINQUERIS SOLA AB HEREDITATE TUA, QUAM DEDI TIBI.] Variè ex Heb. exponunt: 1. Leo Iudæ, & Auenarius, *Et dimittes, seu vacabis hereditate tua, quam dedi tibi.* 2. Sanctes: *Et remissio erit & in te ab hereditate tua.* &c. 3. Vatablus: *Et remissionem facies & in te ab hereditate tua.* id est, quiesces, siue cessabis à colenda terra tua, quam scilicet non fuisti quiescere septimo quoque anno iuxta præceptum meum, & erit remissio illa in te. quasi dicat, non erit remissio spontanea, sed coacta: priuaberis enim hereditate tua, & abduceris captiuus. 4. Forsterus: *Et dimissionem habebis libere etiam in te (vel quantum etiam ad te attinet) à possessione tua, quam dedi tibi.* [*Alludit autem propheta ad legem de dimissione Exod. 23. v. 11. & vult significare, quod non tantum terra dimissionem habebit, ne colatur & reddat prouentus, verum etiam ipse Iehuda propter peccata sua dimittendus sit liberè ab hereditate, quam neque possidere, neque ex ea fructum capere debeat.*] 5. Mercerus & Bertramus sequuti ferme Forsterum: *Et dimittes in te ab hereditate tua, est enim secunda persona masculina. vel dimissionem liberam habebis, & in te [quidem scilicet erit à dimissio] quasi dicat, Quod ad te attinet, tu etiam dimissionem experieris, sicut & terra.* Alludit ad præceptum de dimissione terre, Exodi 23. v. 11. significat autem non solum dimittendam, ne omnino colatur; sed & ipsum populum ob sua peccata dimittendum à sua hereditate, ut neque eam possidere, aut ex ea fructum possit ullum percipere.] 6. Tremellius, & Iunius: *Ita intermissionem facies tu, & in te, siue, & qui sunt apud te à possessione tua, quam dederam tibi.* id est, ad tempus exulabis, & terra habebit intermissionem à te, tuisque omnibus: allusio ad legem Exod. 23. v. 11. Deuteron. 16. ex interminatione, quæ est Lepit. 26. v. 43. & sequentibus.

VSQVE IN ÆTERNVM ARDEBIT.] Alij: *qui usque in seculum inflammabitur.* id est, in longum tempus, vt Exod. 21. vers. 6. fuit enim spatium annorum septuaginta, infra cap. 25. vers. 11. & cap. 29. vers. 10. vide supra cap. 15. vers. 14.

VERS. 5. HÆC DICIT DOMINVS, MALEDICTVS HOMO, &c.] Alij: *Sic ait Iehoua, Maledictus vir ille qui fiduciam habet in homine, &c.* Tertia pars concionis, vt dictum est, cap. 16. v. 1. Confirmatio præcedentium propositio de improborum casu & bonorum salute. Continet autem hæc confirmatio membra duo: primum est, propositio iustitiæ Dei in omnes, versibus quatuor: secundum, exornatio, quatuor alteris: tertium est, optatum prophetæ pro salute Ecclesiæ & sua, vers. 13. & quinque sequentibus. Iustitiæ autem diuinæ argumenta sunt duo: vnum contra improbos, hoc & sequente versu; alterum, erga bonos, v. 7. & 8. prout superiore capite posita fuerant in contestatione, vide ibi vers. 10.

ET PONIT,] vel statuit, *carnem brachium suum.*] vide in Isaia 31. v. 1. & 3.

VERS. 6. QVASI MYRICÆ, seu myrica IN DESERTO.] Alij: *sicut iuniperus, vel iuncus.* vide in Psalm. 101. vers. 8. Quidam reddunt: *Eris*

similis nudatissima arbori in loco campestri. Hoc autem de arbore accipiendum esse, cum adiuncta ostendunt, tum antithesis vers. 8. quasi dicat, erit siccus, sterilis, aridus, infructuosus, inutilis nullum bonum successum habebit, vt arbor nudata & destituta fructibus, floribus, foliis, & omni humore & succo natio & extrinseco in locis aridis & squalentibus plantata.

ET NON VIDEBIT, QVVM VENERIT BONVM.] Alij: *qua non sentit, quum aduenit bonum.* id est, imbrem, aut aliud aliquid tempestiuum plantis & commodum.

SED HABITABIT IN SICCATATE IN DESERTO.] Forsterus: *sed inhabitabit accensa, arida, adusta, horrida loca in deserto.* Alij: *qua sita est in siccitatibus seu siccissimis locis in deserto.*

IN TERRA SALSUGINIS.] Alij: *in terra saluginosa, salita, salsa.* id est, infructuosa, vt ostendit antithesis Psalm. 107. vers. 34. & infra, vers. 8. Hebr. proprie: *terra saluginis, salilaginis, desolationis, sterilitatis.*

ET INHABITABILI.] Alij: *& non habitabit, vel habitabitur, seu non habitabit quisque in ea.* Futurum צוּחַ thescheb, potest esse tertia persona fœminea, & secunda masculina.

ET ERIT QVASI LIGNVM QVOD TRANSPLANTATVR SVPER AQVAS.] Alij: 1. *Eris sicut arbor ad aquas plantata.* 2. *Nam erit similis arbori plantata secundum aquas.*

QVOD AD HVMOREM MITTIT RADICES SVAS.] Alij: 1. *radices suas ad riuum extendens.* 2. *& secundum processum aquarum mittenti radices suas.* 3. *& iuxta flumen, aqueductum, riuum extendet radices suas.* vide Psalm. 1. v. 3.

ET IN TEMPORE SICCATATIS NON ERIT SOLICITVM.] Alij ex Hebr. 1. *& in anno detentionis, vel priuationis pluuie seu imbrum, quam sequitur fames, non erit sollicita.* 2. *& anno cohibitionis, id est, quo cohibentur tempestates fructibus accommodata, siue imbres siue æstus, siue aliud impedimentum, tanquam vindemians intempestiuè prouenturos fructus: non est sollicita.* metaphoricè, ad significandam fidei & charitatis in viro bono plerophoriam. 3. *& in anno charitatis-annone, penurie, egestatis, id est, sicco & sterili, non formidabit.* 4. *in tempore praecisionis, vindemiationis, amputationis surculorum, non erit sollicita.* facile scilicet alios germinans. De voce בצורה batzoreth. vide supra cap. 14. vers. 1.

PRAVVM EST COR OMNIVM, ET INSCRVTABILE.] Variè alij ex Hebr. 1. Sanctes: *Supplantatiuum, deceptiuum, seductiuum, est cor pra omnibus rebus, & peruersum est, vel infirmum, seu validum.* id est, durum, vel fraudulentius, dolosius est cor omnibus, scilicet rebus. 2. Vatablus, *Fallax cor pra omnibus, & praefractum, obstinatum est.* id est, Nihil est, quod magis imponere solcat quam cor. Potest enim homo verbis factisque bonum praeferre, corde prauo. 3. Leo Iudæ: *Vasrum cor super omnia & erumnosum est.* 4. Forsterus: *Asperitas cordis super omnia, & despe-*

VERS. 8.

VERS. 9.

desperatio ipsa, vel, calcatu-asperum & indomium, seu peruersum est cor supra omnia, atque desperatum. Paulus Romanor. 2. vers. 5. has duas voces Græcè reddidit; [*Iuxta duritiam tuam, & cor pœnitere nescium.*] 5. Mercerus: *Supplantatorium, deceptorium, versutum, versipelle est cor supra omnia, & grauius affectum, deploratum.* De humano corde loquitur. 6. Marinus, *Tortuosum est cor præ omnibus, id est, Peruersum, prauum, & dolore-affectum, dolorosum ipsum.* 7. Auenarius: *Pessundans-planta, astuum, seu curuum ad formam calcanei, seu planta est cor præ omni re, & desperatum est ipsum.* 8. Schindlerus: *Dolosum, fallax est cor hominis præ omni re, & insanabile, siue desperatum.* Chaldæus: *Robustum, pertinax.* גִּבְיָהוּ *ghakob* aiunt esse, *curuum, distortum, obtortum, tortuosum, obliquum, inaequale, peruersum, prauum.* seu potius *supplantatorium, quasi dicas, calcaneatorium.* id est, calcaneo insidians, & pessundans: vide in Isaiæ 40. vers. 4. 9. Tremellius & Iunius: *Fraudulentum cor ipsum & mortiferum est, quis cognoscat ipsum?* Secundum membrum, vt diximus in vers. 5. quo tacitè occupatur obiectio. Atqui vnde futura esset ista administratio, vt bonis bene sit, & malis male: cum hominis improbi animus ita sit multiplex, vt à nemine peruestigari possit; bonorum verò expectatio nusquam appareat? Respondet propheta, & improborum animos quantumuis tortuosos nouit & corrigit Deus, tribus versibus; & bonis certissimè prospicit, vers. 12. vnde sequitur precatio propheta ad Deum, sex sequentibus versibus. *cor ipsum.* videlicet hominis, cum neque aliis notum esse possit, neque ipsum sibi: aded malitia, infirmitatibusque abundat & ignoratione. Perstringit autem Iudæos, qui fraudibus putabant Deum & prophetas eius à se ludificatum iri, quum in idololatria pergerent, & prophetis molirentur mortem.

VERS. 10. EGO DOMINVS SCRVTANS COR, ET PROBANS RENES.] vide Psalm. 7. vers. 10.

AD INVENTIONVM SVARVM.] מַגְּהַלְאֵל maghalalau, vide supra cap. 4. v. 4.

VERS. 11. PERDIX FOVIT, QUÆ NON PEPERIT; FECIT DIVITIAS, ET NON IN IVDICIO, &c.] S. Hieronymus: [*Aiunt Scriptores Naturalis historia, tam bestiarum & volucrum quam arborum herbarumque, quorum principes sunt apud Græcos Aristoteles & Theophrastus, apud nos Plinius Secundus, hanc perdicis esse naturam, vt oua alterius perdicis, id est, aliena ferretur, & eis incubet, foueatque: quumque fœtus adoluerint, auolare ab eo, & alienum parentem relinquere. Huiuscemodi diuites sunt, qui aliena diripiunt; & absque cogitatione iudicij Dei, faciunt diuitias non cum iudicio, quas in medio tempore derelinquunt, subita morte subtracti, quando dicitur: Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te: quæ autem preparasti, cuius erunt?*] Verum cum Aristoteles, Pliniusque multa tradunt de perdice, eiusmodi tamen naturam fouendi aliena oua non memini me apud eos legisse. Tradit id quidem S. Hieronymus hic, & S. Ambrosius lib. 6. in Exac-

méron, cap. 3. & recentiores alij: sed apud verustiores nihil tale inuenies. Forsterus reddidit: *Crocitans, quæ incubat & non-parit, ita comparans diuitias, sed non secundum iudicium.* id est, vera ratione. videtur accipere vel de gallina, aut coruo, vel vniuersè de quauis alia aue, quæ oua quæ incubauit, vel crocitate nimia, aut strepitu, vel inquietudine, aut quauis alia occasione non excludit: sic diues iniquus diuitiarum quas comparauit, seu incubauit, nullum fructum percipit. Tremellius & Iunius: *vt perdix colligit oua, sed non excludit, ita comparans diuitias, sed iniuria.* [*Sensus est quemadmodum perdicem videmus oua multa collectim ponere vt ea foueat, & excludat simul, persepe tamen accidere, vt aut ita intercipiatur ab aucupe, aut oua frangantur à mare pruriente, aut à cuculo, demique aliqua ratione impediatur, ne collecta oua per iustum tempus fouere possit, vt excludantur pulli: sic etiam accidit iniquis prouidentia Dei, vt demerentes homines congestis suis thesauris spolientur tempestine, & rebus partis abuti non possint, pro expectatione sua.*] Perdices mares oua fœminarum frangere intemperantia libidinis ne ipsæ incubando detineantur, Aristoteles lib. 9. de Historia Animalium, cap. 8. seu, 12. Plinius lib. 10. cap. 33. Solinus cap. 13. Polyhistoris, Ælianus lib. 3. de Animalium natura, cap. 16. produnt. Perdices Hieroglyphica vide apud Pierium lib. 24.

IN DIMIDIO DIERVVM SVORVM: DERELINQVET EAS.] Alij: *mediis diebus suis derelinquet eas.* vt Psalm. 101. v. 25.

ET IN NOVISSIMO SVO ERIT INSIPIENS.] Quidam: *& tandem erit stultus.* נָבָל *nabal*, voce consona, *nebulosus, fatuus, &c.* vide in Deuter. 32. v. 6.

SOLIUM GLORIÆ, &c.] Hunc versum ex Hebr. variè reddunt: 1. *Vt solium gloriæ est altitudo, siue est in excelsis, à principio; sic locus sanctificationis nostræ, seu sanctuarij nostri.* id est, vt solium Dei gloriosi fuit ab æterno. siue, *Quemadmodum Deus ab æterno habitauit in cælo, ita nunc habitat in hoc templo, nempe per ostensionem gloriæ suæ quasi dicat, Quum Deus habitet in templo nostro vt in cælo, qui sit ergo, vt quis audeat dicere, illum aut non videre, aut non curare, quæ in mundo fiunt?* 2. *Solium gloriæ, solium excelsi inde à principio, est locus sanctuarij nostri.* Altera pars responsionis, vnde sit bene bonis: nimirum à Deo rege glorioso, excelsis, sempiterno, & semper in Ecclesia versante, bonisque astante. *sanctuarij nostri.* id est, *piorum, ex quibus constituitur Ecclesia.*

EXPECTATIO ISRAEL DOMINE, &c.] VERS. 13. Alij: *o expectatio Israël Iehoua, &c.* oratio breuis propheta, sumpta occasione ex præcedente versu: qua Deum precatur, vt inimicos suos perdendo, gloriæ suæ consulat, & propheta suo: quæ duo prolepticè hoc versu posita in sequentibus copiosius exponuntur.

ET RECEDENTES A TE, IN TERRA SCRIBENTVR.] Duplex esse potest lectio Hebraicè, וְסוּרֵי וְסוּרֵי *vesurai*, vt *van* sit coniunctio, à וְסוּר *sur*, id est, *recessi mei, abducti mei, recedentes mei, apostata mei, pro deficientes,*

cientes, desciscientes à me. vel à te. Quidam reddunt, degeneres mei. id est, à lege Dei, quam ego illis inculco. & vnica dictione יסורא iesurai, à יסר iasar, nam van, & Iod sunt simillimæ, & facillè transcribuntur: eruditiones, castigationes mea. Ergo exponunt: 1. & qui recedunt à me. id est, qui defecerunt à Deo, quem colo, in terra scribentur. & non in cælo, vt iusti Lucæ 10. vers. 20. quasi dicat, debebantur nomina eorum de libro vitæ. 2. castigationes mea in hac terra conscribentur. id est, conciones quascunque habui ad castigandum & reducendum populum hunc, hic in hac terra, te præsentem, & coram illis à te velut indice in acta referantur. Nos aptius verbis Hebraicis iudicauimus ita reddere: castigati à me: id est, quos ego disciplina & eruditione legis Dei institui & informauimus: nec tamen ipsi receperunt, aut profecerunt, &c.

QUONIAM DERELIQUERVNT VINAM AQUARVM VIVENTIVM DOMINVM.] Alij: quia dereliquerunt scaturiginem aquarum perennium, Iehouam. vt supra cap. 2. v. 13.

VERS. 14.

SANA ME DOMINE.] seu IHVH. Prior postulati locus spectans ad secundum membrum prolepseos præcedentis versus, per hysterolin Hebræis frequentissimam. Petit enim propheta sibi à Deo prospici, versibus quatuor; deinde retundi aduersarios, v. 18. Petitionis autem, quam facit pro seipso, membra sunt duo; vnum, vt Deus ipsum magis ac magis sanctificet & conseruet ad gloriam suam, hoc versu; alterum, vt Deus testimonium perhibeat functioni ipsius aduersus refractarios, & illusores Dei, tribus sequentibus. & sanabor. videlicet amplius: prout fideles omnes dum in hac vita versantur, laborant ex suis infirmitatibus, & Dei beneficio ab eis exoptant liberari; quod figuratur Ioann. 13. vers. 10.

QUONIAM LAUS MEA TV ES.] id est, de te solo glorior, & à te vno pendeo. Alij: quia laus mea es. id est, certa fiducia glorior de te apud omnes aduersarios, ac proinde me hætere in meis infirmitatibus futurum esset tibi inglorium.

VERS. 15.

ECCE IPSI DICUNT AD ME, VBI EST VERBUM DOMINI, VENIAT.] Hebr. veniet obsecro. alij: eueniat iam. vt apud Isaïæ 5. vers. 19.

VERS. 16.

ET EGO NON SVM TVRBATVS TE PASTOREM SEQVENS, &c.] variè ex Hebr. hunc versum elucidant: 1. Et ego non sum abominatus, ne essem pastor post te. vel non sum affectus languore, quo minus pastor essem post te. quasi dicat, non fui rebellis aut refractarius; quum mihi delegates munus prophetiæ, sed humiliter te sequutus, pro viribus verbo tuo populum pacens. Aut non impulsi me. id est, non intrusi me in hanc prouinciam, non mihi arrogavi munus prophetandi, vt nomine tuo prophetarem populo, vel administrarem hanc prouinciam secundum à te, seu tanquam vicarius tuus: tu enim me misisti, & imposuisti mihi hanc administrationem. & diem contritionis, seu doloris, aut grauis infirmitatis. vel durum, id est, grauem, infelicem, calamitosam. Maluenda, In libr. Ierem.

sum, quo mirum in modum affligentur populares mei, non desideravi, tu nosti. prolatio labiorum meorum coram te fuit. id est, sermo meus non fuit tibi ignotus. 2. Quum tamen ego te sequutus moram non traxerim, quo minus pastor essem, id est, non detrectavi, non refugi, aut tergiuersatus sum munus pastorale, seu prophetale: ad hac diem calamitosum nunquam concupiui, id est, quod tu nosti: quod egressum est ex labiis meis, coram facie tua fuit. 3. Quum tamen ego non fuerim sollicitus, vt essem pastor post te, & diem durum non concupiuerim, tu nosti. Quamuis, inquit, Iudæi lacebant prouinciam meam, tu tamen nosti quod non inuaserim illam, & quod intruferim me vt essem propheta: tempus illud calamitosum, quo populus meus affligendus est, videre non opto: quamuis eo tempore futurum sit notissimum me esse prophetam. post te, inquit. id est, vt essem propheta tuus: prophetæ sunt secundi à Deo pastores: quod exiit de labiis meis, coram te fuit. id est, quod prædixi, te inspirante prædixi. 4. Atqui ego non vrsi ne essem pastor post te, vel obsequens tibi, & diem mortiferum non concupiui, tu nosti: quod prodit ex labiis meis coram facie tua est. Defensio prophetæ aduersus ludificationes contumacium, à vocatione Dei, & functione sua. Quidquid mihi exproberent, ait propheta, tu laus mea, & vindex meus es: nam primum, vocatio mea est à te, cui ego malui obsequi, quam subterfugiendo officium vitam mihi expetere à vocatione liberam, quæ quidem vita mihi futura fuisset mortifera, vt tu fueras interminatus, supra cap. 1. vers. 17. & antea Ionæ exemplo ostenderat: deinde functio mea adhibui, tibi sunt perspectissima: denique cum in vocatione, tum in functione explorata est tibi conscientia mea:

ET DIEM HOMINIS.] legit וינא enosch, mortalis, hominis. à perpetua miseria, ærumna, labore, morbo, sic dicti. Nunc exemplaria eisdem litteris, sed diuersis punctis constanter habent וינא anusch, quod nonnulli substantiuè capiunt: diem doloris, ærumna, agriuidinis, &c. plerique adiectiuè, diem dolorosum, ærumnosum, agrum, calamitosum, mortiferum, desperatum, &c. vt supra cap. 15. vers. 18. Quidam: anxium.

QUOD EGRESSVM EST DE LABIIS MEIS.] Hebr. exitus, exitio, egressio, prolatio, enuntiatio labiorum meorum.

RECTVM IN CONSPECTV TVO EVIT.] נוכח nochach, rectitudo, rectum. vel aduerbialiter, recta, coram, ante, contra, è regione, ex aduerso, facierum tuarum fuit.

NON SIS MIHI FORMIDINI.] Hebr. Ne sis mihi consternationi, terrori. quem interminatus fueras subterfugienti vocationem tuam, supra cap. 1. v. 17.

VERS. 17.

SPES MEA TV IN DIE AFFLICTIONIS.] Hebr. protectio, mea, seu receptus meus tu es in die mali. ex promissione supra cap. 1. v. 8. & 19. & cap. 15. v. 20.

ET DVPLICI CONTRITIONE.] Hebr. & duplo contritionis. vel dupla contritione frange eos. vt supra cap. 16. vers. 18. Hispanicus Inter-

VERS. 18.

pres: y quebrantatos con doblado quebrantamiento.

VERS. 19. HÆC DIXIT DOMINVS AD ME, VADE, ET STA, &C.] Alij: Sic edixit Iehoua mihi, Abi, vt consistas in porta filiorum populi, seu popularium istorum, per quam ingrediuntur reges Iehuda, & per quam egrediuntur, &C. vltima pars concionis, vt dictum est cap. 16. vers. 1. conclusio à summa repetitione fœderis, vsque ad vers. 24. deindè coniunctarum promissionum, minarumque, indè ad finem Capitis.

IN PORTA FILIORVM POPVLI, &C.] exponunt, in qua frequentius versantur ciues Ierusalaimis, seu in porta Ierusalaimorum frequentissima, nimirum in ea, ad quam præcipuè conuenire solent ciues & populares iuris causa, hoc est, in porta regia, & præcipua, ac primaria vrbis.

PER QVAM INGREDIANTVR REGES IVDA, ET EGREDIANTVR.] Fortasse intelligit portam muri ciuitatis Dauidis, vbi erat regia, per quam reges in exteriorem urbem egrediebantur, & ingrediebantur in ipsam munitionem Tzizonis, quam Dauid muro cinxit, 2. Samuel. 5. v. 9.

VERS. 21. CVSTODITE ANIMAS VESTRAS.] Heb. *Observati-estote in animabus vestris.* Alij: 1. *Sitis-custoditi,* vel *cauete propter animas vestras.* Hispanicus Interpres: *Guardad,* vel *guardaos por vuestras almas,* vel *por vuestras vidas.* id est, *que os va en ello la vida.* 2. *Cauete, quam chara sunt vobis anima vestra.* 3. *Cauete vobis ipsis.*

ET NOLITE PORTARE PONDERA, seu ONERA IN DIE SABBATI.] Alij: *ne rollatis onus,* vel *ne portetis onera sabbati.* id est, *Ne violetis cultum Dei, cuius documenta & exercitamenta proponebantur Sabbatis: Synecdochicè, vt Isaiæ 56. vers. 2. Nam ieo die commodius sibi suis rebus incumbere vide-*

bantur; vt Nehemi. 13. vers. 15. & sequentibus.

SICVT FRÆCEPI PATRIBVS VESTRIS.] VERS. 22. Exod. 20. vers. 8. & 23. vers. 12. & 31. vers. 13. Quidam: *Quemadinodum praeceperam maioribus vestris.*

SED INDVRAVERVNT CERVICEM SVAM.] Hebr. *sed perplexam, rigidam, intricatam, duram, difficilem, intractabilem reddiderunt cervicem suam.* sic infra cap. 19. vers. 15.

INGREDIANTVR PER PORTAS CIVITATIS HVIVS REGES, &C.] Alij: *Vt ingrediantur per portas ciuitatis huius reges, &C.* id est, vt regnum totum permaneat florentissimum.

ET HABITABITVR CIVITAS HÆC IN SEMPITERNVM.] Hebr. *Et habitabit, sedebit, manebit, vrbs ista in aeternum.* Alij: *consideat,* seu *consistatque ciuitas hæc in saculum.*

ET DE CAMPESTRIBVS.] Hebr. *Et de שפלה schephelah.* de qua voce vide Iosue 15. vers. 8. & 33. Quidam: *tum ex loco humili, & ex ipso monte, atque ex australi plaga, &C.* id est, ex singulis partibus ad tribum Iehudæ pertinentibus: nam ita distribuitur fors Iehudæ, Iosue 15.

ET INFERENT OBLATIONEM.] Alij: 1. *laudem quoque ferentes.* id est, talibus pietatis suæ testimonia in laudem Dei afferentes. 2. *Et adducentes gratiarum actionem,* Synecdochicè, pro eucharistica sacrificia. De תודה todah, quam hîc Noster oblationem vertit, vide in Leuit. 7. v. 12.


SVCENDAM IGNEM IN PORTIS EIVS.] Alij: *ubique accendam ignem in portis ipsius.* id est, toto termino, synecdochicè, vel in omnibus vrbibus & oppidis eius.

DOMOS.] ארמות armenoth, palatia, arces, domos excelsas, ac magnificas aedes.

CAPVT XVIII.

Exemplo figuli ostendit Dominus in manu sua esse Domum Israel, vt iuxta ipsorum merita eis faciat, etiamsi prius aliud se facturum dixerit: propter obstinatam Iudæorum malitiam denuntiatur eis interitus: conspiratio Iudæorum contra Ieremiam, ipsius quoque ad Deum lamentatio, & pœnarum que inimicos sequentur denuntiatio.


Vulg.

1  Erbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino dicens:

2 Surge, & descende in domum figuli, & ibi audies verba mea.

3 Et descendi in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus super rotam.

Malu.

1  Erbum quod fuit ad Ieremiam, de ad IHHV, ad diecre:

2 Surge, & descendes domum^a formantis: & ibi audire faciam te verba mea.

3 Et descendi domū formatis: & ecce ipse faciens^b ministeriale super^c duas rotas.

^a plasmantis, plastæ, figuli: sic deinceps v. 3
4. 6. 11.
^b vt c. 17
22
^c duplicem rotam

4 Et

4 Et dissipatum est vas, quod ipse faciebat è luto manibus suis: conuersusque fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis eius ut faceret.

5 Et factum est verbum Domini ad me, dicens,

6 Numquid sicut figulus iste, non potero vobis facere, domus Israel, ait Dominus? ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israel.

7 Repente loquar aduersum gentem, & aduersum regnum, ut eradiceam, & destruam & disperdam illud.

8 Si penitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam: agam & ego penitentiam super malo, quod cogitavi: ut facerem ei.

9 Et subito loquar de gente & de regno, ut adificem & plantem illud.

10 Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam: penitentiam agam super bono, quod locutus sum ut facerem ei.

11 Nunc ergo de viro Iuda, & habitatoribus Ierusalem, dicens: Hec dicit Dominus: Ecce ego frango contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem: reuertatur unusquisque à via sua mala, & dirigite vias vestras & studia vestra.

12 Qui dixerunt: Desperauimus: post cogitationes enim nostras ibimus, & unusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus.

13 Ideò hæc dicit Dominus: Interrogate Gentes: Quis audiuit talia horribilia quæ fecit nimis virgo Israel?

14 Numquid deficiet de petra agri nix Libani: aut euelli possunt aquæ erumpentes frigida, & defluentes?

15 Quia oblitus est mei populus meus frustra libantes, & impingentes in viis suis, in semitis seculi: ut ambularent per eas in itinere non trito:

16 ut fieret terra eorum in desolationem, & in sibilum sempiternum: omnis qui praterierit per eam obstupescet, & mouebit caput suum.

17 Sicut ventus urens dispergam eos coram inimico: dorsum & non faciem ostendam eis in die perditionis eorum.

18 Et dixerunt: Venite, & cogitemus Maluenda, In libr. Ierem.

4 Et funditus perdetur vas, quod ipse faciens^d sicut lutum in manu formantis: & reuertetur, & fecit illud vas aliud, secundum quod rectum fuit in oculis formantis, ad facere.

5 Et fuit verbum IHVH ad me, ad dicere:

6 An sicut formans iste non potero ad facere vobis, domus Israelis, ^c Fidelis sermo IHVH? ecce sicut lutum in manu formantis, sic vos in manu mea, domus Israelis.

7 Rigore loquar super gentem, & super regnum; ad ^f euellere, & ad ^g demoliri, & ad ^h auferre.

8 Et reuertetur gens ipsa de malitia sua, quam loquutus fui super eam: & penitebo super malitia, quam excogitavi ad facere ei.

9 Et rigore loquar super gentem & super regnum, ad ædificare, & ad plantare:

10 Et faciet malum in oculis meis, ad nequaquam audire in voce mea: & penitebo super bonitate, quam dixi ad benefacere ad eum.

11 Et nunc dic, ⁱ euge, ad virum Iehudah, & super habitantes Ierusalaim, ad dicere, Sic dixit IHVH; Ecce ego formans super vos malum, & excogitans super vos excogitationem: reuertimini, euge, vir de via sua mala, & ^k benefacite vias vestras, & ludicra vestra.

12 Et dixerunt, Desperatum fuit: quia post excogitationes nostras ambulabimus; & ^l vir intentionem cordis sui mali faciemus.

13 Ad sic, sic dixit IHVH, Postulate, euge; in gentibus, quis audiuit sicut ista: horripilationem fecit valde virgo Israelis.

14 An derelinquet de petra agri nix uem Libani? Si ^m euellentur aquæ alienæ, frigida, fluentes?

15 Quia oblitus fuerunt me populus meus, præcipitantia suffient: & impingere fecerunt ⁿ eos in viis ^o eorum, per vias ^q æterni; ad ambulare semitas; viam non stratum.

16 Ad poere terram eorum ^r afflationi, sibilis æterni: omnis transiens super eam afflabit, & diuagari fecit in capite suo.

17 Sicut ^s spiritus orientalis dispergam eos ^t faciebus malevolentis: ceruice & non faciebus videbo eos in die improuise calamitatis eorum.

18. Et dixerunt, Ambulate, ^u & excogitemus

^d secundum

^c vide in Genes. 22. 18.

^f extirpare, eradicare
^g destruere, diruere,
^h dissipare
ⁱ tollere, demedio, disperdere

ⁱ cia, iam, nunc sic paulo infra & v. 13.

^k bonificare, bonificare

^l quisque

^m ut v. 7.

ⁿ seipso
^o suis
p ut Psalmi 76. 20,
^q seculi, olim. sic, v. 16.

^r afflatui, afflatu, stupenda desolationi

^s ventus
^t datus, ad facies

^u ut excogitemus

contra Ieremiam cogitationes: non enim peribit lex à sacerdote, neque consilium à sapiente, nec sermo à propheta: venite, & percutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuersos sermones eius.

19 Attende Domine ad me, & audi vocem aduersariorum meorum.

20 Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? Recordare quòd steterim in conspectu tuo, ut loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis.

21 Propterea da filios eorum in famem, & deduc eos in manus gladij: fiant uxores eorum absque liberis, & vidua: & viri earum interficiantur morte: iuuenes eorum confodiantur gladio in praelio.

22 Audiatur clamor de domibus eorum: adduces enim super eos latronem repente: quia foderunt foueam ut caperent me, & laqueos absconderunt pedibus meis.

23 Tu autem Domine scis omne consilium eorum aduersum me in mortem: ne propitius iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua nō deleatur: fiant corruentes in conspectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis.

cogitauimus super Iirmejahu excogitationes, quia non ^x auferetur lex de sacerdote, & consilium de sapiente, & verbum de propheta: ambulate, & percussimus eum in lingua; & non ^y auscultabimus ad omnia verba eius.

19 Ausculta, IHVH, ad me, & audi voci litigatorum meorum.

20 An ^z pacificabitur sub bonitate malitia, ^a quia exciderunt ^b foueam animæ meæ: recordare stare me faciebus tuis, ad loqui super eos bonum; ad ^c reuertere facere ^d ardorem tuum de eis.

22 Ad sic, da filios eorum fami, & trahere fac eos super manus gladij, & fuerunt mulieres eorum orbatæ & viduæ; & homines eorum erunt interfecti mortis: ^e electi eorum percussi gladij in ^f cæsiōne.

22 Audiatur clamor de domibus eorum, quia venire facies super eos latrocinium subito: quia exciderunt foueam ad capere me, & laqueos absconderunt pedibus meis.

23 Et tu, IHVH, cognouisti omne consilium eorum super me morti, non ^g expiabis super prauitatem eorum; & erratum eorum de ad facies tuas non ^h delebis: & sint impacti faciebus tuis, in tempore nasi tui fac in eis.

^x tolletur, disperibit

^y intendemus, attendemus,

^z reddetur, repondetur, retribuetur
^a excavarunt, fodierunt. *ut*


ut ^{u. 22.}
^b fossam, scilicet pulcrum.

ut ^{u. 22.}
^c auertendū
^d æstumiræ, excandescantiam

^e iuuenes
^f bello, prælio

^g condonabis, propitiaberis

^h absterges



COMMENTARIA.

VERS. 1.



VERBUM QVOD FACTVM EST &c.] Alij: verbum, quod fuit ad Ieremiam à Iehoua, vel de apud, penes Iehouam, vel de cum Iehoua, dicendo. Huius concionis præter inscriptionem versus 1. tres sunt in vniuersum partes: prima est, propositio omnipotentiae Dei Iudæos gubernantis, coercentis, & iusto iudicio perdituri, vsque ad vers. 12. Secunda est, contestatio ipsorum contumacia, vsque ad vers. 18. tertia est, prophetæ oratio propter nefariam illorum contra ipsum conspirationem, & Dei gloriam. Propositionis partes sunt duæ, vna est typus, vsque ad vers. 5. altera, anagoge typi, vsque ad vers. 12.

VERS. 3.

ET ECCE IPSE FACIEBAT OPVS SVPER ROTAM.] Alij: ubi ecce is faciebat opus in suis sellis. figularibus Aptius: super duas rotas. vide in Exod. 1. v. 16.

VERS. 4.

ET DISSIPATVM EST VAS QVOD &c.] Hunc versum sub-obscurè Hebraicè conceptum alij dilucidius reddunt: 1. Quumque corrumperetur vas illud, quod ipse faciebat ex argilla, in manu figuli, reuersus est & fecit, vel iterum fecit ex ea vas alterum, quemadmodum

rectum visum est in oculis ipsius figuli facere. 2. Vas autem illud, quod ipse faciebat à luto, quod erat in manu figuli, contractum est: iterum ergo fecit illud aliud vas, quemadmodum visum erat figulo facere. Hispanicus Interpres: y el vaso que el hazia debarro se quebro en lamano del ollero yorno, y hizolo otro vaso, segun que al ollero parecio mejor hazerlo,

CONVERSVSQVE FECIT ILLVD.] id est, iterum fecit illud. Vide in Genes. 28. vers. 18.

VERS. 6.

NUMQVID SICVT FIGVLVS ISTE NON POTERO VOBIS FACERE &c.] Anagoge, siue summa accommodatio typi: quæ deinceps exornatur per thesin, versibus quatuor; & accommodatur hypothesi, vers. 11.

VERS. 7. & 8.

Hos duos versus quia coniunctam habent sententiam, perspicuitatis ergo alij ita reddunt: 1. Momento ut loquutus fuero de aliqua gente aut regno, ut euellam, extirpem, & perdam: Redieritque ea gens (contra quam loquutus eram) à malitia sua: iam & me quoque poenitebit mali, quod ei facere constitueram. 2. Quo momento eloquar contra gentem, & contra regnum, me conuulsurum, & demoliturum, & perditurum esse: Si conuertatur gens illa à malo

malo suo, contra quam loquutus fuero, poenitebit quoque me eius mali, quod cogitaueram facere ei. vt Genes. 6. v. 6. De hoc autem argumento vide Ezechiel. 3. & 33. Hispanicus Interpres: *En vn instante hablare, id est, decretare contra gentes, y contra reynos, para arrancar, y dissipar y perder: Emperosi essas gentes se conuirtieren de sumaldad, contra el qual mal yo hablé, yo me arrepentiré del mal que auia pensado deleshazer.*

VERS. 9. & 10. Similiter ij duo versus iunctam habent sententiam, & euidentius ab aliis exprimentur:

1. *Momento quoque vt loquutus fuero de gente aliqua aut regno, vt adificem & plantem; Et malum fecerit ea gens in conspectu meo, neque audierit vocem meam; iam & me quoque poenitebit boni, quo eam afficere constitueram.* 2. *Quo autem momento loquar de gente & regno, me adificaturum & plantaturum esse: Si fecerit, quod malum videtur in oculis meis, non ausculando voci meo; vicissim poenitebit me illius boni, quod dixerò me benefacturum ei.*

VERS. 11. ECCE EGO FINGO CONTRA VOS MALVM.] videlicet, vt argillam figulus: alludit enim ad præcedentem typum,

REVERTATUR VNVSQUISQUE A VIA SUA MALA, &c.] vide supra cap. 7. v. 3.

VERS. 12. QUI DIXERUNT, DESPERAVIMVS, &c.] Alij hunc versum ex Heb. explanant: 1. *Et dixerunt, Expectatum est vel desperatione affectum est, fastidio & contemptu affectum est cor nostrum, id est, animus nolter abiecit spem in Deum: nos enim sequemur cogitationes nostras, & faciemus quisque iuxta libidinem cordis sui mali.* 2. *Dicunt autem, Animum abstinemus reuertendi, sed post cogitationes nostras eamus, vel sed cogitationes nostras sequamur, & quisque aspectum cordis sui mali faciamus vel & quisque ex sententia animi sui pessimi faciamus.* Transito ad secundam partem concionis, vt dictum est in vers. 1. per narrationem Iudæorum peritiam, Deo rebellantium, & inter se animos contumaces confirmantium.

DESPERAVIMVS.] Heb. *Desperatum est, vide supra cap. 2. v. 25.*

PRAVITATEM CORDIS SUI MALI,] Alij: *duriciam, obstinationem, aspectum, sententiam, intentionem cordis sui mali, vide supra cap. 7. v. 24.*

VERS. 13. IDEO HÆC DICIT DOMINVS.] Alij: *Idcirco sic ait Iehoua. Contestatio similis ei, quæ habetur supra cap. 2. qua propheta Iudæorum improbitatem primùm euincit exemplo gentium, hoc versu, & duabus similitudinibus, vers. 14. & 15. deindè iudicium euenturum confirmat, vers. 16. & 17.*

INTERROGATE INTER GENTES, QVIS AUDIERIT TALIA.] nedum fecerit, emphasis, vt. Corinth. 5. v. 1. vide supra cap. 2. v. 10.

HORRIBILIA, QUÆ FECIT NIMIS VIRGO ISRAEL.] Alij ex Heb. 1. *rem fœdam, turpitudinem, fecit valde virgo Israelis, id est, rem valde fœdam fecit virgo Israelis, nempe Israelitica seu Iudaica synagoga.* 2. *horrorem, horripilationem, horridum, horribile fecit vehementer virgo Israelis, vide supra cap. 5. v. 30.*

VERS. 14. NUMQUID DEFICIET DE PETRA AGR

NIX LIBANI? &c.] Hunc versum diuersimodè exponunt ex Heb. 1. *Nunquid relinquēs aliquis de petra agri niuem Libani? nunquid relinquentur aqua aliena, frigida, defluentes?* id est, An relinquere solet homo aquas manantes è rupe, quæ est in agro, aquas inquam, quæ proueniunt è niue Libani per montium meatus & rimulas percolatæ? an aliquis relinquere solet aquas viuas & fluentes, quæ canalibus deducuntur in urbem? 2. *Num deserit aliquis aquam manantem de petra, id est, sibi proximam, & ad manum; vt scilicet longius se aliò vel ad montes conferat, vt bibat niuem Libani?* siue aquam prouenientem à niue montis Libani? quasi dicat, fontanæ aquæ dulciores & salubriores sunt nivalibus, an deseruntur aqua peregrina & aduclitia, hoc est, deductæ per canales & aqueductus in urbem? ac si dicat, Nemo petit aquam è remotis locis, quum in propinquo habeat fontem aquam viuam & frigentem, eructantem: nemo quoque contemnit aquas, quæ extra urbem oriuntur, & per canales in urbem introducuntur, si sint frigidæ, & purè fluentes. Quod cum ita sit, populus tamen meus deseruerunt me fontem aquarum viuentium: Hispanicus Interpres: *Dexarà alguno poruentura la nieue, id est, aquam niualem, que corre del Libano per subterraneos meatus? dexeran las aguas estranas, id est, singulares & eximias, frias, y corrientes?* 2. *An derelicturus esset viator præ rupe agros meos? præ niue Libani, seu præ niuoso Libano? hypallage: an desererentur aqua præ extraneis frigidis vel præ insolenter frigidis: sic accipitur vox extranei Isaia 28. v. 21. fluentes sensus est, nullus est viator tam demens, qui asperum iter aut saxosum niuosumque anteponat plano, facili, & amœno: neque est homo, qui aquas salubres postponat illis, quæ aut nimio gelu, aut nimia frigiditate sua sunt periculosa.* Hunc versum sic accipiendum demonstrat apodosis sequentis versus, similia hæc duo per hysteron explicans, *agros meos, id est, quibus ego benedico vt meis, sed nihil necesse, nam שדאי sadai, singulariter inuenitur non semel pro שדעב sadeb, mutato He in Iod mobile.*

FRIGIDÆ.] potest etiam exponi, à קרר Karar o currentes, vel à קור Kur, scaturientes.

QUIA OBLITVS EST.] Heb. *obliti sunt mei populus meus qui sum scaturigo aquarum perennium, supra cap. 2. v. 13. & cap. 17. v. 13.*

FRVSTRA LIBANTES.] Heb. *præcipitantes temeritati, mendacio, sufficient Alij: 1. in vanum, frustra, adolebunt vel siffitum-incendent.* 2. *vanitati adolent, id est, idolis.*

ET IMPINGENTES IN VIIS SVIS IN SEMITIS SÆCVLI, VT AMBVLARENT PER EAS IN ITINERE NON TRITO.] Alij ex Heb. 1. *& impingere faciunt eos falsi-propheta in viis suis, vt deserant semitas longi temporis, vt ambulent per semitas, id est, per viam non calcatam* 2. *faciuntque eos propheta falsi impingere in viis suis, à semitis antiquis vel deserendo semitas sæculi, hoc est, antiquas, sine maiorum suorum priorum & fidelium; vt eant se-*

VERS. 15:

mitas via non munita, vel trita, calcata, id est, ut relicta via regia irent per vias nouas, & non tritas. 3. & faciunt ut impingant inter se in viis suis, ut supra ostendit vers. 12. à semitis perpetuis, id est, itinera plana & trita, quæ Deus proponit, deserentes: eundo itineribus multis, via non aggesta, id est, vagando extra viam regiam, ut faciunt idololatræ: periphraſis.

VERS. 16. ET MOVEBIT CAPUT SVVM.] Alij: & agitat caput suum, vel & ageret caput suum, id est, ludificetur, & subsannet, ut 2. Reg. 19. v. 21. Quidam hunc versum ex Heb. reddunt: 1. Quo terram suam perpetuò desolatam, exhibitamque reddiderunt, ut omnis, qui per eam transiturus sit, obstupescat, caputque suum moueat. 2. ut exponam terram eorum desolationi, sibilis perpetuis: quisquis transiturus est per eam obstupescat, & agitet caput suum, vide infra cap. 19. v. 8. & cap. 25. v. 9. & 18. & cap. 29. v. 18. & cap. 50. 13

VERS. 17. SICVT VENTVS VRENS DISPERGAM EOS.] Quidam: velut vento orientali siue Euro dispergam illos, Alij: per ventum orientalem dissipabo eos in conspectu hostis. Quidam codices habent, Caph, sicut; alij Beth, in. De vento orientali, vide in Genes. 41. v. 6. Exod. 10. v. 13. & cap. 14. v. 21.

DORSVM ET NON FACIEM OSTENDAM EIS IN DIE PERDITIONIS EORVM.] Alij ex Heb. 1. cernice & non facie aspiciam eos in die calamitatis eorum seu arumna, hoc est, obuertam illis dorsum & non faciem, quasi dicat, non liberabo eos. 2. cernice & non facie respiciam eos tempore afflictionis eorum, id est, quemadmodum illi tergum mihi obuertunt; sic & illis tergum & cervicem obuertam, atque faciem ab illis auertam, quo minus in eos, eorumque calamitatem respiciam. 3. cernice, non autem facie obuersa respiciam eos tempore calamitatis ipsorum, id est, non dignabor vos respicere, ut qui misericordiam cupiunt præstare, solent aspicere: sed auersus à vobis permanebo: humanitus dictum: sic Prouerbior. 1. v. 26. 4. tergum ipsis aduertam, non faciem in die calamitatis eorum.

PERDITIONIS.] תנעד, vide in Job. 18. vers. 12.

VERS. 18. ET DIXERVNT, VENITE, COGITEMVS CONTRA IEREMIAM COGITATIONES, &c.] Alij ex Heb. Dixertunt autem, vel præterea dicunt, Adeste, vel agite, cogitemus contra Ieremiam cogitationes, &c. Transitio ad tertiam partem concionis, ut dictum est in vers. 1. per narrationem improbi & præfracti Iudæorum consilij aduersus Ieremiam: quæ occasio fuit, ut eo amplius seipsum Deo committeret oratione sequente.

NON ENIM PERIBIT LEX A SACERDOTE, &c.] Alij: nam non est peritura lex à sacerdote, quasi dicant pseudopropheta est, nõ possunt, quæ iste prophetat, euenire omnibus ordinibus, quos constituit Deus: Ecclesia penes nos est, non potest Deus Ecclesiam snã, & ordines, quos in Ecclesia constituit, perdere, ut supra Cap. 5. 8. 12. Nonnulli exponunt: Non enim erit magna iactura si hunc tollamus de me-

dio: nam supersunt alij sacerdotes, sapientes & prophetæ, qui nos de Dei voluntate admoneant. Quidam ita accipiunt: Insidiamur illi, tollamus eum, neque enim falsa esse possunt, quæ nobis tot sacerdotes, sapientes, & prophetæ confirmant de pace & incolumitate nostra futura. Vide supra Cap. 6. v. 14. & 8. v. 11.

VENITE, ET PERCVTIAMVS EVM LINGVA.] Exponunt, id est, calumniemur eum, deferamus ad iudicem, calumniis & delationibus eum opprimamus. 2. Percutiamus eum in lingua, id est, comprimamus eius linguam, imponamus ei silentium. 3. Percutiamus eum propter istam linguam, id est, qui audacter res importunas, falsas, & odiosas lingua sua effutit, & impudens pseudopropheta est.

ET NON ATTENDAMVS AD VNIVERSOS SERMONES EIVS.] Quidam: & ne attendamus ad vlla verba eius, id est, nihil accipiamus eorum, quæ dicit; ne curemus aut quæcunque prophetat, aut quæcunque ad probationem sui adducturus esset: nam indignus est, qui audiatur, iam plus satis auditus est, qui non assentitur nostris Ordinibus, sed ab ipsis condemnatus est. Quamobrem hoc ipso verbo attendendi in oratione Ieremiam utitur: non attendunt isti, inquit, tu igitur Iehoua attende, &c.

ATTENDE DOMINE AD ME, &c.] Alij reddunt; Attende, Iehoua ad me, & audi vocem contendentium mecum. Hæc oratio duas partes continet, vnam, de prophetæ bono, alteram, de aduersariorum suppliciis: quæ duo notata prolepticè hoc verbu, sequentibus exponuntur.

NVM QVID REDDITVR PRO BONO MALVM, QVIA FODERVNT FOVEAM ANIMÆ MEÆ?] Alij: Anrependendum est pro bono malum, quod fodunt foveam mihi? Expositio prioris partis prolepseos, qua ostendit propheta se indignissimè mala ab eis perpeti, quibus benè cupiuerat feceratque.

FODERVNT FOVEAM ANIMÆ MEÆ.] Seu mihi id est, struxerunt necem mihi, insidiant sunt vitæ meæ.

RECORDARE QVOD STETERIM IN CONSPECTV TVO, &c.] Alij: recordare me stetisse coram te, ad odorandum, ut supra Cap. 15. v. 1. vel, ministrauissè me tibi in functione sacerdotis & prophetæ, ut Deuteronom. 10. v. 8. & Lucæ 1. v. 19.

PROPTEREA DA FILIOS EORVM IN FAMEM, &c.] Alij: Idcirco expone filios eorum famis: Expositio alterius partis prolepseos positæ vers. 19. cuius postulata non ex studio carnis, sed ex testificatione spiritus Dei profecta sunt, qui Prophetam cum de obfirmatissima illorum malitia, tum de iudicio irrevocabili fecerat certiore.

ET DEDVC EOS IN MANVS GLADII.] Variè ex Heb. reddunt: 1. auere-fac eos super vel per, manus gladii, id est, ut impetu quodam ac fluxu incurrant in enses, ut trucidentur multi. 2. & fac ut disſuant per gladium. Hispanicus Interpres aptissimè, y hazlos escurrir por manos de cuchillo, id est, ut fluant sanguine, siue ut exprimantur, & stillent sanguine; vel gladio

gladio totum eorum sanguinem funde ad ultimas usque guttas. 3. denolue eos ad manus gladij. 4. Forsterus, & Auenarius: & trabe eos super acies gladij. 5. Sanctes in Thesauris: & disperge, vel dispergere-fac eos per manus gladij.

IN MANVS GLADII.] Heb. super, ad, manus gladij. Plerique, per manus gladij, seu per gladium, carachresis: vel vi, & efficacitate gladij, aut super acies gladij, quæ videntur eius manus. Hispanicè, por filos de espada. Sic Ezechiel. 35. v. 5.

VERS. 22. ADDUCES ENIM SVPER EOS LATRONEM REPENTE.] Alij ex Heb. i. quum adduxeris contra eos, exercitum, vel turmam repente. 2. quum repente induxeris super eos glo-

bum militarem. גִּבְעוּד gbedud, turmam, cuneum, globum, cohortem exursorum, seu grassatorum, latrocinium, globum militum. Vide Notas in Genes. 49. v. 19.

IN MORTEM.] id est, ad perdendum seu interficiendum me, quo volunt me morti tradere. VERS. 23.

FIANT CORRVENTES.] Heb. est duplex lectio, in textu est imperatiuus, seu præteritum, & sint, vel erunt corruentes: in margine futurum, & fuerunt, siue, ut sint.


CORRVENTES.] מוּצְשָׁלִים mucschalim, impingentes, impacti, offensi, propulsi-in-offendiculum; labefactati. Quidam reddunt: sed propellantur in offendiculum coram te.

CAPVT XIX.

Jeremias per lagunculam terream quam fregit, ostendit populum Ierusalem perdendum gladio & fame in obsidione, in qua patres filios comedant propter multiplicem ipsorum idololatriam & contemptum verbi Dei.

Vulg.

Malu.

I  *Et dicit Dominus: Vade, & accipe lagunculam figuli testeam à senioribus populi, & à senioribus sacerdotibus:*


2 *Et egredere ad vallem filij Ennom, quæ est iuxta introitum portæ fidelis: & prædicabis ibi verba, quæ ego loquar ad te.*

3 *Et dices: Audite verbum Domini reges Iuda, & habitatores Ierusalem: hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego inducam afflictionem super locum istum, ita ut omnis, qui audierit illam, tintiant aures eius:*

4 *Eo quod dereliquerint me, & alienum fecerint locum istum: & libauerunt in eo diis alienis, quos nescierunt ipsi, & patres eorum, & reges Iuda: & replerunt locum istum sanguine innocentium.*

5 *Et edificauerunt excelsa Baalim, ad comburendos filios suos igni in holocaustum Baalim: quæ non præcepi, nec locutus sum, nec ascenderunt in cor meum.*

6 *Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: & non vocabitur amplius locus iste, Thopheth, & Vallis filij Ennom, sed Vallis occisionis.*

I  *Et dixit IHVH, Ambula, & acquires orcæ^a formantis testæ: & de senioribus Sacerdotum.*

2 *Et exibis ad vallem filij Hinom, quæ ostio portæ charsith: & vocabis ibi verba, quæ loquar ad te.*

3 *Et dices, Audite verbum IHVH reges Iehudah, & habitantes Ierusalem: Sic dixit IHVH TZEBAOTZ, ELOHIM Israelis: Ecce ego venire-faciens malum super locum istum, quod omnis audiens eius, occlusæ-erunt duæ-aures eius.*

4 *Correspondentia, quod dereliquerunt me, & nothificauerunt locum istum, & suffiaerunt in eo diis alienis, quos non cognouerunt eos, ij & patres eorum, & reges Iehudah: & implebunt locum istum sanguine^c vacuum.*

5 *Et ædificabunt excelsa Baghalis, ad comburere filios suos in igne, ascensionibus Baghali: quod non præcepi, & non loquutus-fui, & non ascendit super cor meum.*

6 *Ad sic, ecce dies venientes, fidelis-sermo IHVH, & non vocabitur loco isti adhuc Thopheth, & vallis filij Hinom; quia si vallis interfectionis.*

^a plattæ figuli

^b cuius

^c innocetrdm, infon-tium d holocausta

^e neque venit in animum mihi f vide Genes. 22. 16. sic v. 12.

^g ultra amplius, deiceps, sic v. 11.

^h חַיִּי חַיִּי chi in, quinimo, sed

7 Et sed

7 Et dissipabo consilium Iuda & Ierusalem in loco isto, & subuertam eos gladio in conspectu inimicorum suorum, & in manu quærentium animas eorum. & dabo cadauera eorum, escam volatilibus cali, & bestiis terra.

Sup 18. c. 16.
Inf. 49. c. 11.
& 50. c. 13.

8 Et ponam ciuitatem hanc in stuporem, & in sibilum: omnis, qui præterierit per eam, obstupescet, & sibilabit super uniuersa plaga eius.

9 Et cibabo eos carnibus filiarum suarum: & unusquisque carnem amici sui comedet in obsidione, & angustia, in qua concludent eos inimici eorum, & qui quærent animas eorum.

10 Et conteres lagunculam in oculis virorum qui ibunt tecum.

11 Et dices ad eos: Hac dicit Dominus exercituum: Sic conteram populum istum, & ciuitatem istam, sicut conteritur vas figuli, quod non potest ultra instaurari: & in Topheth sepelientur, eo quod non sit alius locus ad sepeliendum.

12 Sic faciam loco huic, ait Dominus, & habitatoribus eius: & ponam ciuitatem istam sicut Topheth.

13 Et erunt domus Ierusalem: & domus regum Iuda, sicut locus Topheth, immunda; omnes domus, in quarum domatibus sacrificauerunt omni militia cali, & libauerunt libamina diis alienis.

14 Venit autem Ieremias de Topheth, quod miserat eum Dominus ad prophetandum, & stetit in atrio domus Domini, & dixit ad omnem populum:

15 Hac dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego inducam super ciuitatem hanc, & super omnes vrbes eius, uniuersa mala, que locutus sum aduersum eam: quoniam indurauerunt ceruicem suam, ut non audirent sermones meos.

7 Et euacuabo consilium Iehud h, & Ierusalaim in loco isto; & cadere-faciam eos in gladio i faciebùs maleuolentium eorum, & in manu quærentium animarum eorum: & dabo cadauer eorum k comestioni volatili cælorum, & l animali terræ.

i datus.
ad facies

x escæ, cibo
l bestia, iumento

8 Et ponam urbem istam m afflationi, & sibilo: omnis transiens per eam afflabit, & sibilabit super omnes percussiones eius.

m afflatui,
afflata. stupendæ. dea
solationi

9 Et comederè faciam eos carnem filiorum suorum, & carnem filiarum suarum; n & vir carnem o sodalis sui comedent: in coangustatione & in extortione, quam extorquebunt eis maleuolentes eorum, & quærentes animarum eorum.

n quisque
o amici,
proximi

10 Et confringes orbam p oculis hominum ambulantium q ad te.

p datus.
ad oculos
q tecum

11 Et dices ad eos; Sic dixit IHVH TZEBAOTH: Sic confringam populum istum, & urbem istam, r secundum quod confringet vas s formantis, quod non poterit ad sanari adhuc: & in Thophetho sepelient, de non locus ad sepelire.

r vt qui
frangit

s vt v. 11.


12 Sic faciam loco isti; Fidelis-sermo IHVH, & habitantibus eius: & ad dare urbem istam sicut Thopheth.

13 Et erunt domus Ierusalaim, & domus regum Iehudah, sicut locus Thophethi t taminata: u omnibus domibus, quibus suffuerunt super tecta earum omni x militia cælorum; & fundere fusiones diis alienis,

t contaminata, polluta, immunda
u datus
x exercitui

14 Et venit Iirmejahu de Thophetho, quo misit eum IHVH. & dixit ad omnem populum.

15 Sic dixit IHVH TZEBAOTH ELOHIM Israelis; Ecce ego venire-faciens ad urbem istam, & super omnes vrbes eius, omne malum, quod loquutus fui super eam: quia perplexauerunt ceruicem suam ad nequaquam audire verba mea.



COMMENTARIA.

VERS. I.



ÆC DICIT DOMINVS.] Alij: Sic ait Iehoua. Duo, inquit, hæc capita, quia perpetuam narrationem continent, vnâ coniunximus. Continentur autem hac narratione tria potissimum; primum est de prophetia, quam ex mandato Dei, typo & sermone Iudæis præsignificauit Iirmeia, toto

hoc capite: secundum est de certamine, quod seruo Dei prophetanti fuit oblatum, & singulari denuntiatione prophetæ in aduersarios, sex primis versibus capituli 20. tertium est, precatio, inde ad finem capituli.

VADE, ET ACCIPE LAGUNCVLAM FIGVLI TESTEAM.] Alij: 1. Vade, & eme unophorum à figulo testaceum. 2. I, & coëme fideliã

fideliā testaceā à figulo. 3. *Abi, ut compares lagenam figuli testaceam.* nempe ad typum, qui exponitur infra vers. 12. De voce בקבוק *bakbuk*, quam lagenam Noster vertit, vide 1. Reg. 14. vers. 3. Nos ibi, & hīc *orcām* exposuimus, de qua plura vide apud Bayssium in Re vascularia.

A SENIORIBVS POPVLI, ET A SENIORIBVS SACERDOTVM.] Hebr. & de senibus populi, & de senibus sacerdotum. Alij: 1. & voca quosdam de senioribus populi, & de senioribus, &c. vel & duc tecum de senioribus populi, & de senioribus sacerdotum. 2. adhibens de senioribus populi, & de senioribus sacerdotum. id est, certos homines auctoritate & dignitate præditos ex vtroque ordine ciuili seu politico, & ecclesiastico tibi adiungito, vt in illis sistas quodammodo totum Iudææ corpus.

VERS. 2. ET EGREDERE.] Alij: *Egredierisque.* vel *deinde progressus.* nimirum à suburbano figulorum vico, qui extra portam vrbis orientalem ad vallem filiorum Hinnomi pertinebat: qui tractus erat argillaceus, & figlinæ accommodus. *ad vallem filij Ennom.* vide supra cap. 7. v. 31.

QVÆ EST IUXTA INTROITVM PORTÆ FICTILIS.] Alij: 1. *quæ est extra valuas porta charsih.* 2. *quæ est ad ostium porta solaris,* seu *orientalis.* de qua Nechem. 3. vers. 26. Alij portam orientalem templi accipiunt, de qua Nechem. 3. vers. 29. vide 2. Reg. 11. vers. 6. nam eandem esse demonstratur infra vers. 14. *חרסיה charsih,* & *solarem,* & *testaceam,* seu *fictilem* significare potest: nam *חרסיה* *cheres,* cum *Samech,* est *sol;* cum *scin* verò sinistro, quod passim vsurpatur pro *Samech,* est *testa.* Quidam *portam fictilem* dictam putant, vel quod iuxta eam figuli habitarent: vel quod per eam fragmenta vasorum fictilium efferrentur ex vrbe: vt extra Romam est mons testaceus.

ET PRÆDICABIS IBI VERBA, QVÆ EGO LOQVAR AD TE.] Alij: 1. & clara voce pronuntia verba, quæ ego ad te loquar. 2. & proclamabis illic verba illa, quæ edixero tibi. Exponunt, *illic,* videlicet vtroque, in valle Hinnomi, & ad portam orientalem, vt fecisse postea videbimus.

VERS. 3. ET DICES, &c.] Huius prophetiæ partes sunt duæ: prophetia ipsa, vsque ad vers. 10. & typus, versibus deinde quatuor: prophetia autem summa est hoc versu, exornatio; sequente.

TINNIENT AVRES EIVS.] Alij: *tinnitum experientur aures eius.* vide in 1. Samuel. 3. vers. 11.

VERS. 4. EO QVOD DERELIQUERINT ME.] Exornatio continet primum causas, duobus versibus: deinde iudicium & pœnas, vers. 6. & sequentibus.

ET ALIENVM FECERINT LOCVM ISTVM.] Alij: 1. & alienum reddiderunt locum istum. id est, effecerunt peccatis suis, vt locum hunc non amplius agnoscam pro meo. 2. & occultauerunt locum istum, id est, negauerunt. 3. & profanauerunt. 4. & nothificauerunt locum istum. id est, quasi nothum, *Maluenda, In libr. Jerem.*

spurium, & adulterinum habuerunt vel reddiderunt locum istum. vel *adulterauerunt,* *deprauauerunt locum istum.* 5. & extraneauerunt, seu *externauerunt locum istum.* id est, extraneum & alienum fecerunt à sua institutione & vsu, propter quem eum Deus consecrauerat. vide de verbo נכר *nicher* in Deuteron. 32. v. 27.

ET EXPLEVERUNT LOCVM ISTVM SANGVINE INNOCENTVM.] quos sacrificauerunt Molecho; supra cap. 7. vers. 31. & 32. & inhumanissimè passim occiderunt, vt fuit temporum illorum licentia, quæ obiicitur Ezechiel. 11. vers. 6. & 7. & alibi. Alij non tam rectè, sanguine innocentum prophetarum.

PROPTEREA ECCE DIES VENIVNT, &c.] vide de hoc versu supra cap. 7. vers. 32.

THOPHETH.] vide supra cap. 7. v. 31. ET DISSIPABO.] Hebr. *Et euacuabo; exhausturiam, irritum-faciam.* Est autem elegans paronomasia & allusio, vt notant Hebræi; inter verbum כקק *bakak* quod hīc ponitur, & בקבוק *bakbuk* *lagena,* de qua vers. 1. Nam ea dicta putatur ab hoc verbo.

IN LOCO ISTO.] id est, in vrbe Ierusalaimorum & toto agro, synecdochicè: vel in tota Iudæa.

ET PONAM CIVITATEM HANC IN STVPOREM, ET IN SIBILVM, &c.] vide supra cap. 18. vers. 16. vbi sunt eadem verba.

ET CIBABO EOS CARNIBVS FILIORVM SVORVM, ET CARNIBVS FILIARVM SVARVM.] Alij ex Hebr. *Faciamque vt comedant carnem filiorum suorum; & carnes filiarum suarum,* &c. vide in Deuter. 28. v. 53. & Lament. 2. v. 20. & cap. 4. v. 10.

IN OBSIDIONE ET ANGVSTIA, IN QVA CONCLVDENT EOS INIMICI EORVM.] Quidam: *pre oppressione & angustia; qua angent eos inimici eorum.* ex interminatione Deuter. 28. v. 53. vbi sunt eadem verba: vide ibi Notas.

ET CONTERES LAGVNCVLIAM, &c.] Alij: *Deinde franges lagenam ipsam, ante oculos illorum hominum, qui ituri sunt tecum.* Typus, vt diximus in vers. 3. cuius explicatio sequentibus continetur.

QVOD NON POTEST VLTRA INSTAVRARI.] Alij: 1. *quod resciri ultra non potest.* exponunt humanis viribus: nam diuinis poterit, supra cap. 18. vers. 6. 2. *quod non potest curari amplius.* id est, restitui in statum pristinum. Numquam enim Iudæorum regnum à deportationis tempore fuit redintegratum, & pristinae dignitati ac amplitudini restitutum: vide Isai. 30. v. 14.

ET IN THOPHETH SEPELIENTVR, EO QVOD NON SIT ALIVS LOCVS AD SEPELIENDVM.] Alij ex Hebr. & *Thophethi sepelient,* impersonaliter, pro; *sepelientur;* eo quod nullus supererit locus ad *sepelendum.* vide supra cap. 7. v. 32.

SIC FACIAM LOCO HVIC, &c.] Alij hunc versum reddunt: *Ita facturus sum loco isti; dictum Iehoua, & habitatoribus eius, & redditurus civitatem istam similem Thophetho.* vide in 2. Reg. 23. v. 10. 13. & 14.

VERS. 13.

SICVT LOCVS THOPHETH, IMMUNDÆ.] Alij: 1. perinde ac locus Topheth, imunda scilicet. 2. vt locus Thophethi, immundissima. videlicet, plenæ cadaueribus: vide 2. Regum, ibidem.

OMNES DOMVS IN QVARVM DOMATIBVS, &c.] Hebr. omnibus domibus. in datiuo. Subaudi, idem erit, aut eueniet. Quidam reddunt: cum omnibus domibus, vel propter omnes domos, in quarum tectis suffitum incenderunt vniuersa militia calorum, libando

libamina diis alijs. Alij: omnes domus illa, super quarum tecta adoleuerint toti exercitui calorum, & libauerint libamina diis alienis.

ET STETIT IN ATRIO DOMVS DOMINI.] Alij: substituit in atrio domus Iehoua. id est, ad ostium portæ orientalis, de qua versu 2.

QVONIAM OBDVRAVERVNT CERVICEM SVAM.] vide supra cap. 17. vers. 23.

VERS. 14.

CAPVT XX.

Percussus Ieremias mittitur à Phassur in neruum, & ab eodem eductus vaticinatur illi tamquam pseudopropheta & omnibus amicis eius totique Iudæ captiuitatem Babylonicam: conqueritur se rideri & pati opprobrium ac persecutionem ob verbum Domini, maledicitque dici natiuitatis suæ.

Vulg.

Malu.

I T audiuit Phassur filius Emmer sacerdos, qui constitutus erat princeps in domo Domini, Ieremiam prophetantem sermones istos.

2 Et percussit Phassur Ieremiam prophetam, & misit eum in neruum, quod erat in porta Benjamin superiori, in domo Domini.

3 Cùmque illuxisset in crastinum, eduxit Phassur Ieremiam de neruo: & dixit ad eum Ieremias: Non Phassur vocauit Dominus nomen tuum, sed pauorem vndique.

4 Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego dabo te in pauorem, te & omnes amicos tuos: & corruent gladio inimicorum tuorum, & oculi tui videbunt: & omnem Iudam dabo in manum regis Babylonis; & traducet eos in Babylonem, & percutiet eos gladio.

5 Et dabo vniuersam substantiam ciuitatis huius, & omnem laborem eius, omneque pretium, & cunctos thesauros regum Iuda dabo in manu inimicorum eorum: & diripient eos, & tollent, & ducent in Babylonem.

6 Tu autem Phassur, & omnes habitatores domus tuæ, ibitis in captiuitatem: & in Babylonem venies, & ibi morieris, ibique sepelietur tu, & omnes amici tui, quibus prophetaisti mendacium.

T audiuit Phaschur filius Imer Sacerdos, & ipse visitator^a ductor in domo IHVH, Iirmejahu prophetantem verba ista:

2 Et percussit Phaschur Iirmejahu prophetam, & dedit eum super^b versionem, quæ in porta Benjaminis altissima, quæ in domo IHVH.

3 Et fuit de crastino, & exire fecit Phaschur Iirmejahu de versione: & dixit ad eum Iirmejahu. Non Phaschur vocauit IHVH nomen tuum, ^c quia si Maghor misabib.

4 Quia sic dixit IHVH, Ecce ego dans te paori tibi, & omnibus amantibus tuis, & eadent in gladio malevolentium suorum, & oculi tui videntes: & omnem Iehudah dabo in manu regis Babelis, ^d deuoluet eos in Babelem, & percutiet eos in gladio.

5 Et dabo omnem thesaurum vrbis istius, & omnem laborem eius, & omne pretiosum eius; & omnes thesauros regum Iehudah dabo in manu malevolentium eorum; & diripient eos, & accipient eos, & venire facient eos in Babelem.

6 Et, tu Phaschur, & omnes habitantes domus tuæ ambulabitis in captiua-abductione: & Babel^e venies, & ibi morieris, & ibi sepelietur tu, & omnes amantes tui, ^e qui prophetauisti eis in falsitate.

7 Persua quibus

^a antecessor, ductor, princeps, antistes

^b euectione. sic v. 3.

^c ON 13 chi im, quinimo, sed

^d migrare faciet, deportabit

^e quod vel

7 Seduxisti me Domine, & seductus sum: fortior me fuisti, & inualuisti. factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me.

8 Quia iam olim loquor, vociferans iniquitatem, & vastitatem clamito: & factus est mihi sermo Domini in opprobrium, & in desertum tota die.

9 Et dixi: Non recordabor eius: neque loquar ultra in nomine illius: & factus est in corde meo quasi ignis exestuans, claususque in ossibus meis: & defeci, ferre non sustinens.

10 Audiui enim contumelias multorum, & terrorem in circuitu: Persequimini, & persequamur eum: ab omnibus viris, qui erant pacifici mei, & custodientes latus meum: si quomodo decipiatur, & praualeamus aduersus eum, & consequamur ultionem ex eo.

Inf. 2 I g. 40. 11 Dominus autem mecum est quasi bellator fortis: idcirco qui persequuntur me, cadent, & infirmi erunt: confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod numquam delebitur.

Sup. 11. d. 70. & 17. b. 1. 12 Et tu Domine exercituum probator iusti, qui vides renes & cor, videam quasso ultionem tuam ex eis: tibi enim reuelavi causam meam:

13 Cantate Domino, laudate Dominum: quia liberauit animam pauperis de manu malorum.

Iob 3: a. 2. 14 Maledicta dies, in qua natus sum: dies, in qua peperit me mater mea: non sit benedicta.

15 Maledictus vir, qui annuntiavit patri meo, dicens: Natus est tibi puer masculus: & quasi gaudio lætificauit eum.

16 Sit homo ille ut sunt ciuitates, quas subertit Dominus, & non pœnituit eum: audiat clamorem manè, & ululatum in tempore meridiano:

17 quoniam interfecit à vulua, ut fieret mihi mater mea sepulchrum, & vulua eius conceptus æternus.

18 Quare de vulua egressus sum, ut viderem laborem & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei?

7 Persuasisti me, IHVH, & persuasus fui, obtinuisti me, & potuisti: fui risui omni die, & omne eius subsannans mihi.

8 Quia de sufficientia loquar, clamabo: violentiam, & deuastationem vocabo: quia fuit verbum IHVH mihi probro, & contumeliæ omni die.

9 Et dicam, Non recordabor eum, & non loquar adhuc in nomine eius. Et erit in corde meo sicut ignis exardescens, & præualitus in ossibus meis: & defatigatus fui vniuersitare, & non potero.

10 Quia audiui murmuratiōem multorum Maghormisabib; Annuntiate, & annuntiauimus; omnis mortalis pacis meæ, obseruantes lateris mei: Si forte persuadebitur, & potuimus ei, & accepimus vindictam nostram de ab eo.

11 Et IHVH ad me sicut P præpotens præualidus; super sic persequentes mei impingentur, & non poterunt: pudæfacti fuerunt valdè, quia non intelligere fecerunt; ignominia æterni non obliuiscetur.

12 Et IHVH TZEBAOTH probans iustum, videns renes & cor: videbo vindictam tuam de eis, quia ad te deuolui litem meam.

13 Cantate IHVH, extollite IHVH: quia eripuit animam egeni de manu malefacientium.

14 Maledicta dies, qua genitus fui in ea: dies, qua peperit me mater mea, non erit benedicta.

15 Maledictus vir, qui euangelizauit patri meo, ad dicere; Natus fuit tibi filius masculus: lætificauit eum.

16 Et erit vir ipse sicut vrbes, quas vertit IHVH, & non pœnitebit: & audiet clamorem in mane, & tarantizationem in tempore duorum meridierum.

17 Quod non morifecit me de matrice: & fuit mihi mater mea sepulchrum meum; & matrix eius grauida æterni.

18 Ad quid istud de matrice exiui, ad videre laborem & mærorem: & consummati fuerunt in pudore dies mei.

f ludoludificatiōi
g omnis
ipse

b illusioni
vilipensionis

i amplius,
ultra, deinceps
k præualidus, validus
de. conclusus

l sustinere, sustentare
m obloquutionem, ut
Genes. 37. 2.
n vt annuntiamus


o vt præualeamus, & capiamus
p, heros videlentus

q passio, obliuio, traditio

r datiuus, f euehira latidibus

r vide in
Leuit. 23.
v. 24.
u vide in
Genes. 43.
16.

x prægnans sæculi, seu æternitatis
y molestia
z dolorem, angorem, ærumnam



COMMENTARIA.

VERS. 1.



T AVDIVIT PHASSVR.] Secunda pars narrationis, vt dictum est cap. 19. vers. 1. de certamine, quod pro veritate Dei fuit subeundum prophetae, duobus versibus : & singulari denuntiatione publicorum priuatorumque iudiciorum Dei, quatuor sequentibus.

FILIVS EMMER SACERDOS.] vel sacerdotis. ex decimafexta sacerdotum sorte, 1. Paralipom. 24. v. 14.

QVI CONSTITVTVS ERAT PRINCEPS IN DOMO DOMINI.] Alij : 1. primarius princeps in aede Iehoua. 2. qui erat praefectus, antecessor in domo Iehoua. id est, secundus à Sacerdote summo, vt fuit Elhazar viuo Aharonne patre, Numeror. 4. videtur iste fuisse primarius visitator, inspector, commissarius, praefectus, administrator templi, post summum sacerdotem.

VERS. 2.

ET MISIT EVM IN NERVVM.] Hebr. & dedit, vel posuit eum in carcerem, vel cippum. De voce מהפכת mahpecheth vide in 2. Paralipom. 16. vers. 10.

QVOD ERAT IN PORTA BENJAMIN SUPERIORI IN DOMO DOMINI.] Alij : qui erat in porta Binjaminis superiore, que erat in domo Iehoua. Exponunt, in porta templi, qua Binjaminem respiciebat : nam templum erat in tribu Binjaminis, Genes. 49. vers. 27. & Deuteronom. 33. vers. 12. 2. qui erat ad portam Binjaminis superiorem, que fuit iuxta adem Iehoua. 3. qui erat in porta Binjaminis summa, que erat ad domum Iehoua. Putant hanc portam fuisse non templi, sed muri urbis prope templum, vel potius portam domus regiae, de qua 2. Paralipom. 23. vers. 20. Alij, eam esse putant templi portam, de qua 2. Reg. 11. vers. 6. & cap. 15. vers. 35. quod verisimilius esse putamus : nam disertissime hic dicitur fuisse in domo Iehoua, non ad, aut prope.

VERS. 3.

QVVMQVE ILLVXISSET IN CRASTINVM, EDVXIT PHASSVR IEREMIAM DE NERVO, &c.] Alij : Fuit autem postridies, quum eduxisset Paschchur Iirmejam e cippo, vt diceret ei Iirmeja. Singularis denuntiatione iudicij diuini in Paschchurum, cum notatione certa formae, temporis, & aliarum circumstantiarum, ac causae.

NON PHASSVR VOCAVIT DOMINVS NOMEN TVVM, SED PAVOREM VNDIQVE.] Hebr. Non Paschchurum vocavit IHVH nomen tuum, quinimo Magor-missabibum. Aiunt Paschchur, componi ex פח phch, os, & שחור schachur, denigratus, quasi ore denigratus, seu os denigratum, aut oris nigredo. מנור מסביב maghor missabib, verò perspicue est, Pavor de circuitu, vel Timor circumquaque. Tremellius & Iunius exponunt : Non Paschchurum vocat Iehoua nomen tuum, sed Magor-missabibum. Explicunt, Paschchurum, id est, qui extendit

pallorem, siue efficit auctoritate & violentia vt expallescant homines vndique, & ab ipso metuant : sicut in Iirmeia opere demonstrauit. Hoc vocis etymon amplectimur adducti contrariae appellationis antithesi. Vox enim composita est duobus verbis, quorum prius פוש pusch, vel פשה פשה paschah, diffundere est Leuitic. 13. vers. 5. & 6. posterius חור chaur, vel חור chur, exalbescere, vel expalescere, Isaiæ 29. vers. 22. Potes exponere, qui ex petulantia, lasciuia, luxuria, insolentia efficit vt expallescant homines. Magor-missabibum. id est, Formidinem circumquaque, pro eo, quod est, qui omnibus ex partibus formidine percellitur.

ECCE EGO DABO TE IN PAVOREM.] VERS. 4. Hebr. Ecce ego dans te pavori, vel formidini. Alij : 1. Ecce ego inditurus sum tibi formidinem. Hypallage : 2. Ecce ego reddam te pavorem. Emphaticè, vt nedum pauas, aut formidine afficiaris, sed sis ipsa formido ac pavor. id est, vehementissimè pauas.

VNIVERSAM SVBSTANTIAM.] חסון חוסן VERS. 5. choson, robur, thesaurum, opes, facultates. vt Proverbior. 15. vers. 6. & Isai. 33. v. 6.

ET OMNEM LABOREM EIVS.] id est, omnia labore parta.

ET OMNES HABITATORES DOMVS TVÆ. id est, omnes domestici tui. VERS. 6.

SEDVXISTI ME DOMINE ET SEDVCTVS SVM.] Alij : 1. Illexisti me Iehoua, & illectus sum. id est, blandis verbis me illexisti, vt acciperem munus prophetandi, & illectus sum illud suscipiendo. 2. Imposuisti mihi Iehoua, & seductus sum. quasi dicat, quum munus prophetandi commisisti mihi, fucum mihi fecisse videris : pollicitus enim fuisti, te semper mihi affuturum, supra cap. 1. vers. 8. cum tamen nunc permiseris me insolentiae Paschchuris, qui me pulsauit, & in cippum coniecit : ad hæc expolitus omnium fannis & irrisionibus propter prophetandi functionem. Hæc humano spiritu, non diuino dicuntur à propheta, & potius videntur verba carnis, quam spiritus. 3. Pellexisti me, Iehoua, quando pellectus sum. Tertia pars narrationis, vt dictum est cap. 19. v. 1. duobus membris continetur, oratione, vsque ad vers. 13. & laudatione, inde ad finem vsque. In oratione verò primum propheta narrat necessitatem functionis suae, & aduersantium certamina, quatuor versibus ; deinde opem Dei praesentissimam, vers. 11. ac postremò optatum, vers. 12. quando pellectus sum. ad suscipiendam, & obeundam functionem meam. quasi dicat, tu vnus mihi auctor es vocationis meae, & recusanti vim quodammodo attulisti, supra cap. 1. v. 17. & cap. 17. v. 16.

FORTIOR ME FVISTI, ET INVOLVISTI.] Alij : confortasti me, & potuisti. vel fortior fuisti me, & praeualuisti. Subaudi, mihi. id est, euicisti apud me vt munus prophetandi susciperem.

OMNES SVBSANNANT ME.] Hebr. *omnis ipse subsannans mihi. Alij : quisque subsannat me. 2. totus iste populus subsannat me.*

VERS. 8.

QUIA IAM OLIM LOQVOR, VOCIFERANS INIQUITATEM, ET VASTITATEM CLAMITO, &c.] Alij : *Nam ex quo proloquor. id est, ex quo cœpi obire prophetandi munus, exclamo violentiam, & vastationem clamo, quia est verbum Iehoua mihi probro & ludificationi totum diem. id est, infinitis ludificationibus, probris, contumeliis, & malis exagitor, quæ mihi clamores miserabiles extorquent, faciuntque, vt exostulem tecum de violentia & vastatione, quam moliuntur aduersum me : metalepsis. Alij exponunt. vociferans iniquitatem, id est, iniquitatis pœnam illis denuntians : seu violentiam & vastitatem, aut oppressionem, passiuè, quam illis Chaldæi illaturi sunt ; & quum hoc totos dies clamem, tantum abest vt mihi credant, vt me potius derideant. Caue hunc sensum illi priori æques. 2. Quoniam posteaquam loquor, vociferor iniuriam, & vastationem clamo : quandoquidem ergo verbum Iehoua mihi probro vertitur, & omnibus diebus vituperio : statui me eius mentionem ultra non habiturum, &c. Iungunt enim sequentibus. quasi dicat, Ex quo tempore prophetare cœpi nomine tuo, non desij affligi, idque vehémentissimè, ita vt cogar inclamare, non aliter atque ij, qui vociferantur ob violentiam & direptionem, &c.*

VERS. 9.

ET DIXI, NON RECOTDABOR EIUS, SCILICET DEI, NEQVE LOQVAR ULTRA IN NOMINE ILLIVS &c.] nempe Dei. Alij hunc versum ex Hebræo reddunt : 1. *Statui me eius mentionem ultra non habiturum : at fiebat verbum Iehoua in corde meo, & in ossibus meis tanquam cohibiti ignis incendium, vt sustentando laborarem, nec possem. 2. Si dicam, Non commemorabo eum, neque loquar amplius in nomine eius ; atque est, videlicet verbum Iehouæ, cuius meminit præcedente versu, in animo meo quasi ignis ardens inclusus ossibus meis, & deseriſcor sustinendo, nec possum amplius. Videlicet sustinere, aut inhibere verbum Dei. Sensus huius versus ita concipiunt atque nunc etiam si impedimentis illis deterritus statuerem supersedere à functione hac, non possem : tanta est vis verbi & vocationis tuæ, vt me oporteat in voces, aut in sermonem propheticum erumpere : Sic Job. 32. v. 18. & sequentibus.*

ET DEFECI FERRE NON SVSTINENS.] Hebr. *Et defatigatus sum vniuersuando, & non potero. id est, fessus sum vniuersum istum ignem sustinendo, vel continendo, vel capiendo in animo meo & in ossibus : & non potero. subaudi, vniuersitare, capere, continere, sustinere, vide supra cap. 6. v. 11.*

VERS. 10.

AVDIVI ENIM CONTVMELIAS &c.] Alij hunc versum ex Heb. elucidant : 1. *Porro audiui multorum insaniam seu obrectationem, pauorem circumquaque, Indicate subaudi verbum falsum, siue falsas eius prædictiones, & indicabimus illud, Subaudi, regi, vel magistratui, vt eum perimat : eorum etiam omnium, qui mihi beneuolebant, quique latus meum obseruabant, dicentium : Si forte persuaderi*

posset, vt ei superiores simus. & vindictam de eo sumamus. 2. *Quia audiui infamem sermonem multorum, Magor-missabbi, qui sequentibus verbis speciatim exponuntur, nimirum Phalschchuris, qui Magor-missabibus dictus est, pseudo-prophetarum, amicorum, & inimicorum, dicentium, Indicate, quod indicemus, periphrasis, pseudoprophetarum, qui nundinantur cum populo, dicentes, Quid vultis prophetari vobis ? & prophetabimus : vt Michææ 2. v. 11. Omnis mortalis, qui pacem colere debebat mecum, obseruantium claudicationem meam, cum à functione, cum à vita mea, vt sequentia verba docent : eandem metaphoram vide Psalm. 34. v. 15. & Psalm. 37. v. 18. fortassis pellicietur, & praualebimus, aut sumemus ultionem nostram de eo. 3. Audiui enim obrectationem multorum, pauor est vndique, Annuntiate & renuntiabimus illud : omnes viri pacis meæ, id est, qui ante mihi erant amici, obseruant an claudicem in aliquo, dicentes, Forte decipietur, & praualebimus ei, & sumemus ultionem nostram de eo.*

CVSTODIENTES LATVS MEVM.] Hebr. *Observatores costæ meæ, vel lateris mei, vel claudicationis meæ. quasi lapsus lateris, id est, insidiatores vitæ & actionum mearum.*

DOMINVS AVTEM MECVM EST TANQVAM BELLATOR FORTIS.] Alij : 1. *Iehoua autem est mecum vt robustus heros. vel gigas, id est, potenter mihi fecit opem. 2. Atqui Iehoua adest mihi similis potenti formidabili, seu terrifico.*

CADENT ET INFIRMI ERVNT.] Alij : 1. *prostermentur, & nihil poterunt. 2. impingent, corruent, neque praualebunt.*

QUIA NON INTELLEXERVNT OPPROBRIVM SEMPITERNVM, QVOD NVMQVAM DELEBITVR.] Alij ex Heb. *Quia non prospere-agent, ignominia perpetua erit illis, quæ nunquam obliuioni tradetur. vt infra cap. 23. v. 40. 2. nihil enim sua prudentia profecerunt, perpetua ignominia notabuntur, quæ nunquam obliuioni tradetur. 3. quum non secundabuntur, ignominia perpetua non poterit tradi obliuioni. id est, non succedet, quod optant aduersum me, sed ipsi perpetua confusione à Deo afficientur. Verbo שָׁחַל sachal in Hiphil hæc omnia subsunt : quia non accurate-considerauerunt, animaduertuerunt, non gnauiter & prudenter egerunt : quia non prospere-egerunt, non eis feliciter successit, id est, frustrati sunt spe sua.*

ET TV DOMINE PROBATOR IVSTI &c.] Alij hunc versum ex Heb. ita exprimunt : 1. *Et tu, Iehoua exercituum, explorator iusti, id est, qui examinas rationem viuendi eorum, qui sibi iusti videntur, & inuenit eam à reprehensione alienam non esse, videns renes & cor, id est, & qui solus inspicis humana arcana : videam ultionem tuam de eis sumi, quia tibi reuelavi causam meam. 2. Itaque, ô Iehoua exercituum, probans iustum, inspiciens renes & cor, videam ultionem tuam de istis, quia tibi reuelavi causam meam. Oratio, seu optatum, vt diximus in vers. 7. ultionem petens de aduersariis, non ex carnali & priuato studio, sed ex testificatione spiritus Dei, con-*

scientia decreti irrevocabilis contra Iudæos, & diuinæ gloriæ desiderio in defendenda, præstandaque veritate. Vide de priore hemistichio supra cap. 11. v. 20. & cap. 17. v. 10. Huius versus sensum dupliciter concipiunt: 1. O Iehoua, qui expendis merita hominum, vt qui introspicis penitissima cordium, repende illis, & mihi pro meritis. 2. O Iehoua, qui probas me iustum, & seicis intimè innocenriam meam, iudicia tua exerce in aduersarios meos, tibi enim commisi causam meam.

VERS. 13. CANTATE DOMINO &c.] Alij; *Cantate Iehoua, laudate Iehouam, quia eripuit animam egentis è manu maleficorū, dicentis.* Altera pars, Laudatio Dei, vt diximus in v. 7. quam propheta prædicari iubet ex præcepta animo fiducia de liberatione sua, & piorum omnium, quos grauissimæ calamitates opprimunt: quæ sequentibus versibus amplificantur per ethopæiam, tanquam si quis pius obsessus malis conturbaretur ne acquiesceret Deo, & sermone inueheretur in diem natiuitatis suæ: quasi dicat: eum meritò celebrandum esse, qui bonos circumuentos malis nullum modum aut finem videntes calamitatum. sed de exitu prope desperantes liberat prouidentia omnipotente, paternaque beneuolentia.

VERS. 14. MALEDICTA DIES IN QVA NATVS SVM &c.] Alij: *dicentis, Maledictus ille dies, quo genitus fui, dies, quo peperit me mater mea, ne sit benedictus.* Ethopæia pij circumuenti malis grauissima. cui similis Iob. 3.

VERS. 15. ET QVASI GAUDIO LÆTIFICAVIT EVM.] Heb. *latificando latificauit eum.* Alij: 1. & latitia eum exhilarauit. 2. valde latificauit eum.

VERS. 16. SIT HOMO ILLE VT CIVITATES, QVAS SVBERTIT DOMINVS, &c.] Alij: 1. *Eueniat isti homini quod ciuitatibus, quas subuertit Iehoua.* 2. *Sitque vir ille similis ciuitatibus,*

quas euertit Iehoua. id est, male perierit, vt ciuitates illæ Genes. 19. vers. 24. & sequentibus.

AVDIAT CLAMOREM MANE, & VLV-LATVM IN TEMPORE MERIDIANO.] Heb. & *audiet clamorem in mane, & taratantara in tempore meridierum.* seu vtriusque meridiei. Alij: 1. *audiat clamorem,* subaudi cæforum seu pereuntium, *mane, & vociferationem tempore meridiei.* Per manè & meridiem intelligit totum diem. quasi dicat, totis diebus sit in ea animi perturbatione, in qua ij solent esse, qui urbem incolunt hostili cinctam obfidione, hoc est, versetur in perpetuo periculo, terrore, luctu, eiulatu, vt qui sunt acriter obsessi. 2. *quum audiuisset clamorem mane, & vociferationem tempore meridiano.* id est, quum noctu & interdiu, clam & palam, priuate publicèque impudentissimam & proicctissimam ad omnia peccata audaciam libidinemque ciuium Sedomiticorum percepisset Deus: vt Deus ipse testatur, & facta comprobant; Genes. 18. & 19. Sic enim accipitur clamoris vocabulum Genes. 19. v. 20. & cap. 19. v. 13. 3. *audiuerat enim Deus clamorem mane, & eiulatum tempore meridiano.*

QVI NON ME INTERFECIT A VLVVA **VERS. 17.** &c.] Alij hunc versum ex Heb. conuertunt: 1. *Quod me non interfecit Deus mox ab utero, fuisset enim mater mea, aut quod non fuit mater mea sepulcrum mihi, & uterus eius, conceptus perpetuus. vel prægnans perpetuo.* 2. *Quod non affecerit me morte, egressum ex vulua: aut fuerit mihi mater mea sepulcrum meum, & vulua eius vt grauida perpetuo.* id est, quæ nunquam edit partum. Est insigne genus infortunij. Apuleius de saga quadam, Lib. 1. Asini: [Eadem anatoris sui uxorem, quæ in eam dicaculé probrum dixerat, iam in sarcinam prægnationis obsepio utero, & repugnato foetu, perpetua prægnatione damnauit.]

CAPVT XXI.

Respondet Ieremias nuntiis Sedecie regis super obsidione regis Nabuchodonosor, Iudam vastandum peste, gladio, fame & captiuitate, solòsque eos victuros qui transfugerint ad Chaldaeos: hortatur etiam vt faciant iudicium, ne indignatio Domini penitus ipsos consumat.

Vulg.

Verbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino, quando misit ad eum rex Sedecias Phassur filium Melchia, & Sophoniam filium Maasia sacerdotem, dicens:

2 Interroga pro nobis Dominum, quia Nabuchodonosor rex Babylonis præliatur aduersum nos: si fortè faciat Dominus

Malu.

Verbum, quod fuit ad Ieremiam, de ad IHVH, in mittere ad eum regem Tzidkijahu Phachurem filium Malchijah, & Tzephanjah filium Maghasejah sacerdotem ad dicere.

2 Quare, obsecro, in vsque ad nos ad IHVH, quia Nebuchadretzar rex Babelis ^a cædet super nos; Si fortè ^b faciet

a apud
b incidit,
pugnabit,
preliabitur

nobiscum secundum omnia mirabilia sua,
& recedat à nobis.

3 Et dixit Jeremias ad eos. Sic dicetis
Sedecia:

4 Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce
ego conuertam vasa belli, quæ in mani-
bus vestris sunt, & quibus vos pugnatu
aduersum regem Babylonis, & Chaldaeos,
qui obsident vos in circuitu murorum: &
congregabo ea in medio ciuitatis huius.

5 Et debellabo ego vos in manu exten-
ta, & in brachio forti, & furore, & in in-
dignatione, & in ira grandi.

6 Et percutiam habitatores ciuitatis
huius, homines & bestia pestilentia ma-
gna morientur.

7 Et post hæc ait Dominus: dabo Sede-
ciam regem Iudæ, & seruos eius, & popu-
lum eius, & qui derelicti sunt in ciuitate
hac à peste, & gladio, & fame, in ma-
nu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in
manu inimicorum eorum, & in manu
quærentium animam eorum, & percutiet
eos in ore gladij, & non flectetur, neque
parcet, nec miserebitur.

8 Et ad populum hunc dices: Hæc dicit
Dominus: Ecce ego do coram vobis viam
vitæ & viam mortis.

9 Qui habitauerit in vrbe hac, morietur
gladio, & fame, & peste: qui autem
egressus fuerit, & transfugerit ad Chal-
daeos, qui obsident vos, viuet, & erit ei
anima sua, quasi spoliũ.

10 Posui enim faciem meam super ciui-
tatem hanc in malum, & non in bonum,
ait Dominus: in manu regis Babylonis
dabitur, & exuret eam igni.

11 Et domui regis Iudæ: Audite verbum
Domini, domus Dauid, hæc dicit Dominus:

12 Iudicate manè iudicium, & eruite
vi oppressum de manu calumniantis: ne
forte egrediatur vt ignis indignatio mea,
& succendatur, & non sit qui extinguat,
propter malitiam studiorum vestrorum.

13 Ecce ego ad te habitatricem vallis
solidae atque campestris, ait Dominus:
qui dicetis: Quis percutiet nos? & quis
ingredietur domos nostras?

14 Et visitabo super vos iuxta fructum
studiorum vestrorum, dicit Dominus: &
succendam ignem in circuitu eius.

faciet IHVH nobiscum secundum omnia
ardua eius, & ascendit de super nos.

3 Et dixit Iirmejahu ad eos: Sic dice-
tis ad Tzidkijahu.

4 Sic dixit IHVH ELOHIM Israelis,
Ecce ego circumgyrare-faciens^d vasa
cæssonis, quæ in manu vestra, quibus
vos^e cædentes in eis^f ad regem Babelis,
& ad Chaldaeos, coangustantes
super vos de foris muro: & colligam
eos ad medium vrbis istius.

5 Et hæc dædam ego ad vos in manu
extensa, & in brachio obtento, & in
nalo. & in ardore, & in efferuescen-
tia grandi.

6 Et percutiam habitantes vrbis
istius, & hominem, & animal: in
peste grandi morientur.

7 Et post sic, ¹ Fidelis-sermo IHVH,
dabo Tzidkijahu regem Iehudah, &
seruos eius, & populum, & relictos in
vrbe ista de peste, de gladio, & de fa-
me in manu Nebuchadretzaris regis
Babelis, & in manu maleuolentium
eorum & in manu quærentium anima-
rum eorum: & percutiet eos^m ori gla-
di; non conuiebit super eos, & non
commiseratione-mouebitur, & non
inuiscerabit.

8 Et ad populum istum dices: Sic dixit
IHVH: Ecce ego dans faciebus eo-
rum viam vitarum, & viam mortis.

9 ^o Habitans in vrbe ista morietur
in gladio, & in fame, & in peste: &
exiens, & cadet super Chaldaeos coan-
gustantes super vos, viuet; & erit ei
anima eius^p spolio.

10 Quia posui facies meas in vrbe
ista, ^q malo; & non bono, Fidelis-sermo
IHVH: in manu regis Babelis dabi-
tur; & comburet eam in igne.

11 Et domui regis Iehudah: Audite
verbum IHVH.

12 Domus Dauidis, sic dixit IHVH;
Iudicate ^r manè iudicium & eripite
direptum de manu defraudantis: ne-
quando exhibit sicut ignis ^t ardor meus,
& exardescet, & non extinguens de
faciebus malitiæ ludicrorum ^u eorum.

13 Ecce ego ad te, habitans vallis, pe-
tra ^x rectitudinis, Fidelis-sermo IHVH:
dicentes, Quis descendet super nos, &
quis veniet in habitaculis nostris?

14 Et visitabo super vos secundum
fructum ludicrorum vestrorum, Fidelis-
sermo IHVH: & conflagrare-faciam
ignem in silua eius; & comedet omnes
circuitus eius.

c vrascedat
d arma, inf-
trumenta
belli
e vt v. 2.
f adueisus,
vel cum re-
ge sic statim
g ea
h vt v. 2.
i astu-iræ,
excandef-
centia
k bestiam,
iumentum
l vide in Ger-
nes. 22. 16. sic
v. 10. & 13.
& 14.
m ad eos
n visceri-
bus miseri-
cordiæ cõ-
plectetur
o Manens,
desideas
p datus. i
spoliũ, pro
spolio
q datus. i
malum. sic
statim
r datus.
ad, in mane
scriptum
t vt v. 5.
u vel ves-
trorum. nam
Heb. est du-
plex lectio
x plantici:
vide in
Deuteron. 3.
10.
y caucis, ius-
tis, statis-
adibus



COMMENTARIA.

VERS. 1.



ERBVM, QVOD FACTVM EST AD IEREMIAM, &c.] Huius capitis, inquit, duæ sunt partes, narratio occasionis, ex qua prophetam rex voluit consuli, duobus primis versibus: & prophetia, reliquis.

PHASSVR FILIVM MELCHIE.] Hebr. *Phaschurem filium Malchijæ*. Distinctus hic Phaschur ab illo superioris capitis, vers. 1. nam ille fuit ex posteris Immeris, ex sextadecima Sacerdotum sorte, 1. Paralip. 24. v. 14. hic verò ex posteris Malchijæ, è quinta Sacerdotum sorte, 1. Paralip. 24. v. 9.

ET SOPHONIAM FILIVM MAASIE.] Hebr. & *Tzephanjam, filium Mahasseja*. è vigesima quarta sacerdotum sorte, 1. Paralip. 24. v. 17.

VERS. 2.

INTERROGA PRO NOBIS DOMINVM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: *Consule, vel inquire, quasi pro nobis Iehouam, quia Nebuchadretzar rex Babylonia bellum gerit, siue iam iam gesturus est, contra nos: forte facturus est Iehoua nobiscum pro omnibus mirabilibus suis, ut ascendat, seu discedat, ille à nobis, vel ut faciat eum à nobis ascendere.* id est, abscedere, omisso bello. quasi dicat, forte mirabiliter, ut solet, nos eripiet.

NABUCHODONOSOR.] Cum celebris iste monarcha passim in Scripturis Hebraicè vocetur Nebuchadretzar; hic & infra vers. 7. & cap. 22. vers. 25. & cap. 24. vers. 1. & cap. 25. vers. 1. & 9. & cap. 29. vers. 21. & alibi singulariter appellatur Nebuchadretzar, mutato *Num* in *Resch*: causa mutationis nos latet, nisi aut fuerit binominus, aut vitium scriptoris. Vtrumque nomen videtur ex multis vocibus compositum; & si compositionem Chaldaicam, vel Hebraicam, etymumque hariolari libet, facile multa promere possemus; sed cum omnia sint incerta, satius duximus ea omittere; si is delectaris, adito S. Hieronymum libello de Interpretatione Nominum Hebraicorum in 4. Regum, & Sanctem Pagninum in eiusdem argumenti libello, Scaligerum lib. 6. de Emendationibus Temporum, pag. 542. vide, quæ de hoc rege notauimus in 2. Reg. 24. vers. 1.

VERS. 3.

ET DIXIT IEREMIAS AD EOS, &c.] Huius, inquit, prophetiæ partes in vniuersum duæ sunt, vna qua denuntiatur publica calamitas, vsque ad vers. 8. altera, qua consilium datur, & domus regia, populusque totus ad bonam frugem reuocatur, propositis interminationibus, inde ad finem vsque ad capitis. Calamitates autem prolepticè sequente versu, in duo tempora distribuuntur: vnum est, quàm magna & multa incommoda Iudæi perpeffuri sunt antequam oppidum capiatur, quod exponitur vers. 5. & 6. alterum est, quæ mala oppido capto consequutura sint, ut exponuntur vers. 7.

HÆC DICIT DOMINVS DEVS VERS. 4.

ISRAEL, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. exponunt: 1. *Sic dicit Iehoua Deus Israël: Ecce arma bellica, qua in manu vestra sunt, & quibus vos pugnatis contra regem Babylonium, & contra Chaldaeos, qui vos foris extra muros oppugnant, reflectam, & colligam ea ad medium ciuitatis huius. vel qui vos foris extra muros obsident, conuertam subaudi, in vos, & congregabo illos ad medium, &c.* id est, admittam illos in urbem vestram. seu introducam. 2. *Sic ait Iehoua Deus Israël, Ecce ego auersurus sum.* id est, reducturus à muris, quia nemo poterit his uti ad defensionem, multis gladio cadentibus, aliis peste & inedia deficientibus, ut indicatur vers. 6. & 7. *instrumenta bellica, qua sunt in manu vestra, quibus pugnatis aduersus regem Babylonia, & aduersus Chaldaeos, qui obsident vos extra murum; & recepturus illos intra ciuitatem hanc.*

CONVERTAM VASA BELLI.] Alij: *circumduco, circumgyro, instrumenta belli.* Plerique subaudiunt, in vos ipsos, vel in viscera vestra. Possit neci cum sequentibus: *conuertam vasa belli ad regem Babylonia & ad Chaldaeos.* id est, tradam eis omnia arma & instrumenta, vel machinas bellicas vestras. nam hunc sensum commodè sustinent Hebræa.

ET CONGREGABO EA IN MEDIO CIVITATIS.] id est, ea arma bellica vertam in intimum, & in viscera ciuitatis. Alij ex Hebr. & *colligam eos.* scilicet Chaldaeos, id est, introducam in ciuitatem. vtrumque genus patiuntur Hebræa.

ET DEBELLABO VOS, &c.] Alij: 1. *Et pugnabo ego vobiscum, vel contra vos.* 2. *Nam preliaturus sum ego vobiscum, &c.* nimirum peste, vers. 6. fame, & gladio, vers. 7. exponitur autem hoc & sequente versu, prius membrum prolepsos.

ET POST HOC, AIT DOMINVS, DABO SEDECIAM, &c.] Secundum membrum prolepsos, ut supra diximus in vers. 3. de calamitatibus Tzidkijæ & populo, post ditionem euenturis.

ET AD POPVLVM HVNC DICES, &c.] Altera pars capitis, continens duo consiliorum genera; vnum ditionis, tribus versibus: alterum iustitiæ colendæ, vers. 11. & sequentibus.

VIAM VITÆ, ET VIAM MORTIS.] quæ exponitur sequente versu.

MORIENTVR GLADIO ET FAME, ET PESTE.] Alij: *moriatur gladio, aut fame, aut peste.*

ET TRANEVGERIT AD CHALDAEOS.] Hebr. & *cecideris, seu defeceris, ad Chaldaeos.*

ET ERIT EI ANIMA SVA QVASI SPOLIUM.] Alij: 1. *& erit ei anima sua veluti parva prada, vel tanquam spoliium, subaudi, amplum.* id est, tam gaudebunt de vita sua

sua seruata, quam ij lætantur, qui è bello aliquo ampla spolia referunt. 2. *Eritque ipsi anima sua loco spolij.* id est, Saltem vitam incolumem reportabit pro deditiois pretio. Sic infra cap.38. vers.2. & cap.39. vers.18. & cap.45. vers.5. *vitam pro spolio, reportabit, lucrabitur vitam suam.* 4. *pro magno ducet vitam seruasse, vt magni æstimamus spolia hosti adempta:* haud paruo æstimauerit emptam vitam suam. Ad hunc locum putant respexisse Paulum Philippens.2. vers.6. [*Non rapinam, aut prædam, seu spoliū arbitratu est se esse æqualem Deo.*] id est, non magnificit. nam id iam ex natura habebat. vide ibi.

VERS. 10. POSVI ENIM FACIEM MEAM SUPER CIVITATEM HANC, &c.] Alij: *Nam opposui iratam-faciem meam ciuitati huic.* vt Leuit.17.vers.10.& cap.20. vers.5. Notant, *ponere faciem suam contra urbem aliquam in malum,* esse maligno & inimico animo eam aspiceret, statuereque perdere eam.

VERS. 11. ET DOMUS REGIS IYDA, &c.] Alij: 1. *Porrò domui regis Iehuda dices: &c.* 2. *Quod autem ad domum Iehudæ, audite verbum Iehouæ.* Altera pars consilij, vt dictum est in vers.8. quia regnum amplius stare non potest iudicio Dei, vt stirps regia saltem vitæ suæ consulat resipiscencia.

VERS. 12. IUDICATE MANE IUDICIUM.] Alij: 1. *Ius reddite mane.* quasi dicat, O stirps regia Dauidis, ferte sententias vestras manè, id est, sobrij. & ieiunij: cauete ne per temulentiam, & satietatem corrumpatis iudicia. 2. *Exercete quolibet manè ius.* id est, opportunè, diligenter, maturè, indefinenter.

ET ERVITE VI-OPPRESSVM DE MANU CALVMNIANTIS.] Alij ex Hebr. 1. *Forsiterus: & eripite direptum de manu defraudantis.* vel *& eripite raptum de manu iniurij.* 2. *Sanctes: & eruite oppressum de manu opprimentis.* 3. *Leo Iudæ: & asserite spoliatum de manu eius, qui ei vim facit.* 4. *Tremellius & Iunius: & eripite eum, qui rapinam patitur de manu opprimentis.*

PROPTER MALITIAM STUDIORVM VESTRORVM.] Hebr. *actionum, operum, ludicrorum.* vide cap. 4. vers. 4. Sic infra vers.14.

VERS. 13. ECCE EGO AD TE HABITATRICEM VALLIS SOLIDÆ ATQVE CAMPESTRIS.] Alij ex Hebr.1. *En me tibi,* vel *contra te,* subaudi vêturus sum, *qui habitas in valle, in petra, in rupe planitiei.* Ierusalem, inquit,

erat sita in rupe, iuxta quam erat vallis, circum erant planities, post planities erant montes: & hic erat situs vrbs natura munitissima: ac si dicat, ne fidas huic loco tanquam natura & arte munito, nam mittam hostes, qui eum euertent. 2. *Ecce me contra te,* & *quæ insides isti conualli, rupes istius planitiei.* Periphralis propugnaculi Tzizonis, quod appellatur ciuitas Dauidis, 2. Samuel.5. vers.9. nam Tzizonem ab omnibus partibus circumstabant conualles, eratque ab ortu planities, quam rupes siue propugnaculum illud defendebat. *isti conualli.* scilicet, quæ dicitur conuallis Raphaimorum, & valles Hinnomi, vt continentur sunt Iosue 15. vers.8. sed de situ Ierusalaim & Tzizonis vide Iosephum 6. Belli, cap.6.

QVI DICITIS.] Hebr. *dicentes.* videlicet, præfidentes naturæ loci & munitionibus, vt Iebusæi iactauerant, 2. Samuel.5. v.6.

QVIS PERCVTIET NOS?] *יחבב* *iechath,* Plerique faciunt futurum Niphal, verbi *יחבב* *chathath.* *Quis prosternetur, conteretur, consternabitur, confringetur, percolletur, terretur super nos?* id est, nostri causa: quasi dicat, nihil est quod vllus timeat nobis, qui in munitissimo loco habitamus. Alij volunt esse futurum Kal, verbi *נחבב* *nachath,* *Quis descendet, demittet se, subaudi, in prælium, in certamen, in aciem, contra nos?* Quidam: *Quis descendet ad nos?* id est, ingredietur tanquam celo lapsus in hæc altissima ac præruptissima loca? quem sensum firmat sequens membrum. Nonnulli: *Quis castrametabitur, aut manebit aduersus nos?*

ET VISITABO SUPER VOS, &c.] Alij **VERS. 14.** hunc versum ex Hebr. reddunt: *Nam animaduertam in vos secundum fructum actionum vestrarum, dictum Iehouæ, & succendam ignem in silua illius,* id est, in domo Iehouæ, & domo regis, domibusque magnatum, quæ ex pretiosa materia, & copia maxima à silua Libani apportata fuerant extractæ: metonymia, vt Isaia 22. vers.8. sic accipimus adducti comparatione aliorum locorum, 2. Reg.25. vers.9. & 2. Paralip.36. vers.19. & infra cap.22. vers.7. & 52. vers.13. *qui consumet omnia, quæ circumstant illam.* vel *vt deuoret omnia, quæ circum eam sunt.* Alij, *siluam* hîc intelligunt, ipsam domorum vrbs frequentiam & densitatem. Aut vrbes & oppida frequentia, quæ ipsam Ierusalem cingebant: vt verbis sequentibus explicari videtur.

CAPVT XXII.

Hortatur regem Iuda & populum eius vt faciant iudicium & iustitiam, quòd omnia prospere ipsis succedant, alioqui erunt omnes in direptionem: quòdque Sellum siue Ioakim filius Iosie regis Iuda non sit in Ierusalem reuersurus: increpat eos qui ex iniustitia edificant, promittentes sibi felicitatem patrum iustorum: vaticinatur aduersus Ioakim filium Iosie, quòd sepultura sit cariturus, & huius filius impiissimus Ieconias cum matre ducendus in Babylonem, ibique moriturus.

Vulg.

I Ecce dicit Dominus: Descende in domum regis Iuda, & loquèris ibi verbum hoc,

2 & dices: Audi verbum Domini rex Iuda, qui sedes super solium Dauid: tu & serui tui, & populus tuus, qui ingredi mini per portas istas.

Sup. 21 d. 12.

3 Hec dicit Dominus: Facite iudicium, & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris: & aduenam, & pupillum, & viduam nolite contristare, neque opprimatis iniquè: & sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto.

4 Si enim facientes feceritis verbum istud, ingredientur per portas domus huius, reges sedentes de genere Dauid super thronum eius, & ascendentes currus & equos, ipsi & serui, & populus eorum.

5 Quòd si non audieritis verba hæc: in memetipso irascent, dicit Dominus, quia in solitudinem erit domus hæc,

6 Quia hæc dicit Dominus super domum regis Iuda: Galaad tu mihi caput Libani: si non posuero te solitudinem, vrbes inhabitabiles.

7 Et sanctificabo super te, interficientem virum, & arma eius: & succident electas cedros tuas, & precipitabunt in ignem.

8 Et pertransibunt gentes multæ per ciuitatem hanc: & dicet vnusquisque proximo suo: Quare fecit Dominus sic ciuitati huic grandi?

Deut. 21.

d. 24.

3. Reg. 9. b. 8.

9 Et respondebunt: Eo quòd dereliquerint pactum Domini Dei sui, & adorauerint deos alienos, & seruiuerint eis:

10 Nolite flere mortuum, neque lugeatis super eum sletu: plangite eum, qui egredi-

Malu.

Ic dixit I H V H; Descende domum regis Iehudah: & loquèris ibi verbum istud:

2 Et dices, Audi verbum I H V H, rex Iehudah, sedens super solium Dauidis; tu, & serui tui, & populus tuus venientes in portis istis.

3 Sic dixit I H V H, Facite iudicium & iustitiam; & eripite^a direptum de manu defraudatoris: & tractum^b, & orphanum, & viduam non deprædemini, non violentabitis; & sanguinem^c vacuum non effundetis in loco isto.

a vt. 2. 1. 12.

b ad venam, peregrinum c pupillum d vide Exod. 22. 21. e innocuum, infontem

4 Quia si facere facietis verbum istud: & venient in portis domus istius reges sedentes Dauidi super solium eius, vehentes in curru, & in equis; ipse, & serui eius, & populus eius.

5 Et si non audieritis verba istas in me iuramento-obstrictus fui, f Fidelis Sermo I H V H, quia siccitati erit domus ista.

f vide Genes. 22. 16. sic. v. 16. 24.

6 Quia sic dixit I H V H super domum regis Iehudah; Ghilghad tu mihi caput Libani: si non ponam te desertum, vrbes non habitatæ fuerunt.

g gna non e. i.

7 Et sanctificabo super te funditusperdentes, virum, & vasa eius: & excident electionem cedrorum tuarum, & cadere facient super ignem.

8 Et transibunt gentes multæ super urbem istam, & dicent vir ad sodalem suum, super quid fecit I H V H sic vrbi grandi isti?

9 Et dicent, super quod dereliquerunt fœdus I H V H ELOHIM eorum, & procumbere se fecerunt, diis alienis, & seruiuerunt eos.

h coluerunt

10 Non lacrymabimini mortuo, & non diuagabitis ei: lacrymabimini lacry quia

i datiuus. pro mortuo

cur, quia non reuertetur ultra, nec videbit terram natiuitatis suae.

11 Quia haec dicit Dominus ad Sellum filium Iosia regem Iuda, qui regnavit pro Iosia patre suo, qui egressus est de loco isto: Non reuertetur huc amplius:

12 sed in loco, ad quem transtuli eum, ibi morietur, & terram istam non videbit amplius.

13 Va qui aedificat domum suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio: amicum suum opprimit frustra, & mercedem eius non reddet ei.

14 Qui dicit: Aedificabo mihi domum latam, & cœnacula spatiosa: qui aperit sibi fenestras, & facit laquearia, pingitque siropide.

15 Numquid regnabis, quoniam confers te cedro? pater tuus numquid non comedit & bibit, & fecit iudicium & iustitiam tunc cum bene erat ei.

16 Iudicauit causam pauperis & egeni in bonum suum: numquid non ideo quia cognouit me, dicit Dominus?

17 Tui vero oculi & cor ad auaritiam, & ad sanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam, & ad cursum mali operis.

18 Propterea haec dicit Dominus ad Ioakim filium Iosia regem Iuda: Non plangent eum: Va frater & va soror: non trepabunt ei: Va Domine, & va in clyse.

19 Sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Ierusalem.

20 Ascende Libanum, & clama: & in Basan da vocem tuam, & clama ad transeuntes, quia contriti sunt omnes amatores tui.

21 Locutus sum ad te in abundantia tua; & dixisti: Non audiam: haec est via tua ab adolescentia tua, quia non audisti vocem meam.

22 Omnes pastores tuos depascet spiritus, & amatores tui in captiuitatem ibunt: & tunc confundèris, & erubesces ab omni malitia tua.

23 Quae sedes in Libano, & nidificas in cedris, quomodo congenuisti, cum venissent tibi dolores, quasi dolores parturientis?

24 Viuo ego dicit Dominus: quia si fuerit Maluenda, In libr. Ierem.

mari ambulanti; quia non reuertetur adhuc, & videbit terram natiuitatis suae.

11 Quia sic dixit I H V H ad Salum filium Iosijahu regem Iehudah regnantem sub Iosijahu patre suo, qui exiit de loco isto: non reuertetur ibi adhuc.

12 Quia in loco, quo deuoluerunt eum, ibi morietur: & terram istam non videbit adhuc.

13 Hoi aedificans domum suam in non iustitia, & altanas suas in non iudicio: in sodali suo seruiet gratis, & opus eius non dabit ei.

14 Dicens, Aedificabo mihi domum mensurarum & altanas respiratas: & dirumpet sibi fenestras meas, & tectum in cedro & vinctum in Safar.

15 An regnabis quia tu exardesceretete-faciens in cedro? pater tuus an non comedit & bibit, & fecit iudicium & iustitiam, tunc bonum ei.

16 Iudicauit iudicium afflicti, & egeni, tunc bonum: an non ipsum cognoscere me, Fidelis-Sermo I H V H?

17 Quia non oculi tui, & cor tuum quia si super praecisionem tuam: & super sanguinem, vacui ad effundere, & super defraudationem, & super incursionem ad facere.

18 Ad sic, sic dixit I H V H ad Iehojakimum filium Iosijahu regem Iehudah; Non celebrabunt planctum ei, Hoi frater mi, & hoi soror: non celebrabunt planctum ei, Hoi domine, & hoi celebritas eius.

19 Sepultura asini sepelietur, trahere, & deicere de ultra portis Ierusalem.

20 Ascende in Libanum, & clama, & in Basane da vocem tuam; & clama de Ghabarim, quia contracti fuerunt omnes amantes tui.

21 Loquutus-fui ad te in securitibus tuis; dixisti, Non audiam: ista via tua de excussuris tuis; quia non audisti in voce mea.

22 Omnes pastores tuos depascet spiritus; & amantes tui in captiua-abductione ambulabunt: quia tunc pudefies, & ignominia-afficièris de omni malitia tua.

23 Habitauisti in Libano, nidificata in cedris, quid gratiosa facta-fuisti in venire tibi funes, dolorem sicut parientis.

24 Viuens ego, Fidelis-sermo I H V H, Y Y y quia

x ultra, am-
plius sic
v. 1. 12.
/ nec)

m regis

n vide 14-
dic. 3. v. 20.
sic v. 14.

o pauperis,
oppressi
p ipsa cog-
nitio ad me

q ON D
chi in
quinimo,
niz
r quæstum
lusum, auar-
ritiam: vide
Genes. 37. 16
s innocui,
infantis
t reges

u sustentator,
colu-
men hero

x datus:

y pueritii,
adolescèntiis

z ventus

* quam

rit Iechonias filius Ioakim regis Iuda, annulus in manu dextera mea, inde eucllam eum.

25 Et dabo te in manu quærentium animam tuam, & in manu quorum tu formidas faciem, & in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu Chaldæorum.

26 Et mittam te, & matrem tuam que genuit te, in terram alienam, in qua nati non estis, ibique moriemini:

27 & in terram, ad quam ipsi leuant animam suam, ut reuertantur illuc: non reuertentur.

28 Numquid vas fictile atque contritum vir iste Iechonias: numquid vas absque omni voluptate? quare abiecti sunt ipse & semen eius, & proiecti in terram, quam ignorauerunt.

29 Terra, terra, terra, audi sermonem Domini.

30 Hæc dicit Dominus: Scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur; nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solium Dauidæ, potestatem habens ultra in Iuda.

quia si erit Chonjahu filius Iehojakimi regis Ichudah sigillum super manum dextri mei: quia de ibi abrumpam te.

25 Et dabo te in manu quærentium animæ tuæ, & in manu quorum tu contraheris de faciebus eorum; & in manu Nebuchadretzaris regis Babelis, & in manu Chaldæorum.

26 Et protelare-faciam te, & matrem tuam, quæ peperit te super terram aliam, qua non geniti-fuistis ibi, & ibi moriemini.

27 Et super terram, quam ij leuantes animam suam ad reuertere ibi: inibi non reuertentur.

28 An dolor spretus dispersus vir iste Chonjahu; Si vas non beneplacitum in eo: quid cognitionis protelari-facti fuerunt ipse & semen eius, & deiici-fient super terram, quam non cognouerunt.

29 Terra, terra, terra, audi verbum IHVH.

30 Sic dixit IHVH, Scribite virum istum solitarium, præualidum, non perrumpet in diebus suis: quia non perrumpet de semine eius vir, sedens super solium Dauidis; & dominans adhuc in Ichudah.

e; idolum, terriculum simulacrum d colitius, in frustra-cors actus, difictus e; causæ

g vltra, am- plus, defina- cept



COMMENTARIA.

VERS. I.



HÆC DICIT DOMINVS, DESCENDE IN DOMVM REGIS IYDA, &c.] Heb. sic ait IHVH, Descende in domum regis Iehuda, &c. Hunc regem plerique

TZITKIAM putant: verum alij notant, ab hoc Capite ad finem vsque prophetiarum Ieremiæ, nedum non obseruatam esse temporum rationem in illis conscribendis; sed neque etiam argumentorum genere aut specie inter se cohærere: cum quia liber qui primum à Iirmeia conscriptus fuerat, bona ex parte conscissus & exustus fuerit, infra 36. tum quia verisimile sit sequentes prophetias (vt erant tempora) à Iirmeia fuisse compositas citra accuratam obseruationem temporum, vbi commodius visum est. Videtur autem, inquit, prophetia hæc in Iehojakimi tempora incidisse, quum cœpisset ille regnare beneficio regis Ægypti, vt narratur 2. Reg. 23. v. 34. sunt autem in hac prophetia (duobus Capitibus comprehensa) tres in vniuersum partes: prima est exordium, duobus versibus: secunda est thesis, siue propositio generalis, petita ex lege tribus sequentibus: tertia est, hypothesis, siue prophetia singularis, præcedentem thesin ad omnes ordines accomodans, ad finem vsque seq. Capitibus,

TV ET SERVI TVI, ET POPVLVS TVVS.] VERS. 2. Prolepsis sine distributio summa ordinum regni, ad quos deinde propheta in sua hypothesis sigillatim orationem habet.

QVI INGREDDIMINI PER PORTAS ISTAS.] Alij: 1. qui transitis. 2. qui intratis per portas istas. vrbis, eas veluti digito commonstrans: vel regie, vt infra vers. 4.

HÆC DICIT DOMINVS.] Alij: sic ait Iehoua, &c. Thesis, summatim complectens documenta legis: mandata quidem, & interdicia, synecdochice, hoc versu: promissiones autem, vers. 4. & minas vers. 5.

FACITE IYDICIVM ET IYSTITIAM.] De hac loquutione vide in Genes. 18. v. 19. Alij Exercete ius & iustitiam, eripite eum, qui rapinam patitur, &c. vide supra Cap. 21. v. 12.

NOLITE CONTRISTARE.] Alij: 1. ne opprimatis. 2. ne vim faciatis 3. ne fraudetis. 4. ne iniuria afficiatis. Nos, ne deprædemini. Hispanicus Interpres, yno enganey.

NEQVE OPPRIMATIS INIQVE.] Alij: 1. neque abripiatis, seu vi rapiatis 2. neque iniuria afficiatis 3. ne violentia utamini. Hispanicus, ni robeys.

IN LOCO ISTO.] Quidam: in regia, vbi causæ agebantur. Alij: in vrbe ista, seu pronuncia.

VERS. 3.

VERS. 4. SI ENIM FACIENTES FECERITIS, &c.] Alij: hunc versum ex Heb. reddunt: *Nam si omnino feceritis rem hanc, uti quo ingredientur per portas domus huius regiae, reges sedentes pro Davide in solio eius, veli curribus, aut equis, ipse rex cum cum servis suis, & populo suo, vide supra cap. 17. v. 25.*

VERS. 5. IN MEMETIPSO IVRAVI, DICIT DOMINVS, &c.] Alij: 1. *per me iuravi, dictum Iehoua, quod domus ista redigetur in solitudinem.* 2. *per me iuro, dictum Iehoua, in vastitatem abituram esse domum hanc.*

VERS. 6. QVIA HÆC DICIT DOMINVS SVPER DOMVM REGIS IYDA, &c.] Alij: *Nam sic ait Iehoua, &c. Prophetica hæc hypothesis, ut supra vers. 1. attigimus, singularia Dei iudicia prædicat ordinibus singulis euentura: ac primum, quidem vniuersè toti regno, his quatuor versibus: deinde vero minutarim regibus ipsis, toto hoc reliquo Capite: tum principibus, & toti stirpi regiae, octo primis versibus sequentis capituli: postremo vero popularibus, vnde ad finem vsque, de domo regis Iehuda, id est, de regno toto, ut sequentia ostendunt.*

GALAAD TV MIHI CAPVT LIBANI.] Alij: 1. *Ut Gilhad tu fuisti mihi caput Libani.* id est, ut regionis Gilhaditis ultra Iordanem sita vrbs primaria fuit Gilhad, quæ caput & princeps erat totius montis Libani: sic tu ciuitas Tziionis, vbi regia est regum Iehudæ, metropolis fuisti totius Iehudæ. 2. *Velut Gilhad tu mihi fueras, ut caput Libani, &c.* Summa hæc denuntiatio proponit primum iudicium Dei seuerissimum, duobus versibus; deinde causas; duobus alteris. Exponitur autem iudicium & amplificatur allegorice per comparationem præcedentis status, hoc modo: Fuisti mihi in tanto pretio, ut celeberrimum te effecerim (inquit Dominus ad regnum Iehudæ) & tam frequens atque populosum, quam fuit vnquam Gilhad nobilibus suis emporiis celebre, oppidis frequentissimum, ac munitissimum, Genes. 37. v. 25. & fusè Deuteronom. 3. iam verò contra exhauriam te ciuitatibus & habitatoribus. Præterea instruxeram te, locupletaueram rebus optimis atque amplissimis, quarum præstantia cedrorum Libanicarum amplitudinem longè superabas: iam vero immissurus sum quosdam veluti putatores, qui omnem tuam dignitatem abripiant tibi, & perdant funditus sine spe vlla restitutionis.

SI NON POSVERO TE SOLITVDINEM, VT VRBES INHABITABILES.] Alij: *mentiar, verax non habear, nisi disposuero te ut desertum, ut ciuitates non habitabiles.* Formula iurandi in Scriptura frequens, per apophesin. Alij: *Certe, vel utique redigam te in desertum, & ut vrbes, quæ nunquam habitata fuerunt.*

VERS. 7. ET SANCTIFICABO SVPER TE INTERFICIENTEM. Heb. *Et sanctificabo super te, vel contra te perditores, corruptores, exterminatores, interfectores.* Alij: *Et preparabo, destinabo, aduersum te, &c.* Et sanè perdere improbos ex mandato Dei, sacer quidam cultus est Deo placens, vide supra Cap. 6. v. 4.

VIRVM ET ARMA EIVS.] Alij: *quemque*

cum instrumentis suis. id est, cum securibus, falcibus cæforiis, &c.

ET SVCCIDENT ELECTAS, &c.] Alij: *qui cadent lectissimas cedros tuas, ac deiciant in ignem.*

ET PERTANSIBVNT GENTES MVLTÆ, &c.] Alij hunc versum ex Hebræo efferunt: *Itaque transeuntibus gentibus multis prope ciuitatem hanc, si dixerint vir ad amicum suum, vel alter alteri, Propter quid fecit Iehoua ita ciuitati maxima, vel magnificæ isti? Tum dicent, Eo quod dereliquerunt fœdus, &c. ut sententia cadat in sequentem versum.*

NOLITE FLERE MORTVVM, &c.] Alij: *Ne fleatis pro mortuo.* Singularis, inquit, hæc prædicatio iudiciorum Dei euentuorum regibus Iehuda, tres partes continet; prima est, de iudicio in Ioachazum, sine Iochanannem, vsque ad vers. 13. Secunda, in Iehojakimum fratrem illius, vsque ad vers. 24. tertia, in Iehoniam filium Iehojakimi, inde ad finem vsque capituli. *pro mortuo.* id est, pro Ioschija, qui in bello Ægyptiaco occubuerat: quasi dicat, non est cur Ioschijam defunctum lugeatis: bene consultum est ipsi, ut non videret omnia mala, quæ mox euentura sunt. 2. Reg. 22. v. 20. præterea ne illum quidem deflere vobis vacabit per tempus, quia iam aduenit nouum luctus argumentum: nam Iohachaz ita captiuus abducitur, ut pro mortuo ciuilitate iam iam habendus sit, & celebrandus luctus ipsius.

NEQVE LUGEATIS SVPER EVM FLETV.] Heb. *& ne dinagatote ei.* Alij: 1. *neque circumcurratis propter eum.* id est, ne sollicitè discurseris. 2. *neque condoleatis ei.* Vide supra Cap. 16. vers. 5.

PLANGITE EVM, QVI EGREDITVR, &c.] Alij: *sed impensè flete super abeunte, subaudi, in exilium, quia non reuertetur ultra ut videat natale suum solum.* 2. *omnino, seu indefinenter flete pro abeunte, quia non est reuersurus amplius, ut videat solum natale suum.* Ioachazo videlicet in captiuitatem abducto à Necho rege in Ægyptum, vbi mortuus est, 2. Reg. 23. v. 33. & 34.

Quia hæc dicit Dominus ad Sellum filium Iosia regis Iuda, qui regnauit pro Iosia patre suo qui egressus est de loco isto, non reuertetur huc amplius.

SED IN LOCO, AD QVEM TRANSTVLI EVM, IBI MORIETVR, ET TERRAM ISTAM NON VIDEBIT AMPLIVS. Hos duos versus alij ex Heb. conuertunt: 1. *Quoniam sic dicit Iehoua de Sallum filio Iosia rege Iehuda, qui regno inauguratus fuerat pro patre suo Iosia; qui emigrans de loco isto, ultra huc non reuertetur: sed in eo loco, quo eum captiuum abduxerunt, morietur, & terram hanc ultra non videbit.* 2. *Nam sic ait Iehoua de Schallumo filio Ioschija regis Iehuda, qui regnauit loco Ioschija patris sui, qui egressus est è loco hoc: non est reuersurus eodem amplius: Sed in loco, quo deportauerunt eum, illic moriturus est; ita terram hanc non videbit amplius.* Ingens quæstio, quisnam fuerit iste Sallum: Explanatores varia disserunt; nos cunctis probè perpensis, & verborum serie accuratè considerata, veri-

similius ducimus, fuisse filium primogenitum Iosijæ regis, qui 1. Paralipom. 3. v. 15. vocatur (*Iochanam;*) & 2. Reg. 23. vers. 30. (*Iehoachaz;*) & hic *Sallum*: quem Pharaoh Necho captivum abduxit in Ægyptum, ubi & mortuus est, ut scribitur 2. Reg. 22. v. 33. & 34. Tremellius & Iunius augurantur, fore boni ominis causa hoc nomen Sallum ei à populo impositum, quum inungeretur, 2. Reg. 23. v. 3. quod significat, *Pacificum, Fortunatum, Felicem*. Et si probabilius, inquit, videtur Iirmiam, hoc nomen Iehoachazo tribuere ironice: quasi dicat, hunc alterum fuisse Schallumum, qui non multo amplius regnum obtinuerit, quam Schallum filius Iabefchi præfuit Iisrahelitis, 2. Reg. 15. vers. 13.

וְשָׁלֹמֹה
 VERS. 13. VÆ, &c.] Secunda pars, aiunt, exponens copiosius iudicium Dei in Iehojakimum, ut diximus in vers. 10, qua primum exponuntur causæ iudicij, vsque ad vers. 18. deinde iudicium ipsum describitur: inde ad vers. 24. vsque. Causæ autem exponuntur primum per thesin, quam ne ipse quidem Iehojakim fuisset oppugnaturus, duobus versibus: deinde per contestationem singularem Iehojakimi, vers. 15. & sequentibus vsque ad 18.

QUI ÆDIFICAT DOMVM SVAM IN INIVSTITIA, &c.] Alij: hunc versum ex Heb. reddunt: 1. *ve adificanti domum suam non cum iustitia & cœnacula sua non cum iudicio, seu equitate, hoc est, honestis rationibus: qui vivit in servicio proximi sui gratis, vel sine mercede, & opus suum, seu mercedem operis sui non reddit.* 2. *ve adificanti domum suam in non iustitia, siue iniustitia, & cœnacula sua in non iure, siue iniuriâ; amici sui servitutem exigenti gratis, & mercedem operis eius non danti ei.* Vide Isaiæ 5. v. 8. Est autem gradatio in hac thesi: quia primum obiicitur iniusta rei alienæ occupatio; deinde alieni laboris abusus ingratiſſimus, hoc versu: ac postremo rerum sacrarum vsurpatione, versu sequente. *amici sui servitutem exigenti gratis.* exemplo Ægyptiorum, qui operas ab Iisrahelitis acerbissime, & sævam servitutem exigebant, quibuscum fœdus impiè iunxerat, ut à Chaldæis deficeret, & mercedem operis, &c. contra legem Leuit. 19. v. 13. & Deuteron. 24. vers. 14. & 15.

VERS. 14. DOMVM LATAM] Heb. *domum mensurarum, seu dimensionum.* Subaudi, multarum, vel magnarum, ut Numeror. 13. v. 34. id est, domum amplissimam.

ET COENACVLA SPATIOŒA.] Heb. & cœnacula respirata, perflata, vento exposita; quasi perspirata, perflabilia, refrigerata, apta & composita ad refrigerium. Forsterus: & superiora respirationum, seu refrigerij, seu flatuum quod non placet Mercero: sed non est insolens, ut eiusmodi participia nominaliter accipiantur. Alij: & cœnacula refrigerantia. id est, æstiva. Hispanicus Interpres: *y ayrosas salas.* Leo Iudæ: *Et cœnacula ventis-peruias* Tremellius, Iunius. *spatiosissima.*

QUI APERIT SIBI FENESTRAS. וְחָלְלוּ חַלְלוֹנָי, plerique plurale simpliciter faciunt. ablato mem pro חַלְלוֹנָי CHALONIM, fe-

neſtras: alij plurale cum affixo. *fenestras meas.* id est, templi mei, & sacræ ædis: quod aptius videtur. Variè exponunt: & *aperas facit ei,* scilicet, domui, quam ædificat, *fenestras.* 2. Forsterus: & *dirumpet sibi fenestras.* 3. Leo Iudæ: & *excindit sibi fenestras.* Subaudi, multas. 4. Tremellius & Iunius: & *lacerat sibi,* id est, ad vsum suum, *fenestras meas.* id est, templi mei: nam inde detrahebat materiam pretiosam ad vsum extructionum suarum.

ET FACIT LAQUEARIA CEDRINA.] Heb. & *tectum, seu contignationem in cedro.* Alij: 1. & *tectam domum facit tabulis cedrinis.* 2. & *tecta est domus hæc ab ipso ædificata, cedro.* 3. *laquearia arcuata ex cedro facit.* 4. Tremellius & Iunius: & *tectum cedrinum.* Subaudi, meum, siue templi mei lacerat ad vsum suum.

PINGITQUE SINOPIDE.] De Sinopide Plinius lib. 35. Cap. 6. [*Sinopsis inuenta est primum in Ponto: inde nomen à Sinope vrbe. Nascitur & in Ægypto, Balearibus, Africa: sed optima in Lemno, & in Cappadocia, effossa è speluncis. Quæ saxis adbasit, excellit. Glebis suus color, extra maculosus. Hacque vsi sunt veteres ad splendorem. Species sinopidis tres, rubra, & minus rubens, & inter hæc mediæ. Pretiosissima in libras, XIIII. denarij. Vfus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat. Quæ magis ceteris rubet, utilior abacis. Rubrica genus in ea volvere intelligi quidam secunde auctoritatis. Palmam enim lemnia dabant, minio proximam, &c.] Ipsum videt multa de sinopide prodentem. Strabo lib. 12. pag. 541. [*In Cappadocia nascitur etiam præstiosissimum sinopicum minium; quod & cum Hispanico cercat. Cappadocium sinopici cognomento laudatur, quia Sinopen id solebant auertere mercatores, antequam Ephesiorum negotiatio vsque ad huius regiones homines propagaretur.] Hispanica Dictionaria sinopidem exponunt, *vermellon.* & Hispanicus Interpres hic reddit: *y la tinta de vermellon.* [Ceterum Hebraicam vocem *רַחֵץ schafchar,* inquit Forsterus, alij *rubricam,* alij *minium,* alij *sinopidem* esse dixerunt. Est autem Sinopsis, ciuitas splendidissima Ponti, ubi terra illa rutila Sinopsis foditur, quæ apta est ad pingendum penicillo.] unde reddit: & *unctum Sinopide.* Scilicet, tectum, id est, pictum, pigmentatum: sunt enim colores, quibus pingitur etiam oleo misti, & conditi: Et scribitur inquit, *רַחֵץ maschoach,* pro *רַחֵץ maschuach,* ad discrimen alterius unctionis simplicis, quæ non est ad picturam, & colores. Tremellius & Iunius exponunt: deinde pingit Indico. [*Idest, rerum è domo mea, amotarum loco, obducit colorem floridum Indici, ne fraus manifesta sit. Est enim Indicum floridi coloris genus, quod Hebræi vocant Schafchar, hic, & Ezechiel. 13. v. 14. à Sauris (ut vocat Plinius lib. 6. Naturalis Historiæ, Cap. 19.) Indiæ populis ultra Gangem, à quibus exportatur. Arabes composita voce appellant Sarcin, quasi dicas, Sarcinæ, quia in cannis nascitur, ut restis est Dioscorides lib. 5. cap. 67.] Ita illi. Sed de Indico vide Appendicem Henriciani Thesauri, Colum. 1086.***

NVMQVID REGNABIS QVIA CONFERS
 TR CYM CEDRO.] Variè alij ex Heb. 1. San-

VERS. 15.

ſcs:

Ædes: Nunquid regnabis, quia misces te cum cedrina-adificio? quasi dicat, num palatia cedrina, quæ ædificasti stabiliunt tibi regnum? 2. Leo Iudæ: Num regnaturum te putas, quod cum cedris contendis? id est, quod æmulari vis alios reges vel gentium, vel eos, qui ante te fuerunt, ut cellissimas cedros? 3. Forsterus, & Mercerus: Num regnabis, quod tu exardescis in cedros, seu æmularis in cedros. id est, ardes amore extruendi pulcherrimas ædes cedrinas? vel æmularis altissimos & potentissimos reges? 4. Auenarius: Num regnabis, quod tu ita irritas, id est, contendis cum cedro? hoc est, quod de altitudine cum cedris certas. 5. Montanus: Nunquid regnabis quia tu concitans te in cedrum? 6. Tremellius & Ianius: An regnaturus es, quia tu misces te cum ista cedro? &c. Subaudi, templi, id est, res sacras admisceas tuis: Hypallage. Contestatio singularis præcedentem thelin applicans Iehojakimo: quam propheta exaggerat exemplo patris Ioseph, duobus versibus: quasi dicat, an his artibus regnum tuum stabilitum iri existimas? quod in Deum contumeliosus es, hoc versu, & in homines iniustissimus, vers. 17. non ita se gessit pater tuus, vide de verbo מִן־חַבְּחַר, supra cap. 12. v. 5.

PATER TVVS NUMQUID NON COMEDIT ET BIBIT?] id est, prosperè potitus est regno: synecdochicè.

ET FECIT IUDICIUM ET IUSTITIAM TVNC QUVM BENE ERAT EI.] Heb. tunc bonum ei. Alij: quum exercuit ius & iustitiam, tunc bene fuit ei. 2. & exequutus est iudicium & iustitiam, & bene illi erat tunc.

VERS. 16.

NUMQUID NON IDEO QVIA COGNOUIT ME, DICIT DOMINVS?] Heb. An non hoc est cognoscere me, dictum Iehouæ? Alij: 1. An non hoc erat nosse me, dictum Iehouæ? ut supra cap. 9. v. 24. 2. An non illud est? huius rei scientia est apud me dictum Iehouæ. id est, nonne tu illa facis, quæ ante dicta sunt? nonne illorum criminum tu reus es? & ut neges pertinacissimè & omnes alij ignorent, ego certè optime noui, ait Iehoua. vnde Heb. ex verbo rectè conuerti possunt: An omni ipsa cognitio vel ipsius rei scientia apud, vel penes me est, dictum IHVH. aut an non ipsum est, vel an non ita est ut dixi? cognitio seu notitia ipsa apud me est. id est, optime noui.

VERS. 17.

TVI VERO OCULI ET COR AD AVARITIAM &c.] Hunc versum alij ex Heb. conuertunt: 1. Pbero oculi tui & cor tuum nihil spectant quam emolumentum, & quàm ut effundas sanguinem innocentis, ad faciendum, vel ut facias iniuriam & oppressionem. Vox, inquit פְּוֹיִךְ ghoſchek quam vertimus iniuriam, significat oppressionem, quæ fit à tyranno, quum expilat suos, & pecunia emungit. At vox מְרוּזָה meruzah, quam reddimus oppressionem, significat eam oppressionem quæ fit quum tyrannus exigit à suis immoderatas operas. Abutebatur enim opera suorum subditorum Iehojakim. sed sanè GHOSCHEK, propriè est, fraus, fraudulentia, de fraudatio, sycophantia, calumnia, oppressio, iniuria, interuersio, per fraudem. MERUZAH verò forma est à מְרוּזָה, significat

tionem à מְרוּזָה rätzatz, id est, incurſio, oppressio, conculcatio, concussio, conquassatio. 2. Minime spectare oculos tuos & animum tuum nisi ad questum tuum, & ad sanguinem innocentem, quem effundas, & ad fraudem, & ad concussionem quam perficias.

PROPTEREA HÆC DICIT DOMINVS AD VERS. 18.

IOACIM, FILIVM IOSIÆ REGEM IVDÆ.] Alij: Idcirco sic ait Iehoua de Iehojakimo filio Ioseph regis Iudæ. Descriptio iudicij, ut dictum est in vers. 13.

NON PLANGENT BVV, VÆ FRATER, ET VÆ SOROR.] Alij: non plangent eum, heu frater mi, aut heu soror. id est, qui sunt è stirpe regia regem aut reginam non descebunt, dicentes, heu frater mi &c.

NON CONGREPABVNT EI, VÆ DOMINE, ET VÆ INCLYTE.] Heb. Non plangent ei, scilicet populares, heu Domine, aut heu celebritas, gloria, dignitas, maiestas, decus eius, scilicet Iudæ, seu populi: nam affixum est masculineum.

SEPVLTURA ASINI SEPELIETVR.] Ex- VERS. 19.

ponunt, id est, non sepelietur, ut asini non sepeliuntur, sed abiiciuntur in sterquilinum ut à canibus & auibus denorentur, aut certè putrefiant, quasi dicat, cadaver eius insepultum exponetur volucris & feris, ut asini mortui, vel, insepulta sepultura sepelietur, ut Cicero in Philippica 1. vocat: quæ sequentibus verbis explicatur.

PVTREFACTVS ET PROIECTVS EXTRA PORTAS IERUSALEM.] Heb. irabendo & proiciendo extra portas Ierusalain. Alij: 1. lacerus & abiectus extra portas Ierusalainorum. 2. iractus, distractus, raptatus, & proiectus ultra portas Ierusalainorum. id est, extra terminos Iudæ, synecdochicè, nam ita portas sumi, pro terminis, ditione, oppidis, urbibus, synecdochicè, aliàs monuimus: vide supra cap. 14. v. 2. & cap. 17. v. 27. nam verisimile existimant, quum deportaretur captiuus in Babyloniam, in itinere mortuum vel interfectum, insepultum abiectum fuisse: vide Paralipom. 36. v. 6. Quæ enim multa Explanatores disputant de morte Iehojakimi, incerta & futilia existimamus. vide infra cap. 36. vers. 30.

ASCENDI LIBANVM, ET CLAMA &c.] VERS. 20.

Notant, esse satcasmum ad familiam Iehojakimi, quo ostendit propheta, siue Libanum & Baschanem versus Assyrios inlclamet, ut suppetias ferant, siue vada Nili transmeet ad inlclamandos Ægyptios, omnia fore inutilia, ut narratur 2. Reg. 24. v. 7. verba imperatiua, & duo affixa Heb. sunt fœminea, quæ ad familiam Iehojakimi, vel ad urbem ipsam referenda sunt, aut ad ipsam Iudæam, vel ad regnum, quod Heb. est fœmineum.

ET CLAMA AD TRANSEVNTES.] Alij ex Heb. 1. clama à lateribus omnibus, vel undequaque, vndique. quasi dicat, O congregatio Iudæa impendit tibi periculum maximum, ideo conscende Libanum & quemque altissimum montem, & quum in vertice eius fueris, quam intentissima voce inlclama vndique opem amicorum tuorum. Ironia: ac si dicat, frustra inlclamabis, euerſi enim sunt

& fracti amici tui Assyrij & Ægyptij. 2. *Et clama*, seu *inclama trans flumianos*. id est, Assyrios trans fluvium Euphratem. 3. Tremellius & Iunius: *Clama etiam trans vada*. Schichori sfluuij, paludis Sirbonidis, & Nili ad Ægyptum pertinentia. 4. Forsterus: *Vociferans de Abarim*. vt nomen proprium montium Habaraimorum accepit, de quibus Numeror. 21. v. 11. Si appellatiue accipias ad verbum sonat: *clama de transitibus*. vel *ultra transitus*. seu *trans vada*.

QUIA CONTRITI SVNT OMNES AMATORES TVI.] Alij: *quum fracti fuerint omnes amatores tui*. id est, Assyrij quidem domiti, & sub iugum Babyloniorum missi; vide Schaligerum lib. 3. Ilagoricorum Canonum, pag. 314. Ægyptij verò attriti, 2. reg. 24. v. 7.

VERS. 21

LOQVVTVS SVM AD TE IN AVNDANTIA TVA &c.] Heb. hoc versu, & sequentibus duobus perspicue ostendunt sermonem esse ad familiam regiam, seu congregationem Iehudæ, nam affixa & verba sunt fœminea.

in abundantia tua. Heb. *in securitatibus, tranquillitatibus, prosperitatibus, felicitatibus tuis*. Quidam: *in summa tranquillitate tua*. Alij: *rebus tuis adhuc integris*.

HÆC VIA TVA.] id est, consuetudo, mos, institutum, ratio.

QUIA NON AVDISTI VOCEM MEAM.] Alij: *nam non auscultasti voci meæ, vel non acquievisisti in voce meæ*.

VERS. 22.

OMNES PASTORES TVOS.] id est, principes regni. *pascet*, seu *depascet* ventus. hoc est, abibunt illi in ventum, ventus eos dispellet ac consumiet.

AMATORES TVI IN CAPTIVITATEM IBVNT,] seu *abibunt*. id est, sacerdotes & pseudoprophecæ, quibuscum scortaris; vt exprobratur infra cap. 23. vers. 9. 10. & 11.

AB OMNI MALITIA TVA.] vel *propter omnem malitiam tuam*.

VERS. 23.

QVÆ SEDES.] יושבתי *ioshabthi*, notant irregulariter positum, Hebræi volunt esse compositum ex præterito & participio coniugationis kal. vel esse præteritum *Pohel* cum *Iod* paragogico, vel ad certiore generis fœminei notam. Reddunt: *sedisti*, vel *habitavisti in Libano*. vel *sedens, habitans, seu tu, quæ habitas in Libano*. Anomalia indicare videtur superbam, & ambitiosissimam luxuriam regaliū palatiorum, & immensam gloriam regie familiæ, vel regni Iehojakimi. Quidam reddunt: *o quæ desides in Libano &c.* Ironia; hanc partem iudicij concludens ab infauti exitij comparatione cum præsentē gloria.

ET NIDIFICAS IN CEDRIS.] מקננתי *mekinnanthi*; admodum irregulariter scriptum pro מקננת *mekunneneth*, participio fœmineo Pihel. Hebræi notant esse compositum ex duabus coniugationibus, ex præterito Puhel קננת *kunnant*, & ex participio passivo Pihel, מקננת *mekunneneth*. Rationem compositionis assignant, vt nimirum indicet illam & olim nidificasse, & nunc nidificare in cedris. id est, nidum suum seu habitationem posuisse & ponere in domibus excelis, tectis cedro. Marinus existimat esse simplex Puhel Pihel, etsi anomalum, & *Iod* esse paragogicum, vt

alias in eiusmodi, eleganti nouoque modo sic effectum à propheta, *nidificata, nidulata*, quasi nido firmissimo collocata. Buxtorfius reddit: *quæ facta es vt nidificares*. Forma ex præterito & participio composita. Nos compositionem seu anomalam illud significare puramus, eam quasi in firmissima mansione habitasse in pulcherrimis & sumptuosissimis ædibus cedrinis. vel habitasse quasi in montibus, & celsissimis arboribus superbam, sublimem, omni gloria & maiestate elatam: vt infra cap. 49. vers. 6.

QVOMODO INGEMVISTI QVVM VENISSENT TIBI DOLORES.] Facile Explanatores rationem huius versionis expediunt ab נחנה *anach*, *gemere*. Sed modo exemplaria habent נחנה *nechantha*, secunda persona fœminea præteriti *Niphal* defectiua pro נחנה *nechnanoth*, verbi חנן *chanan*: variè reddunt: 1. *quàm gratiosa fuisti, quum venerunt tibi dolores!* 2. *quàm gratiosa eris cum venerint tibi cruciatu!* Ironia, & elegantissimus Hispanismus: *Quæ graciosa estaras quando te venganos dolores!* ad indicandum indignationem & molestiam alicuius quando res non ei ex voto succedunt. 3. *quàm clara & grata fies, &c.* 4. *quàm gratulaberis tibi quum inuadent te tormina*.

DOLORES.] חבלים *chabalim*, proprie, *funes*, metaphoricè, *dolores gravissimi*, *tormina*: vt supra cap. 13. v. 21.

VIVO EGO, DICIT DOMINVS.] Alij: *Vt vivo ego, per vitam meam, ita viuam ego, dictum Iehouæ*. Tertia pars, vt dictum est in vers. 10. exponens iudicium Dei in Iechoniam filium Iehojakimi, qua primùm ipsius, domusque totius calamitas prædicitur, versibus quatuor: deinde ne ex ipsis quidem impostero futurus rex vllus prædicitur; tribus versibus vltimis.

QUIA SI FVERIT IECHONIAS FILIVS IOACIM, &c.] *Iechonias*, Hebraicè, *Conjahu*. qui 1. Paralip. 3. vers. 16. dicitur (*Iechonjah*) ex quo per aphæresin factum fuisse videtur hîc *Conjahu*, detracto *Iod*, fortè per contemptum, vel quod hîc ex ptofesso tanta calamitas eius prænuntietur. idem 2. Reg. 26. vers. 6. appellatur, (*Iehofachin*), cum *Caph* & *Nun*, cum pater eius qui hic subditur, dictus sit Iehojakim, cum *Koph* & *Mem*. Quidam reddunt: *etiam si esset Conja filius Iehojakimi regis Iehudæ sigillum in manu dextera meæ*, id est, annulus signatorius, pro eo, quod est, etiam si fuisset Ieconja mihi coniunctissimus atque charissimus, quem semper in oculis ferrem: *tamen inde euellam te*. vt fusè narratur 2. Reg. 24. v. 12. & sequentibus.

IN MANY DEXTERA MEA.] Hebr. *manus* est in regimine, nam est cum *Pathach*, vnde ad verbum est, *super manum dextri mei*. subaudi, *lateris*. vt 2. Samuel. 20. v. 9.

INDE EVELLAM EVM.] Hebr. *abrupam, auellam disrumpam te*. Mutatio personæ. נחנה *ethkencha*, futurum Verbi נחך *nathak*, in quo littera *Nun* transposita est à principio ad finem, ad significandam proculdubio ingentem & omnimodam abruptioem seu auulsionem.

VERS. 25. ET IN MANU QUORUM TU FORMIDAS FACIAM.] Hebr. & in manu quorum tu retrahes te à facie eorum, seu quorum tu auerfaris, expauescis, formidas conspectum, seu præsentiam. vel in manu eorum à quorum facie tu te contrahis, ac times.

VERS. 27. ET IN TERRAM, AD QUAM IPSI, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. efferunt: 1. In terram autem istam, ad quam ipsi animam suam attollunt, ut isthuc redeant, non redibunt. Animam ad rem aliquam attollere, est eam auere, desiderare, cupere, expetere. 2. De terra verò, ad quam isti elaturi sunt desiderium suum, ut reuertantur illuc; illuc non sunt reuersuri.

VERS. 28. NUMQUID VAS FICTILE, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. reddunt: 1. An non ut sculptile contemptum, & fractum in multas partes. vel an non ut truncus contemptus & dissipatus est vir iste Chonias? aut ut vas aliquod, quod nemini placet? quare abiecti sunt, vel deportati sunt alio, tam ipse quam semen eius, & proiecti in terram, quam non cognouerunt. 2. An simulacrum contemptum, quod dispergitur, esset vir iste Conja? an instrumentum, in quo nulla est delectatio? cur eieci essent ipse & semen ipsius, & proiecti in terram, quam non norunt? Interrogatio pathetica transitum faciens ad alterum iudiciorum genus, de perdenda tota Iechonjæ stirpe: perinde ac si Iudæi in admirationem adducti dicerent, non esse credibile fore, ut ita perderetur totum genus regium: cui admirationi respondet propheta per exclamationem, & terram testem adhibet, fore ut tota hæc gens pereat. Nam post deportationem, dominatus ad posteros Dauidis ex Nathane recidit, ut annotauimus in 1. Paralip. 3. v. 17.

ET SEMEN EIVS.] exponunt, id est, gens ipsius tota ex semine Ioschijæ profecta.

ABIECTI SVNT, ET PROIECTI.] Vtrumque verbum est ex Hophal quæ coniugatio significatum auget, quasi dicat, miserimè & abiectissimè protelati, eieci, &

proiecti fuerunt.

Ô TERRA, TERRA, TERRA, &c.] VERS. 29. Trina hæc exclamatio grauissimam contestationem habet.

SCRIBE.] Hebr. pluraliter. Scribite. id est, VERS. 30. Referte in acta sententiam hanc à Deo latam, & decretum irreuocabile.

VIRVM ISTVM STERILEM.] Alij: orbem, liberis-carentem fore. vide de voce וירי ghariri in Genes. 15. vers. 2. Hic eum accipiunt, qui etsi habuerit liberos, tamen vel eos mortuos ante se vidit in captiuitate, seu illis viuens orbatus est: vel nullum ex posteris suis post se in folio Dauidis regnantem habuit: ut sequentibus verbis indicatur.

QUI IN DIEBUS SVIS NON PROSPERABIT VR.] Alij: 1. qui nihil prospere ager in diebus suis. 2. cui nihil prospere succedet in tempore suo. 3. non prosperaturum unquam. Sic statim.

NEC ENIM ERIT DE SEMINE, &c.] Alij: 1. quoniam nullus de semine eius prosperabitur, ut sedeat in folio Dauidis, & regnet posthac in Iuda. 2. nam non prosperabitur de semine eius quisquam sessurus in folio Dauidis, & dominaturus amplius in Iehudam. id est, de hac gente Iechonjæ, ut vers. 28. diximus, ex qua regnavit quidem Tzidkija, sed minimè prosperatus est. Sed præstat exponere, de semine eius. id est, de filiis ac nepotibus, toraque posteritate: & cum duo dicat, nec sessurus in folio Dauidis, nec dominaturus in Iudah; verosimilius existimamus hæc simpliciter accipienda esse, ut nullus posterorum Iechonjæ superferit, aut regnum seu vllum dominatum in Iehuda obtinuerit: atque Sealthiëlem, Zerubabelem, & alios principes Iehudæ, non ex stirpe Iechonjæ, aut Selomonis; sed ex stirpe Nathanis; filij Dauidis propagatos fuisse, ut disertè innuere videtur Lucas 3. v. 27, sed sunt hæc planè exploratu difficilia, & obscura: vide 1. Paralip. 3. v. 17.

CAPVT XXIII.

Comminatur Dominus pastoribus qui gregem dispergunt ac lacerant, promittens se reducturum reliquias gregis ad locum suum, ac suscitaturum pastores & germen Dauid iustum, sub quo magna fruuntur felicitate: vaticinatur quoque pseudoprophetis æternum opprobrium, qui populum decipiunt, & prophetant absque Dei voluntate, sermonem Domini Onus appellantes.

Vulg.

Malu.

Ezech. 13. a. 3. & 34. a. 2.



1. Pastoribus, qui disperdunt & dilacerant gregem pascuæ meæ; dicit Dominus.

2. Ideò hæc dicit Dominus Deus Israel ad pastores, qui pascunt Maluenda, In libr. Isaïæ.



1. O pastores^a auferentes & dispergentes^b ouem^c pascui mei, d^d Fidelis Sermo IHVH.

2. Ad sic, sic dixit IHVH ELOHIM Israelis super pastores pascentes populum

^a tollentes, disperdentes
^b gregem; pecus. sic v. 2. 3.
^c pascuæ; pascionis d^d vide in Genes. 22. 16 sic v. 2. 4.
7. 11. 23. 24. 28. 29. 30. 31. 32. 33.

Z Z z

populum meum: Vos dispersistis gregem meum, & eiecistis eos, & non visitastis eos: ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum, ait Dominus.

3 Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas eiecero eos illuc: & conuertam eos ad rura sua, & crescent, & multiplicabuntur.

4 Et suscitabo super eos pastores, & pascent eos: non formidabunt ultra, & non pauebunt: & nullus quaretur ex numero, dicit Dominus.

5 Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & suscitabo David germen iustum: & regnabit rex, & sapiens erit: & faciet iudicium & iustitiam in terra.

6 In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter: & hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster.

7 Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non dicent ultra: Viuit Dominus, qui eduxit filios Israel de Terra Ægypti:

8 Sed: Viuit Dominus, qui eduxit & adduxit semen, domus Israel de Terra Aquilonis, & de cunctis terris, ad quas eieceram eos illuc: & habitabunt in terra sua.

9 Ad prophetas: Contritum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea: factus sum quasi vir ebrius, & quasi homo madidus à vino, à facie Domini, & à facie verborum sanctorum eius:

10 Quia adulteriis repleta est terra, quia à facie maledictionis luxit terra, arefacta sunt arua deserti: factus est cursus eorum malus, & fortitudo eorum dissimilis.

11 Propheta namque & sacerdos polluti sunt: & in domo mea inueni malum eorum, ait Dominus,

12 Idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris: impellentur enim, & corruent in ea: afferam enim super eos mala, annum visitationis eorum, ait Dominus.

13 Et in prophetis Samaria vidi falsitatem: prophetabant in Baal, & decipiebant populum meum Israel.

14 Et in prophetis Ierusalem vidi si-

lum meum; vos dispersistis ouem meam, & impulistis eos, & non visitastis eos: ecce ego visitans super vos malitiam ludiciorum vestrorum, Fidelis Sermo IHVH.

3 Et ego congregabo reliquiam ouis meæ de omnibus terris, quibus impulsi eos ibi: & reuertere-faciam eas super nomos earum, & fructificabunt, & multiplicabuntur.

4 Et surgere-faciam super eos pastores. & pascent eos: & non timebunt adhuc, & non consternabuntur, & non visitabuntur, Fidelis-sermo, IHVH.

5 Ecce dies venientes, Fidelis-sermo IHVH, surgere-faciam Davidi germen iustum, & regnabit rex, & intelligere-faciet; & faciet iudicium & iustitiam in terra.

6 In diebus eius saluabitur Iehudah & Israel & scenitabit confidentiæ: & istud nomen eius, quod vocabunt eum, IHVH iustitia nostra.

7 Et sic, ecce dies venientes Fidelis-sermo IHVH, & non dicent adhuc viuens IHVH, qui ascendere-fecit filios Israelis de terra Ægypti:

8 Quia si viuens IHVH, qui ascendere-fecit, & qui venire-fecit semen domum Israelis de terra septentrionis, & de omnibus terris, quibus impulsi eos ibi: & habitabunt super humum suam.

9 Propheta, contractum-fuit cor meum in intimo meo, contremuerunt omnia ossa mea; fui sicut vir ebrius, & sicut præualidus transiit eum vinum: de faciebus IHVH, & de faciebus verborum Sanctitatis eius.

10 Quia subagitantibus impleta-fuit terra, quia de faciebus adiurationis luxit terra; exsiccati-fuerunt nomi deserti: & fuit incurfio eorum mala, & præualescentia eorum non sic.

11 Quia etiam propheta, etiam sacerdos hypocritizauerunt: etiam in domo mea inueni malitiam eorum, Fidelis-sermo IHVH.

12 Ad sic, erit via eorum eis sicut dispersitiones in caligine; impellentur, & cadent in ea: quia venire-faciam super eos malum, annum visitationis eorum, Fidelis-sermo IHVH.

13 Et in prophetis Someron vidi insultatam: prophetauerunt in Baghale; & errare fecerunt populum meum, Israelem.

14 Et in prophetis Ierusalem vidi horri-

Inf. 33. c. 12.
sa. 4. b. 11. &
40. c. 11. 45.
b. 8.
Ezech. 34.
b. 11.
Dan. 9. g. 24.
Ioan. 1. g. 45.
Sup. 31.
e. 14.
Deut. 33.
d. 18.

recensuistis

facilius, ultra, deinceps

inhabitabit, tabernaculabit h daciuis, ad confidentiam, secure, tuto i intocabunt k vs u. 4.

inquit ON BI chi in, sed

m quam residebunt in terra sua n tellurem o daciuis.

p vir

q adulterantibus

r perplexitates, lubricitates: vs Psalm. 34. 6.

s vel prophetare-fecit-fecerunt: nam est ex Hisk-pahel

militudinem adulterantium, & iter mendacij: & confortauerunt manus pessimorum, ut conuerterentur unusquisque à malitia sua: facti sunt mihi omnes ut Sodoma, & habitatores eius quasi Gomorrha.

Sup. 9 c. 15.

15 Propterea hæc dicit Dominus exercituum ad prophetas. Ecce ego cibabo eos absinthio, & potabo eos felle; à prophetis enim Ierusalem egressa est pollutio super omnem terram.

Inf. 37 b 9. & 29. b. 8.

16 Hæc dicit Dominus exercituum: Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos: visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini.

17 Dicunt his, qui blasphemant me: Locutus est Dominus: Pax erit vobis, & omni, qui ambulat in prauitate cordis sui, dixerunt: Non veniet super vos malum.

Sup. 5. c. 21. & 14. b. 13.

18 Quis enim affuit in consilio Domini, & vidit, & audiuit sermonem eius? quis considerauit verbum illius & audiuit?

Inf. 30 c. 14.

19 Ecce turbo Dominica indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum veniet.

20 Non reuertetur furor Domini, vsque dum faciat, & vsque dum compleat cogitationem cordis sui: in nouissimis diebus intelligetis consilium eius.

21 Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant.

22 Si steterunt in consilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo, auertissem utique eos à via sua mala, & à cogitationibus suis pessimis.

23 Putasne Deus è vicino ego sum, dicit Dominus? & non Deus de longè?

24 Si occultabitur vir in absconditis: & ego non videbo eum, dicit Dominus: numquid non calum & terram ego impleo, dicit Dominus?

25 Audiui quæ dixerunt prophetae, prophetantes in nomine meo mendacium, atque dicentes: Somniaui, somniaui.

26 Vsquequò istud est in corde prophetarum vaticinantium mendacium, & prophetantium seductiones cordis sui?

27 Qui volunt facere ut obliuiscatur populus meus nomen meum propter somnia eorum, quæ narrat unusquisque ad pro-

Maluenda, In libr. Ierem.

horripilationem, & subagitare & ambulare in falsitate, & obtinebunt manus malefactorum; ad nequaquam reuersi fuerunt vir de malitia sua: fuerunt mihi omne eorum sicut Sedom; & habitatores eius sicut Ghamorah.

* adules rare
neutiqua,
nō omnino
x omnis
vel omnes
ipſi

15 Ad sic, sic dixit IHVH TZEBAOTH super prophetas; Ecce ego comedere-faciens eos absinthium, & potere-faciam eos aquas capitis: quia de ad prophetas Ierusalaim exiit hypocrisis omni terræ.

16 Sic dixit IHVH TZEBAOTH; Non audietis super verba prophetarum prophetantium vobis; vaneſcere-facientes ij vos: præuisionem cordis sui loquentur, non de ore IHVH.

17 Dicentes dicere incessantibus meis; Loquutus-fuit IHVH; pax erit vobis! & y omnis ambulans in intentione cordis sui dixerunt, Non veniet super vos malum.

y omni ambulanti

18 Quia quis stetit in consilio IHVH, & vidit, & audiuit verbum eius? quis auscultauit verbum eius & audiuit?

z arcano, ſc̄a creto. ſis v 22.

19 Ecce horribilis-tempeſtas IHVH, ardor exiit; & horribilis-tempeſtas dolere-ſeſe-faciens: super caput improbrorum dolebit.

a æſtus-iræ; excandefcentia

20 Non reuertetur naſus IHVH vsque-ad facere eum, & vsque-ad surgere-facere eum coginationes cordis sui: in poſtremitate dierum intellegere-vos ipſos-facietis in ea intelligentia.

21 Non miſi prophetas, & ij cucurrerunt: non locutus-fui ad eos, & ij prophetauerunt.

22 Et ſi ſteterunt in conſilio meo; & audire-fecerunt verba mea populum meum, & reuerrere-fecerunt eos de via eorum mala, & de malitia ludicro-rum eorum.

23 An ELOHIM de propinquo ego, Fidelis-ſermo IHVH; & non ELOHIM de longinquo?

24 Si abscondetur vir in absconſionibus, & ego non videbo eum? Fidelis-ſermo IHVH?

25 Audiui, quæ dixerunt prophetae prophetantes in nomine meo falſitatem, ad dicere; Somniaui, somniaui.

26 Vsque ad quando? an b existentia in corde prophetarum prophetantium falſitatis, & prophetarum c fallaciæ cordis eorum?

b eſt
c doli, fraũdis, i mpoſtura
d Excogitantium
e narrabunt quisque
dali amicis

27 d Excogitantes ad obliuiſci facere populum meum, nomen meum, in ſomniis ſuis, quæ e numerabunt vir ſo-

ximum suum : sicut obliti sunt patres eorum nominis mei propter Baal.

28 Propheta, qui habet somnium, narret somnium : & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè : quid paleis ad triticum, dicit Dominus?

29 Numquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus, & quasi malleus conterens petram?

30 Propterea ecce ego ad prophetas, ait Dominus : qui furantur verba mea unusquisque à proximo suo.

31 Ecce ego ad prophetas, ait Dominus, qui assumunt linguas suas, & aiunt : Dicit Dominus.

32 Ecce ego ad prophetas somniantes mendacium, ait Dominus, qui narrauerunt ea, & seduxerunt populum meum in mendacio suo, & in miraculis suis : cum ego non misissem eos, nec mundaassem eis, qui nihil profuerunt populo huic, dicit Dominus.

33 Si igitur interrogauerit te populus iste, vel propheta, aut sacerdos, dicens : Quod est onus Domini? dices ad eos : Vos estis onus, proiciam quippe vos, dicit Dominus.

34 Et propheta, & sacerdos, & populus qui dicit : Onus Domini : Visitabo super virum illum, & super domum eius.

35 Hac dicetis unusquisque ad proximum, & ad fratrem suum : Quid respondit Dominus? & quid locutus est Dominus?

36 & onus Domini ultra non memorabitur : quia onus erit unicuique sermo suus : & peruertistis verba Dei viuentis, Dominus exercituum Dei nostri.

37 Hac dices ad prophetam : Quid respondit tibi Dominus? & quid locutus est Dominus?

38 Si autem onus Domini dixeritis : propter hoc hac dicit Dominus : Quia dixistis sermonem istum : Onus Domini : & misi ad vos, dicens : Nolite dicere : Onus Domini?

39 Propterea ecce ego tollam vos portans, & derelinquam vos, & ciuitatem quam dedi vobis, & patribus vestris, à facie mea.

40 Et dabo vos in opprobrium sempiternum, & in ignominiam æternam, quamquam obliuione delebitur.

dali suo : secundum quod obliti fuerunt patres eorum nomen meum in Baghale.

28 Propheta, qui ad eum somnium, & numerabit somnium ; & qui verbum meum ad eum, loquetur verbum meum fide : quid stramini ad frumentum? Fidelis-sermo IHVH.

29 An non sic verbum meum sicut ignis, Fidelis-sermo IHVH? & sicut malleus dispergens rupem?

30 Ad sic ecce ego super prophetas, Fidelis-sermo IHVH, furantes verba mea, vir de ad sodalem suum.

31 Ecce ego super prophetas, Fidelis-sermo IHVH, accipientes linguam suam, & certo dixerunt, Fidelis-sermo.

32 Ecce ego super prophetantes somniorum falsitatis, Fidelis-sermo IHVH, & numerauerunt ea, & errate fecerunt populum meum in falsitatibus suis, & in præcipantia sua : & ego non misi eos, & non præcepi eos, & subleuare non subleuabunt populo isti, Fidelis-sermo IHVH.

33 Et quia postulabunt te populus iste, aut propheta, aut sacerdos, ad dicere : Quid leuanda? & dices ad eos : Ad quid leuanda? Et dimittam vos, Fidelis-sermo IHVH.

34 Et propheta, & sacerdos, & populus, qui dicit, Leuanda IHVH ; & visitabo super virum ipsum ; & super domum eius.

35 Sic dicetis, vir super sodalem suum, & vir ad fratrem suum : Quid respondit IHVH, & quid loquutus fuit IHVH?

36 Et leuandam IHVH non recordabimini adhuc : quia leuanda erit viro verbum suum ; & vertistis verba ELOHIM viuentium, IHVH TZEBAOTH ELOHIM nostri.

37 Sic dices ad prophetam ; Quid, respondit te IHVH? & quid loquutus fuit IHVH?

38 Et si leuanda IHVH dicetis, ad sic, sic dixit IHVH ; Correspondentia dicere vos verbum istud, Leuanda IHVH ; & misi ad vos, ad dicere, Non dicetis, Leuanda IHVH :

39 Ad sic, ecce ego & obliuiscar vos obliuisci : & dimittam vos, & urbem, quam dedi vobis, & patribus vestris de supra facies meas.

40 Et dabo super vos probrum æterni, & ignominiam æterni, quæ non obliuiscetur.

apud, penes, cum eo sit statim & enarrabit h. palea: vi. de Genes. 24. 25.

i aduerso illis prophetis &c. sic v. 31. & 32.

x affirmarunt, afferuerunt

i mandauit

quum

n deseram. sic v. 34.

o ut v. 4.

p tibi

q sæculi. sic statim & passiuè obliuioni tradetur



COMMENTARIA.

VERS. 1.



Æ PASTORIBVS QVI DIS-
PERDVNT, &c.] Secunda præ-
dicatio iudiciorum singula-
rium, (vt diximus in vers. 6.
Capitis præcedentis) aduersus
regiam stirpem, principes, & magistratus,
duobus versibus: cui grauiſſimæ intermina-
rioni (quia non poterat compleri nisi cum
integra emersione regni) propheta consola-
tionem subiicit, promissa instauratione abſo-
lutissima per Christum, versibus sequen-
tibus.

VERS. 2.

QVI PASCVNT POPVLVM MEVM.]
id est, quorum est pascere populum, quem-
admodum Græci præsertim Homerus princi-
pes vocant, *pastores populorum.*

ET EIECISTIS EOS.] Hebr. & *impulistis, dis-
pulistis, expulistis, eiecistis, extrusistis eos.*
id est, fuistis eis causa vt in captiuitatem im-
pellerentur, vel vt miserè dissiparentur.

ET NON VISITASTIS EOS.] in bonum,
id est, non recensistis, in spexistis, curam
eorum egistis.

ECCE EGO VISITABO SVPER VOS
MALITIAM STVDIORVM VESTRORVM.]
Alij: *ecce ego visitaturus sum super vos mali-
tiam operum vestrorum.* id est, sumam pœnas
de vobis condignas, & respondentes malis
operibus vestris. vel puniam vos ob scelera
vestra. 2. *ecce ego animaduersurus sum in vos
malignitates actionum vestrarum.*

STVDIORVM VESTRORVM.] vide supra
cap. 4. vers. 4.

VERS. 3.

ET EGO CONGREGABO RELIQVIAS
GREGIS MEI, &c.] Alij: *Deinde ego congre-
gabo, &c.* Promissio instaurationis Ecclesiæ,
hoc versu; per Euangelium; vers. 4. & 5. sub
episcopo summo & pastore animarum nostra-
rum Christo, vers. 5. ad iustitiam & salutem
nostram, vers. 6. & ad Dei gloriam, v. 7. & 8.
*residuum ouium mearum ex omnibus regionibus,
quo dispuleram eas, & reducam eas ad caulam
suam.* Non tantum residuum Iehudæ, sed
etiam Iisraelis, vers. 6. ex quo manifestum est;
non esse hæc verba restringenda ad reuerſio-
nem è Babylonia, sed de liberatione spiri-
tuali per Christum hic agi: *ubi sætificabunt, vel
sobolescent, proprie fructificabunt, & au-
gescent, gignendo gentes in Christo prædicatione
Euangelij.*

VERS. 4.

ET NULLVS QVÆRETVR EX NVMERO.]
Hebr. & *non visitabuntur.* Alij: *neque deside-
rabuntur, aut deficient, seu deerunt.* ex nume-
ro. id est, vt nulla desit ovis tradita in manum
Christi, Ioann. 10. v. 28. & 29.

VERS. 5.

ECCE DIES VENIUNT, DICIT DOMI-
NVS, &c.] Hanc esse de Christo prophe-
tiam, Hebræi & Nostri magno consensu do-
cent.

ET SVSCITABO DAVID.] Hebr. & *surgere
faciam, excitabo, stabiliam, confirmabo, ipsi Da-
uidi.* Exponunt aliqui: quasi dicat, non au-

tem ex vobis, Iechoniæ stirpe, ac ne ex Sche-
lomone quidem, sed ex Dauide per Nathanis
genus: vide supra cap. 22. vers. 28. & 30. Con-
fer singula huius promissionis membra cum
Isaiæ II.

GERMEN I V S T V M.] id est, Christum,
qui tanquam surculus ex trunco intermortuo
repullulascens germinauit iustitiam ad salu-
tem Ecclesiæ suæ: sic infra 33. v. 15. Zachar. 3. 8.
& 6. vers. 12. Isaiæ 4. v. 2.

ET SAPIENS ERIT.] Hebr. & *intelliget,
vel intelligere-faciet.* Alij: & *strenuè aget, vel
gnauiè, constanter, prudenter rem geret.* Ple-
rique: & *prosperabitur, fortunabitur, secunda-
bitur, prospere & feliciter aget in cunctis.*

ET HOC EST NOMEN, QVOD VOCA-
BVNT EVM, DOMINVS I V S T V S N O S-
T E R.] Alij: *Atque hoc nomen eius est, quo
vocabit eum Iisrael, ò Iehoua iustitia nostra,*
id est, Christus Iehoua, qui iustitia nostra est,
Ecclesiam suam vocabit salutis & securitatis
populum, infra cap. 33. vers. 16. ac reipsa orna-
bit his tantis beneficiis: illa autem vicissim
grato animo prædicabit eum & beneficia
eius, hoc versu: cultumque eius profitebitur
constantissimè, duobus sequentibus. Est au-
tem hic locus euidentissimus ad confirman-
dum naturam diuinam, & beneficium salutis
Christi; sicut humanam demonstrauerunt
præcedentia. Hebræa ex verbo: & *istud nomen
eius, quo vocabit eum.* id est, quisque fide-
lium, vel Iisrael ipse. vel impersonaliter aut
passiuè, vsitatissimo more linguæ, quo voca-
bitur ipse *Ihuh* iustitia nostra. sed analogia
punctorum magis exposcit vt legamus cum
Nostro יקראו *Iirren, vocabunt,* quam
יקראו *Iikreo, vocabit eum.* Possit aptissimè
reddi: quo *inuocabit eum,* quisque, vel quod
inuocabunt, pij fideles, *IHVH iustitia nostra.*
vide infra cap. 33. v. 16.

De his duobus versibus vide supra cap. 16.
vers. 14. & 15.

AD PROPHEAS.] volunt esse vice ti-
tuli, seu inscriptionis, quasi dicat, Ad prophe-
tas vel de prophetis est hoc vaticinium meum
vel hic sermo meus. Alij: *Propter prophetas,*
hoc est, pseudopphetas. Nonnulli: *Quod
ad Prophetas, scilicet, attinet, frangitur cor
meum in medio mei, vel in me, &c.* Tertia pars
prædicatio singularium iudiciorum Dei, vt
diximus in vers. 6. Capitis præcedentis, nimi-
rum contra omnes subditos; qui distribuun-
tur in duos ordines, vnum Ecclesiasticum
prophetarum sacerdotumque: alterum popu-
larium: Ecclesiastico sua sit denuntiatio, vs-
que ad vers. 33. populari, indè ad finem vsque.
In hac autem denuntiatione contra ecclesia-
sticos, proponitur primùm summa totius ar-
gumenti, versibus quatuor: deinde exorna-
tio, sequentibus. Hæc autem sunt verba pro-
phetæ indignantis.

CONTRITVM EST COR MEVM IN
ZZZ 3 MEDIO

VERS. 6.

VERS. 8.

VERS. 9.

MEDIO MEI.] Heb. *Confractum est cor meum in interiori, intraneo, intimo mei.* id est, conficior dolore.

CONTREMVERVNT.] *רָחַפּוּ rachaphu* agitata sunt: commota sunt: elisa sunt. Quidam: fluctuarunt.

FACTVS SVM QVASI VIR EBRIVS.] id est, totus perturbatus.

ET QVASI HOMO MADIDVS A VINO.] Hebr. *& sicut vir, quem pertransiuit vinum.* id est, peruasit. Alij: 1. *& similis viro, quem superat vinum.* 2. *& sicut vir, quem vinum incendit.*

A FACIE DOMINI, ET A FACIE VERBORVM SANCTORVM EIVS.] Hebr. reddunt aliqui: *propter Iehouam, & propter verba sanctitatis eius.* id est, ita afficior zelo Dei grauiter, & studio vindicandæ veritatis illius.

VERS. 10.

QVIA ADVLTERIS REPLETA EST TERRA, &c. Alij: hunc versum ex Hebr. reddunt: *Nam adulteris plena est hæc terra, nam propter execrationem luget hæc terra, arefcunt caula deserti, estque concussio istorum pessima, & potentia istorum non recta, seu iniquissima.* Mosis. *Ætiologia: indignissime fero, inquit, quia tota Iudæa circumfluit maleficiis per prophetas & Sacerdotes ipsos.*

A FACIÈ MALEDICTIONIS.] Hebr. *à facie adiurationis, imprecationis, execrationis, iuramenti-imprecatori.* Alij: *propter falsum iuramentum, seu periurium.* id est, propterea quod homines indefinenter peierant, seu diris & imprecationibus alios deuouent.

ARVA DESERTI.] *נֶחֱוֹת neoth, nomi, pascua, caula, speciosa, amœna, deserti.* vide in Exod. 16. vers. 13.

CVRVS EORVM.] *מְרוּצָה merutzah,* incurfusio, concussio, conuassatio, oppressio eorum. vt cap. 22. vers. 17.

ET FORTITVDO EORVM.] Hebr. *prænalescentia, præpotentia, superioritas, prædominatio eorum.*

DISSIMILIS.] Hebr. *non sic.* id est, vt oportet, vt esse debet, aliis præsidio, nemini damno. vel *non recta.* Alij: *& fortitudo eorum non est veritas.* hoc est, veritate non nituntur, sed mendacio: vel pro viribus suis veritati non student, sed mendacio. Nonnulli: *& potentia eorum non firma.* Forsterus: *curfus eorum improbus, sed fortitudo eorum ne quidem tantillum.* vel *ne my, ne gry quidem.* vide de hac loquutione in Prouerbior. 15. v. 7. & Isai. 16. vers. 6.

VERS. 11.

POLLVTI SVNT.] *חָנֶפֶת chanephu, infecti, corrupti, deprauati, impiati-fuerunt, vel hypocrita, simulatores, falsi fuerunt.* Alij: *impie agunt.* Nonnulli transitiuè: *polluerunt, profanarunt, contaminauerunt.* vel per præsens: *pollunt, profanant, contaminant, subaudi terram.*

ET IN DOMO MEA INVENI MALVM EORVM.] Hebr. *etiam domi meæ inuenio malitiam eorum.* id est, ne in æde quidem mea à sceleribus suis abstinent, vbi saltem eos oportuit affici mei præsentis reuerentia: vt Ezechiel 8.

VERS. 12.

QVASI LVBRICVM IN TENEBRIS.] Alij

ex Hebr. 1. *tanquam lubricitatum itinera in caligine.* 2. *quasi lubricitatum,* vel *lubricitates, seu lubricissima cum caligine.* vt Psalm. 34. vers. 6. Elegans allegoria, ad significandum malum inexpugnabile.

ET IN PROPHEtis SAMARIÆ VIDI FATVITATEM.] Alij: 1. *Eandem stultitiam-insulsam, hoc est, idololatriam, quam vidi apud prophetas Samaria, id est, Israelis, seu decem tribuum, qua in Bahal prophetabant, & populum meum Israel seducebant: Apud Prophetas quoque Ierusalaim vidi, &c.* Coniungunt duos versus. 2. *In Prophetis quidem Schomeronis videram insulsitatem, &c.* Exornatio hæc sententiæ præcedentis in pseudopphetas latæ, duas partes continet, ex pseudopphetarum distributione: prior est de pseudopphetis iactantibus visiones & oracula à Deo, vsque ad vers. 25. posterior, de pseudopphetis reuelationes per somnia sibi factas prædicantibus: quæ duo reuelationis genera fuisse olim in Ecclesia, ostendit Deus, Numeror. 12. vers. 6. In hoc autem priore membro primùm indignitas sceleris per comparisonem exponitur, duobus versibus; & denuntiatur pœna, vers. 15. deindè populus de falsitate ipsius, & iudicio in ipsos venturo præmonetur, inde vsque ad vers. 23. ac postremò confirmatur ab omnipræsentia, & omniscientia Dei, vt ita loquamur, vers. 23. & 24. De voce *תִּפְלָה tiphlah,* quam *fatuitatem, & insulsitatem* exponunt, vide Notas in Iob 1. vers. 22.

VERS. 13.

PROPHETABANT IN BAHAL.] vel *per Bahalem.* quod videlicet fuit tolerabilius quam si prophetassent in nomine meo, quod isti tamen Ierofolymitani impiè perfidè que faciunt:

ET IN PROPHEtis IERVSALAIM VIDI SIMILITVDINEM.] id est, horribilem imaginem, spectrum, horrendam visionem. sic accipio hanc vocem ex Hebræo, quod ad verbum habet: *vidi horripilationem, seu horrendam rem:* vide supra cap. 5. vers. 30. vnde quidam reddunt, *At in prophetis Ierusalaimorum video rem horrendam.* 2. *Apud prophetas quoque Ierusalaim vidi horrenda quoque & tetra.* Alij, *vidi fœditatem, seu fœda, turpitudinem, horrorem.*

VERS. 14.

ADVLTERANTIVM, ET ITER MENDACI.] Hebr. *adulterare, & ambulare in falsitate.* Alij: 1. *adulteria enim committunt, & incedunt in mendacio.* 2. *adulterando & ambulando in falsitate.*

ET CONFORTAVERVNT MANVS PESSIMORVM.] Alij: 1. *roborant manus pessimorum hominum.* 2. *quod confirmant etiam manus maleficorum.* id est, quod etfi Dei iura cognoscunt, eos, qui talia faciunt, dignos esse morte; non solum ea faciunt ipsi, sed etiam facientibus patrocinantur, cum exemplis vitæ, tum nefariis documentis, vt loquitur Paulus Romanor. 1. vers. 32. imò & ope sua iuuant, vt hæc verba indicant.

FACTI SVNT MIHI OMNES VT SODOMA, &c.] Quidam: *Sunt mihi omnes isti vt Sodomi, & habitatores istius urbis, vt habitatores Hamora.* vt Isaiæ 1. vers. 9. & 10.

Eccz

VERS. 15. ECCE EGO CIBABO EOS ABSINTHIO, ET POTABO EOS FELLE.] Alij: Ecce ego facturus sum ut comedant isti absinthium, & facturus ut bibant isti succum cicute. id est, Enecabo eos amarulentissimis mortis generibus; quorum amaror absinthio, perniciēs verò cicutæ succo figuratur; vt supra cap. 8. v. 14. & cap. 9. v. 15.

A PROPHEtis ENIM IERUSALEM, &c.] Hebr. quia a prophetis Ierusalaimorum exiuit, proditit, egressa est hypocrisis, simulatio, infectio, pollutio, corruptio, profanatio, contaminatio in totam terram hanc.

VERS. 16. HÆC DICIT DOMINVS EXERCITVVM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. conuertunt: Sic ait Iehoua exercituum, Ne auscultetis verbis istorum prophetarum, qui prophetant vobis; vanos efficiunt isti vos; visionem animi sui eloquuntur, non ex ore Iehouæ.

ET DECIPIVNT VOS.] Hebr. vaneſcere faciunt ipsi vos. vel vanos reddunt vos. Hispanicus Interpres: hazen os defuanecer. vel os defuanecen. Alij: imponunt ipsi vobis.

VERS. 17. DICVNT IIS, QVI BLASPHEMANT ME, &c.] Ex Hebræo alij hunc verbum exponunt: 1. Ad eos, qui me irritant, constanter dicunt, Iehoua loquutus est, Pax erit vobis, id est, omnia tuta & tranquilla erunt vobis, non abducemini in Babyloniam: & ad omnes qui ambulant iuxta libidinem cordis sui, dicunt; Nihil mali vobis accidet. 2. Dicunt indefinenter iis, qui spernunt me, Loquutus est Iehoua, Pax erit vobis: & cuique ambulanti ex sententia animi sui dicunt, Non superueniet vobis malum.

Iis, qui blasphemant me. Heb. conuiciis, contumeliis, verbis maledicis incessantibus, laceſſentibus, infectantibus me. vel inuehentibus, inuolantibus in me. Forsterus reddit: Dicunt illis infectatoribus meis. vide in Numeror. 14. vers. 11.

IN PRAVITATE CORDIS SVI.] seu duritia, obstinatione, intentione, aspectu, libidine animi sui. vide supra cap. 7. v. 24.

VERS. 18. QVIS ENIM AFFVIT IN CONSILIO DOMINI: &c.] Alij: 1. Quis enim stetit in secreto Iehouæ? id est, quis admissus fuit in locum, in quo tractat consilia sua & arcana Deus, quasi dicat, cui ex pseudoprophetis reuelata sunt secreta consilia Dei? 2. Nam quis stetit in consilio Iehouæ, & vidit vel audiuit verbum eius? quis attendit ad verbum eius, & audiuit? Nimirum alij præter nos? Eclipsis in hoc genere loquutionis frequens, vt Proverbior. 30. vers. 4. Sic Iirmeiæ & prophetis bonis, qui præterea fuerunt eodem tempore, suam ordinariam dignitatem & auctoritatem obiecerunt, vt supra cap. 7. & 8. & 18. quod confirmat comparatio vers. 22.

QVIS CONSIDERAVIT VERBUM ILLIVS, ET AVDIVIT?] Alij: quis attendit verbo eius, & audiuit? id est, quis attente considerauit verbum illius, postquam audiuit illud ab eo. 2. quis animaduertit ad verbum illius, & audiuit? id est, paruit ei.

VERS. 19. ECCE TURBO DOMINICÆ INGNATIONIS, &c.] Hunc versum ex Hebr. alij elucidant: 1. Ecce tempestas Iehouæ vel ventus vehem-

mentissimus immisus à Iehoua, furor eius egressus est, & turbo sese intorquens, vel impendens, irruens, in caput impiorum sese demittet. 2. Ecce turbo Iehouæ excandescentiâ proditurus est; ac turbo permanens, seu imminens super caput improborum permanebit, seu imminebit. Descriptio iudicij per comparationem illius, de quo Genes. 19. v. 24. Forsterus vertit: Ecce horribilis tempestas Iehouæ, ardor egressus est; & horribilis tempestas dolorifica, seu dolore afficiens; super caput improborum cum dolore ingruet vel cadet aut recidet, seu residebit. Nos ex gemina verbi significatione reddimus: & horribilis tempestas dolere sese faciens, id est, vehementer dolorifica & dis crucians; super caput improborum dolebit. Elegans Hebraismus & Hispanismus, id est, maximo dolore, angore, & cruciatu afficiet, vide similem loquutionem. 2. Samuel. 3. v. 29. vide de hoc versu infra cap. 30. v. 23.

ET VSQVE DVM COMPLEAT COGITATIONES CORDIS SVI.] Alij ex Heb. 1. & donec stauerit, vel ratas fecit cogitationes cordis sui ist est, donec opere impleuerit, quod facere decreuit. 2. & donec præstiterit cogitationes animi sui, מַחְשָׁבֹתֵי מְזִמּוֹתֵי, proprie sunt cogitationes tacite, machinationes, vafricies, stratagemata, technæ, argutia, practica artes, sapissimè in malum vel culpæ vel pœnæ sumitur.

IN NOVISSIMIS DIEBUS INTELLIGETIS CONSILIVM EIVS.] Alij ex Heb. in nouissimo dierum intelligetis eam scilicet hanc prophetiam intelligentia, vera, seu penitus. 2. intelligetis in ea intelligentiam, id est, quum impleta fuerit hæc propheta, tum demum assequemini veram intelligentiam illius. 3. percipietis de hac re intelligentiam. 4. tandem animaduertetis hoc animaduersione, id est, certissime & euentissime, verbum ex Hithpahelel, diligentem & accuratam observationem significat, quasi dicat, in extremo dierum penitus & absolutè intelligetis hoc, quod vobis edico, nempe, quæ ante vobis dixi, vel quæ iam subiicio.

NON MITTEBAM PROPHEtas ET IPSI CVRREBANT, &c.] Quidam hunc versum superioribus iungunt: tandem animaduertetis hoc animaduersione. nimirum, Me non mittente prophetas istos, ipsos cucurrisse; me non alloquente ipsos.

SI STETISSENT IN CONSILIO MEO, &c.] Hunc versum alij ex Heb. explanant: 1. Et si stetissent in secreto meo: id est, si admissi fuissent in locum in quo tracto consilia mea, & arcana, hoc est; si fuissent afflati spiritu meo, proculdubio aliter docuissent: & vel certè audire fecissent verba mea populum meum, aut certè narrassent seu exposuissent verba mea populo meo: & auerti fecissent eos a via sua mala; & a malitia operum suorum. 2. Quod si stetissent in consilio meo; utique pronuntiaturos fuisse verba mea populo meo, & reuocaturus eos a via sua mala, & a malignitate actionum suarum, id est, si me consuluissent, & ex ore meo acceptas prophetias voluissent proloqui, hæc bonorum prophetarum officia fuisset facturos.

VERS. 20.

VERS. 21.

VERS. 22.

A COGITATIONIBVS.] de voce מַלְלִים maghalalim, vide supra Cap. 4. v. 4.

VERS. 23. PUTASNE DEVS E VICINO EGO SVM, &c.] Alij hunc versum reddunt: *An Deus è propinquo sum ego? dictum Iehoua; ac non Deus è longinquo? Et cum sequente coniungunt: An delitescere potest quisquam in latebris, ut ego non videam ipsum? dictum Iehoua: an non celos & terram ego impleo? dictum Iehoua?* Confirmatio binis his versibus præcedentis denuntiationis, à natura Dei, ut diximus in vers. 13. qua pseudoprophetarum conscientias transfuerberat. Putatisne, inquit Deus, humani aliquid de maiestate mea? Si existimatis me velut longinquum & residentem in cælo res vestras ignorare; at Deum me è longinquo esse vester ipsorum animus testis est: sin autem propinquum putatis certis latebris deludi posse: at scitis nullas esse aduersum me latebras, cum celos & terram impleam maiestate mea: dilemma grauissimum per comparationem humani status cum natura Dei: vide Psalm. 138. Quidam exponunt: *Nunquid Deus de propinquo ego sum, dictum Iehoua: an non Deus de longinquo? subaudi tempore, quasi dicat, an sum Deus nouitius & recens, & non potius Deus æternus? non sum ut dij gentium nuper inuenti.* Deuter. 32. v. 17. Hispanicus Interpres aptè: *Porventura soy yo Dios de poco aca, dixo Iehoua, y no Dios demucho ha?* Leo Iudas reddidit: *An non Deus de propinquo ego, dictum Iehoua, & non Deus de longinquo? quasi dicat, An non Deus ego, qui cunctis rebus præsentissimus & propinquissimus adsum per essentiam, præsentiam, & potentiam? non sum Deus remotus ab ipsis rebus creatis, aut longè ab ipsis ago.*

VERS. 24. AUDIUI QUÆ DIXERVNT PROPHETÆ, &c.] Quidam hunc versum reddunt: *Audio quid dicant isti prophete, qui prophetant nomine meo falsum, dicendo, Somniaui.* Posterior pars sententiæ de pseudoprophetis somnia venditantibus, ut diximus in vers. 13. quos primum redarguit Deus, quatuor versibus sequentibus; deinde fert sententiam, tribus aliis

SOMNIAVI, SOMNIAVI.] id est, in somnio reuelationem à Deo accepi: sic enim prophetis in somnio Deus loquebatur, Numeror. 22. v. 6.

VERS. 25. VSQUEQUO ISTVD EST IN CORDE PROPHETARVM, &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt: *1. Usquequo? subaudi, hæc dicturi sunt: an non est in corde prophetarum prophetantium mendacium, & prophetantium dolum cordis sui? q. d. habentne in animo, vel est nescopus illorū imponere populo meo? &c. 2. Quousque est hoc in corde prophetarum, ut prophetent mendacium, et prophetent dolum cordis sui? 3. Quousque tandem? an est somnium in animo istorum prophetarum, qui prophetant falsum? imò sunt prophete doli animi sui.* Redargutio hæc primum negat somnia diuina pseudoprophetis obuenire, hoc versu: deinde consilium ipsorum dolosum reprehendit, sequente versu; ac postremo docet nihil eis commune cum veris prophetis aut cum verbo Dei esse, v. 28. & 29.

QUI VOLVNT FACERE, VT OBLIVISCATUR, &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt: *1. Quorum consilium huc tendit. ut populum meum somniis suis, quæ quisque proximo suo recenset, in oblivionem nominis mei trahant, quemadmodum & patres eorum nominis mei per Bahalem, vel propter Bahalem obliui sunt. 2. Qui putant se facturos ut obliuiscatur populus meus nominis mei per somnia sua, quæ enarrant quisque amico suo: quemadmodum obliui fuerant patres eorum nominis mei per Bahalem, id est, nomine Bahalis, seu causa Bahalis, ipsum colendo, ut factum fuerat Achazi, Menafchis, & Ammonis, aliorumque temporibus.*

LOQUATUR SERMONEM MEVM VERE.] Heb. loquetur verbum meum fide, id est, fideliter, verè, constanter. Alij: *ex fide*, id est, sincerè, integrè, sine fuce, & dolo, bona fide.

QVID PALEIS AD TRITICVM?] Alij: *quid isti palea cum tritico?* id est, quid commune est istis pseudoprophetis & doctrinæ eorum, cum prophetis doctrinaque Dei? Prouerbiale dictum, vel quæ comparatio paleæ ad triticum, quantum interest inter vtrumque?

NUMQUID NON VERBA MEA SVNT QVA SI IGNIS, &c.] Alij hunc versum ita explanant: *Annon ita verbum meum est ut ignis? dictum Iehoua, & sicut malleus efficiens ut dissiliat petra?* Amplificatio præcedentis argumenti à duplici comparatione: *Quid dico, ait Deus, nihil istorum paleæ cum tritico commune esse? imò verò hæc sunt certissima verorum, falsorumque prophetarum, ac verè, falsique verbi documenta, quòd propheta bonus, tanquam aurifex igne, verbo Dei vitur in probandis & purgandis piis, ducendisque & informandis in omni opere bono; cum alij contra nundinentur, dicentes, *indicate, quod indicemus vobis:* supra Cap. 20. v. 10. Præterea propheta bonus non cedit peruerforum & saxeorum hominum pertinaciæ, sed eam verbo Dei perfringit: isti contra obdurationem confirmant blandimentis suis.*

CONTERENS PETRAM.] Heb. *dispergens, dissilire-faciens rupem, saxum, scilicet*, id est, confringens petram, & fragmina eius huc illuc dispergens.

PROPTEREA ECCE EGO AD PROPHETAS, &c.] Alij: *Idcirco ecce me contra istos prophetas, &c.* Sententiæ latio, ut diximus in vers. 26. diaphoricè seu distinctè ad vehementiam.

QUI FVRANTVR VERBA MEA VNVSQVISQUE A PROXIMO SVO.] id est, qui, quum audierunt veram prophetiam ex meis prophetis, eam pro sua aliis venditant, admittentes de suo mendacia. Putidus sensus. Alij: *qui falso affingunt suis mendaciis nomen meum, dicentes esse à me dicta; quæ non dixi. 2. qui susurrantur verba mea, quisque ab amico suo*, id est, verbum meum sibi cognitum, quo tanquam igne aut malleo deberent uti, sacrilegè dissimulant, & quasi fures occultant, primus gradus sceleratæ prophetiæ.

vnusquisque a proximo suo. Hispanicus Interpres:

VERS. 27.

VERS. 28.

VERS. 29.

VERS. 30.

VERS. 31.

terpres : cada uno de sumas cercano, id est, del verdadero propheta que les esta mas a la mano, ineptus sensus. Aptius expones, suffurantur, detrahunt verba mea à proximis suis, id est, non eis annuntiant sed occultant, & quasi illis furantur legitima verba mea : & sua falsa illis obrudunt.

VERS. 31.

QUI ASSUMUNT, VEL ACCIPIUNT, LINGVAS SVAS, ET AIUNT, DICIT DOMINVS.] Alij ex Hebr. i. *vsurpantes linguam suam & dicunt dixit.* id est, vtuntur lingua sua ad dicendum, Dixit Iehoua, quum tamen Iehoua nihil eis dixerit 2. *Qui lenificant linguam suam, & dicunt dictum.* Participium לוקחבim, fumunt pro transposito, חולקים cholekim, vel deducunt à nomine לקח Lekach, quod suauitatem sermonis vel doctrinae significat, exponunt que: *Qui edulcant, vel dulcem faciunt linguam suam,* id est, qui blando ac dulci, suauisque sermone illiciunt plebem in suam sententiam, & vtuntur dictione vsitata prophetis, nempe, *Dictum Iehoua.* 3. *qui adhibent linguam suam, vt dictum,* id est, vt commenta sua pro dictis Iehoua in populum disseminent: nam hoc tritum erat prophetarum iam olim exordium: secundus gradus sceleratae prophetiae.

VERS. 32.

ET IN MIRACVLIS SVIS.] Alij ex Hebr. 1. *Sanctes: & in leuitate sua, seu in blanditiis suis.* 2. *Reuchlinus: in festinatione sua.* 3. *Vatablus, Auenarius, Schindlerns: in leuitate sua, seu leuitatibus suis.* Leuitates animi dicuntur quum modo hoc, modo illud inconstantes sentiunt. Aut leuibus & stultis suis cogitationibus & inuentis. 4. *Leo Iudae: atque in celeritatibus suis.* 5. *Forsterus: & in leuitate, temeritate, precipitanda sua.* 6. *Tremellius, Iunius, Buxtorfius: & in leuitate, instabilitate, rapiditate sua.* id est, volubilitate sermonis, & sapientia humana verbum, qua ferè enituntur praestare, qui veritate carent, vt fucum faciant imprudentibus: tertius gradus sceleratae prophetiae. 7. *Marinus & Schindlerus: & in leuitate, seu inconstantia sua.*

QUI NIHIL PROFVERVNT POPVLO HVIC.] Alij: 1. *omnino nihil utilitatis afferent populo isti.* 2. *& proficiendo non profuerunt populo huic.* 3. *& iuuando non iuuant populum istum.* 4. *& omnino non pro sint populo huic.* Sed obsint; Meiosis, vt supra vers. 10.

VERS. 33.

SI IGITVR INTERROGAVERIT TE, &c.] Alij: *Quum itaque rogabit te populus hic, aut aliquis propheta, aut sacerdos, dicendo.* Secundum, inquit, membrum praedicationis tertiae iudiciorum Dei, vt diximus in vers. 9. quo propheta toti populo ludificanti prophetas Dei, (vt dicitur 2. Paral. 36. vers. 16.) grauissimum iudicium denuntiat summam, duobus versibus: deinde admonet, tribus sequentibus: ac postremo sententiam, fert tribus vltimis.

QVOD EST ONVS DOMINI:] Alij: *Qua est onerosa-prophetia Iehoua?* Ironicum interpretandi genus, quo Iudaei praefracti & minas Dei habentes pro fabulis exagitabant prophetas eius.

Maluenda, In libr. Ierem.

ONVS.] *נשוא maschschah, grauis & onerosa prophetia: vide in Isaia 13. vers. 1. Sic deinceps hoc capite.*

DICES AD EOS, VT QVID VOBIS ONVS? PROHICIAM QUIPPE VOS, &c.] Alij: 1. *dices ad eos, quodnam onus?* quasi dicat, vultis scire onerosam prophetiam, quam recens à Deo accipi in vos? haec est: *Et abiiciam vos, dicit Iehoua.* id est dicit Deus se deserturum vos. 2. *nam dices eis id, quod est onerosa-prophetia, nempe, Deserturus sum vos, dictum Iehoua.*

ET PROPHETA, ET SACERDOS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: *Nam in prophetam illum, ac in sacerdotem illum, & in ipsum populum, qui dixerit onerosam prophetiam Iehoua; nempe ironice & per ludibrium, vt modo demonstrauius: vtrique animaduertiam in virum illum, & in domum illius.*

HAC DICETIS VNVSQVISQVE, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. conuertunt: *Sic dicturi estis, videlicet consulentes serio ac sine ludibrio, quisque amico suo, & quisque fratri suo, Quid respondit Iehoua? aut quid loquutus est Iehoua?* Ac si dicat, quod vos per ludibrium interrogatis, faciam ego vt serio interrogetis, re ipsa experientes onerosas prophetias Iehoua.

ET ONVS DEI VLTRA NON MEMORABITVR, &c.] Quidam hunc versum ex Hebr. exponunt: *Onus autem Iehoua ne commemore amplius: nam ipsum onus futurum est cuique verbum suum:* id est, sermo iste ironicus quo Iehouam, & verbum ipsius ludificabitur, supra vers. 33. ipsi constabit magno: aut, quicumque ita loquetur, grauiter punietur: *Si peruerteritis verba Dei viuentis, Iehoua Exercituum, Dei nostri.*

DEI VIVENTIS.] Hebr. *Deorum viuentium, seu viuorum.* Perspicuum mysterium trium diuinarum personarum, id est, Patris & Filij, & Spiritus Sancti viuentium.

HAC DICES AD PROPHETAM, &c.] quasi dicat, iam non per ludibrium, aut ironice rogabitur, sed serio & ex animo.

SI AVTEM, ONVS DOMINI DIXERITIS.] Aliqui ita versum ita ex Hebr. exponunt: *Sed quandoquidem onerosam-prophetiam Iehoua dicitis; idcirco sic ait Iehoua, Eo quod dicitis verbum istud, onerosa-prophetia Iehoua: quamuis miserim ad vos qui dicant, Ne dicatis, Onerosa-prophetia Iehoua.*

PROPTEREA ECCE EGO TOLLAM VOS PORTANS.] id est, deportans in captiuitatem. Ratio huius translationis prompta est, nam accepit נשוא nasa, cum Aleph & Scin sinistro. Aliqui reddunt: *onerabo vos onere.* vt alludat ad verbum onus. Alij, cum He, & Scin dextro; *Idcirco ecce ego obliuiscar vos obliuiscendo.* id est, penitus & omnino. Quidam: *Idcirco ecce me, qui obliuiscar vos vestri indefinenter, seu perpetuo.* Humanitus dictum, cuius exegetica sequentia verba continent.

A FACIE MEA.] Cohæret cum initio versus, *tollam vos, vel obliuiscar vos.* Aliqui reddunt: *abiectos à conspectu meo.*

ET DABO VOS IN OPPROBRIVM SEM- PITERNVN.] Alij: 1. *Et imponam vobis opprobrium.*

VERS. 34.

VERS. 35.

VERS. 36.

VERS. 37.

VERS. 38.

VERS. 39.

נשוא

VERS. 40.

prium perpetuum. 2. Et afficiam vos opprobrio sempiterno.

ET IN IGNOMINIAM ÆTERNAM, &c.] Alij: 1. & aternâ ignominia, qua in obliuio-

nem nunquam veniet. 2. ignominiamque perpetuam, qua non poterit tradi obliuioni. vide supra cap. 20. v. 11.

CAPVT XXIV.

Calathus bonarum ficuum designat captiuos in Babylonia Iudeos: quos dicit Dominus se reducturum in terram suam, qui toto corde ad ipsum reuertentur: calathus autem malarum ficuum significat eos qui manserant Ierosolymis, ac postea fugerant in Ægyptum, quos dicit se daturum in opprobrium & maledictionem.

Vulg.

I Stendit mihi Dominus: & ecce duo calathi pleni ficis, positi ante templum Domini, postquam transtulit Nabuchodonosor rex Babyloniæ Iechoniam filium Ioakim regem Iuda, & principes eius, & fabrum, & inclusorem, de Ierusalem, & adduxit eos in Babylonem.

2 Calathus vnus ficus bonas habebat nimis, ut solent ficus esse primi temporis: & calathus vnus ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant, eo quod essent mala,

3 Et dixit Dominus ad me: Quid tu vides Ieremia? Et dixi: Ficus, bonas, bonas valde; & malas, malas valde, quæ comedi non possunt, eo quod sint mala.

4 Et factum est verbum Domini ad me, dicens.

5 Hec dicit Dominus Deus Israel: Sicut ficus hæc bonæ: sic cognoscam transmigrationem Iuda, quam emisi de loco isto in Terram Chaldæorum, in bonum.

6 Et ponam oculos meos super eos ad placandum, & reducam eos in terram hanc, ædificabo eos, & non destruam: & plantabo eos, & non euellam:

7 Et dabo eis cor ut sciant me, quia ego sum Dominus. & erunt mihi in populum; & ego ero eis in Deum: quia reuertentur ad me in toto corde suo:

8 Et sicut ficus pessima, quæ comedi non possunt, eo quod sint mala: hæc dicit Dominus, sic dabo Sedeciam regem Iuda, & principes eius, & reliquos de Ierusalem, qui remanserunt in vrbis hac, & qui habitant in Terra Ægypti.

Malu.

I Idere-fecit me IHVH, & ecce duo caldaria, ficuum ^a stare-facta ^b faciebibus ^c basilicæ IHVH, post deuoluere Nebuchad-retzarem regem Babelis Iechonjah filium Iehojakimi ^d regem Iehudah, & principes Iehudah, & fabrum & clauforem de Ierusalaim; & venire-fecit eos Babelem.

2 Caldare vnum, ficus bonæ valde sicut ficus primogenitarum; & caldare vnum, ficus malæ valde, quæ non comedentur ^e de malitia.

3 Et dixit IHVH ad me, Quid, tu vides Iirmejahu? Et dixi, Ficus: ficus bonas bonas valde; & malas malas valde, quæ non comedentur ^f de malitia. ^f præ

4 Et fuit verbum IHVH ad me, ad dicere:

5 Sic dixit IHVH ELOHIM Israelis: Sicut ficus bonæ istæ; Sic agnoscam deuolutionem Iehudah, quam emisi de loco isto terram Chaldæorum, bonitati.

6 Et ponam oculum meum super eos, bonitati; & reuertere-faciam eos super terram istam: & ædificabo eos, & non ^g diruam; & plantabo eos, & non ^h euellam.

7 Et dabo eis cor ad cognoscere me, quia ego IHVH; & erunt mihi ⁱ populo, & ego ero eis ^k ELOHIM: ^l quia reuertentur ad me in omni corde suo.

8 Et sicut ficus malæ, quæ non comedentur de malitia: quia sicut dixit IHVH, sic dabo Tzidkijahu regem Iehudah, & principes eius, & reliquiam Ierusalaim, & relictos in terra Ægypti.

^a statuta, constituta
^b datiuus. ad facies
^c regis, templi
^d regis

^e præ

^g demoliar, destruam
^h extirpabo, eradicabo
ⁱ datiuus. in populum
^k datiuus. in Deum
^l quum

9 Et dabo eos in vexationem, afflictionemque omnibus regnis terra; in opprobrium, & in parabolam, & in proverbum, & in maledictionem in uniuersis locis, ad qua eieci eos.

10 Et mittam in eis gladium, & famem, & pestem; donec consumantur de terra, quam dedi eis, & patribus eorum.

9 Et dabo eos commotioni, malo, omnibus regnis terræ: probro & pro- uerbio, dentationi, & leui factioni in omnibus locis, ^m quibus ⁿ impellam eos ibi.

10 Et mittam in eis gladium, famem, & pestem: vsque ad ^o consummare eos de super P humum, quam dedi eis, & patribus eorum.

m quo de-
puleio eos
n impelle-
re faciam
o consumere
p tellurem



COMMENTARIA.

VERS. 1.



STENDIT MIHI DOMINVS &c.] Quidam: Visionem ostendit mihi Dominus, seu Iehoua. Huius prophetiæ tempus manifestum est ex vers. 1. partes verò duæ sunt; vna typica, tribus primis versibus: altera anagogica, typos, quos Deus exhibuerat prophetæ, explicans, reliquo Capite.

ET ECCE DVO CALATHI FICVVM.] alij reddunt: & ecce duo canistra, corbes, sporta, vel caldaria. vide in 1. Samuel. 2. v. 14.

POSITI ANTE TEMPLVM DOMINI.] Heb. statuti, constituti, ad facies templi Iher. Quidam: compositi ante templum Iehouæ. velut in conspectu Domini iusti, & iudicis, qui postea sententiam pro iure suo de illis latuus est.

POSTQVAM TRANSTVLIT NABVCHODONOSOR &c.] Alij: 1. postquam captiuos abduxerat Nebuchadrezar &c. 2. postquam deportasset Nebuchadrezar &c. vide 2. Reg. 24. v. 12. & sequentibus.

ET FABRVV.] pro & fabros, artifices. Architectos significari putant, qui conficiebant arietes, & turres, atque alias machinas, ad oppugnandas vrbes.

ET INCLVSOREM.] Vide in 2. Reg. 24. v. 14. Hispanicus hic reddit: ingenieros. Notant, Nabuchodonosorem deportasse viros ingenio præstantes, & peritos conficiendarum machinarum bellicarum, & omnis militaris apparatus, ne Iudæi rebelarent. Quidam reddunt: & fabros ipsos lignarios, ac fabros ferrarios.

VERS. 2.

VP SOLENT ESSE FICVS PRIMI TEMPO- RIS.] Alij: quales sunt ficus præcocium. pro præcoces ficuum, hypallage, vox בכורות bacuroth, conuenit cum nostra Valentina seu Arabica bacoras, vel præposito Arabico articulo albacoras, qua ficus præcoces, seu grossos appellamus, Castellani, breuæ.

QVÆ COMEDI NON POTERANT, EO QVOD ESSENT MALÆ.] Alij: qua non possent comedi præ prauitate: 2. qua præ austeritate edi non possent. Sic vers. 3. & 8.

VERS. 3.

ET DIXI, FICVS: FICVS BONAS, BONAS VALDE, ET MALAS, MALAS VALDE.] Alij: 1. Et dixi, Ficus; nempe ficus supra modum bonas, & vehementer austeras. 2. Et dixi, Ficus: has bonas ficus, bonas valde; illas verò malas, malas valde.

Maluenda, In libr. Ierem.

VERS. 4.

ET FACTVM EST VERBVV DOMINI AD ME, DICENS:] Alij: Tum fuit verbum Iehoua ad me, dicendo. Transitio ad anagen, cuius partes, (vt typi) sunt duæ; vna promissionis erga pios deportatos, & vniuersè erga totam Ecclesiam Christi; tribus versibus: altera comminationis in cæteros impios, qui deportandi erant, & exagitandi infinitis cruciatibus, ternis aliis versibus.

SIC AGNOSCAM TRANSMIGRATIONEM IYDA &c.] Alij: Ita agnoscam deportationem Iehuda, seu deportatos Iehudæos, metonymias quos emisi ex loco hoc in terram Chaldæorum, in bonum. Exponunt, agnoscam in bonum. ex electione videlicet: atque hic est primus gradus beneficiorum Dei, quæ allegoricè sequente versu; deinde simpliciter & nudè vers. 7. proponuntur.

ET ÆDIFICABO EOS.] id est, dabo illis sedes stabiles, & augebo illos liberis, familia, opibus, in Ecclesia.

ET DABO EIS COR VT SCIANT &c.] Hunc versum alij ex Heb. reddunt: Nam inditurus sum illis cor ad cognoscendum me, me esse Iehouam; eruntque mihi populus, & ego ero illis Deus; quum reuersi fuerint ad me ex toto corde suo. promissio Euangelica, vt infra cap. 31. v. 1. & 33.

ET SICVT FICVS PESSIMÆ &c.] Alij hunc versum ex Heb. transferunt: Quemadmodum verò ficus istas malas, quæ non possunt comedi, præ prauitate: id est, vt solent abiici acerbæ ficus atque immaturæ, & omnium arbitrio exponi: (nam sicat Iehoua.) parenthesis ad confirmationem dicti: quia hæc denuntiatio humanitus incredibilis esse videbatur, constituto per Nebuchadnetzatem nouo rege beneficiario, 4. Reg. 14. v. 17. ita exponam Tzidkijam regem Iehudæ, & principes eius, ac residuum Ieruschalaimorum, qui residui sunt in terra hac, etiam, qui habitauerint in terra Ægypti. id est, qui occiso Gedalia in Ægyptum Iesè receperint, vt infra cap. 43. & 44. narratur.

ET DABO EOS IN VEXATIONEM, AFFLICTIONEMQUE OMNIBVS REGNIS TERRÆ.] Alij: Exponam, inquam, eos commotioni in malum apud omnia regna terra. 2. Dabo, inquam, eos in diuexationem, idque malo ipsorum, omnibus regnis terra. 3. Dabo, inquam, eos in commotionem, seu in terrorem, & in malum

VERS. 5.

VERS. 6.

VERS. 7.

VERS. 8.

VERS. 9.

omnibus regnis terra. id est, omnia regna externa commouebuntur, & concutientur metu, horrebunt, quum audierint, quæ Iudæis illis acciderint, tam grauiæ & horrenda erunt. 4. Hispanicus Interpres: y darlos he per mouimiento scilicet decabesa, id est, por escarnio, por mal, à todos los reynos de la tierra. vide de hac loquutione in Deuter. 28. v. 25. & supra cap. 15. v. 4. & infra cap. 29. v. 18. & cap. 34. v. 17.

ET IN PARABOLAM.] id est, quum exteri aliquos calamitosos & infelices appellare voluerint, eos Iudæis comparabunt. Alij: in prouerbium, id est, vt de illis celebretur prouerbium, Iudæo calamitosior. Nonnulli: exemplo, vel exemplum memorabile extremæ calamitatis: ex interminatione nimirum legis, Deuteron. 28. v. 37.

ET IN PROVERBIVM.] שְׁנִינָה scheninah

1, in fabulam. id est, omnes in quotidianis sermonibus, & confabulationibus usurpabunt calamitatem & improbitatem Iudæorum. 2. dictorio, vel in dictorium, quo irrideant, & acriter eos pungant. 3. Forsterus: in acerbè dictum, quo te lacerent & proscindant. Nos in dentationem, qua te dentibus mordeant, & canino dente te rodant: vide in Deuteron. 28. v. 37.

ET IN MALEDICTIONEM.] Heb. & lenifactioni, vilipensionem, vilipendio. Quidam: & execrationi, vel in execrationem. id est, vt cuncti eos execrentur. vel cum alij volent alicui imprecari, dicent, contingat ei vt Tzidikijæ, & suis.

ET MITTAM IN EOS GLADIUM & FAMEM & C.] vide de hoc versu supra cap. 15 vers. 2. VERS. 10.

CAPVT XXV.

Quia noluerunt adire Ieremiam nec reliquos prophetas adhortantes ad pœnitentiam, prædicit excidium Ierosolymorum, & captiuitatem septuaginta annorum, ac deinde perditionem regum qui ipsos tenebant captiuos: quapropter iubetur Ieremias ciuitatibus Iudæ ac ceteris regibus terrarum propinare calicem furoris Domini: vlulatum quoque prænuntiat pastoribus ac optimatibus.

Vulg.

Verbum, quod factum est ad Ieremiam de omni populo Iudæ, in anno quarto Ioachim filij Iosia regis Iudæ, (ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis)

2 Quod locutus est Ieremias propheta ad omnem populum Iudæ, & ad vniuersos habitatores Ierusalem, dicens:

3 A tertio decimo anno Iosia filij Ammon regis Iudæ vsque ad diem hanc; iste tertius & vigesimus annus; factum est verbum Domini ad me, & locutus sum ad vos de nocte consurgens, & loquens: & non audistis.

4 Et misit Dominus ad vos omnes seruos suos prophetas; consurgens diluculo, mittensque: & non audistis, neque inclinastis aures vestras vt audiretis,

5 cum diceret: Reuertimini vnusquisque à via sua mala, & à pessimis cogitationibus vestris: & habitabitis in terra, quam dedit Dominus vobis, & patribus vestris, à saculo, & vsque in saculum.

4. Reg 17.
d. 13.
Sup. 18. b. 11.
Inf 36. c. 15.

Malu.

Verbum, quod fuit super Iirmejahu, super omnem populum Iehudah, in anno quarto Iehojakimo filio Iosijahu

regis Iehudah: ipse annus primus Nebuchadretzari regi Babelis. a regi

2 Quod loquutus fuit Iirmejahu propheta super omnem populum Iehudah, & ad omnes habitantes Ierusalem, ad dicere: b apud

3 De tribus decem anno Iosijahu filio Amonis regis Iehudah, & vsque ad diem istum, (iste tres & viginti annus:) fuit verbum IHVH ad me: & loquutus fui ad vos, manicare, & loqui, & non audiistis. c e regi

4 Et mittet IHVH ad vos omnes seruos suos prophetas, manicare & mittere, (& non audiistis, & non extendistis aurem vestram ad audire:)

5 Ad dicere, Reuertimini, obsecro vir de via sua mala, & de malitia ludicrorum vestrorum; & habitate super humum, quam dedit IHVH vobis, & patribus vestris, ad deum & vsque ad æternum. d manet
e tellurem
f saculo,
o lim se
statim

6 Et nolite ire post deos alienos ut seruiatis eis adoretisque eos: neque me ad iracundiam prouocetis in operibus manuum uestrarum, & non affligam vos.

7 Et non audistis me, dicit Dominus: ut me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum uestrarum, in malum uestrum.

8 Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Pro eo quod non audistis uerba mea:

9 ecce ego mittam, & assumam uniuersas cognationes Aquilonis, ait Dominus: & Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum, & adducam eos super terram istam, & super habitatores eius, & super omnes nationes, quæ in circuitu illius sunt: & interficiam eos, & ponam eos in stuporem & in sibilum, & in solitudines sempiternas.

10 Perdamque ex eis uocem gaudij, & uocem lætitiæ; uocem sponsi, & uocem sponsæ, uocem mola, & lumen lucernæ.

11 Et erit uniuersa terra hæc in solitudinem, & in stuporem: & seruient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis.

12 Cùmque impleti fuerint septuaginta anni, uisitato super regem Babylonis, & super gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum: & super terram Chaldæorum: & ponam illam in solitudines sempiternas.

13 Et adducam super terram illam, omnia uerba mea, quæ locutus sum contra eam, omne quod scriptum est in libro isto, quæcumque prophetauit Ieremias aduersum omnes gentes:

14 Quia seruiuerunt eis, cùm essent gentes multæ, & reges magni: & reddam eis secundum opera eorum, & secundum facta manuum suarum.

15 Quia sic dicit Dominus exercituum Deus Israel: Sume calicem uini furoris huius de manu mea: & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te.

16 Et bibent, & turbabuntur, & insanient à facie gladij, quem ego mittam inter eos.

17 Et accepi calicem de manu Domini, & propinaui cunctis gentibus, ad quas misit me Dominus.

18 Ierusalem, & ciuitatibus Iuda, &

6 Et non ambulabitis post deos alienos ad seruare eos, & ad procumbere se facere eis: & non commouebitis me in factura manuum uestrarum; & non malefaciam uobis.

7 Et non audiistis ad me, i Fidelis sermo IHVH: k Correspondentiæ commouere me in factura manuum uestrarum, m ad malefacere uobis.

8 Ad sic, sic dixit IHVH TZEBAOTH: Correspondentiæ quod non audiistis uerba mea.

9 Ecce ego mittens, & accipiam omnes familias septentrionis, Fidelis sermo IHVH, & ad Nebuchadretzerem regem Babelis seruum meum, & uenire faciam eos super terram istam, & super habitantes eius, & super omnes gentes istas circuitu: & anathematizabo eos, & ponam eos n afflacioni, & sibili & o siccitatibus p æterni.

10 Et q auferam de eis uocem gaudij & uocem lætitiæ, uocem sponsi & uocem sponsæ: uocem r duarum molarum, & lucem lucernæ.

11 Et erit omnis terra ista siccitati, s afflacioni: & seruient gentes istæ ad regem Babelis septuaginta anno.

12 Et erit secundum implere septuaginta annum, uisitato super regem Babelis, & super gentem ipsam, t Fidelis sermo IHVH, y prauitatem eorum, & super terram Chaldæorum: & ponam eam x afflacionibus y æterni.

13 Et uenire faciam super terram ipsam omnia uerba mea, quæ loquutus fui super eam: omne scriptum in libro isto, quod prophetauit Iirmejahu super omnes gentes.

14 Quia seruiuerunt in eis etiam eæ gentes multæ, & reges grandes: & z rependam, redintegrabo secundum opera eorum, & secundum facturam manuum eorum.

15 Quia sic dixit IHVH ELOHIM Israelis ad me; Accipe calicem uini a ardoris istius de manu mea: & potare facies eum omnes gentes, quas ego mittens te ad eas.

16 Et bibent, & commouere se facient, & extollere se facient, de faciebus gladij, quem ego mittens inter eos.

17 Et accepi calicem de manu IHVH, & potare feci omnes gentes, quas misit me IHVH ad eas.

18 Et Ierusalaim, & ad vrbes Iehu-

g colera
b extimulabit, irritabit, prouocabitis ad indignationem
i uide in Genes. 22. 16. sic u. 39. 31.
k datiuus. ad correspondentiæ
l ut u. 6
m malo uel in malum
vobis

n afflatus
afflatus sit
pende. de
solacioni
o de uastationibus,
desolacionibus
p sæculi
q toslam disperdam
faciam, ut pereat
x uide
Exod. 11. 5.
l ut u. 9.

t ut u. 7:
u curitatē;
distortionē;
prauitatem

x ut u. 9.
y sæculi

z rependam;
redintegrabo

a æstus-iræ;

dan. 9. a. 2.
Iaf. 26. b. 3.
a. Par. 36.
d. 22.
Efd. 1. a. 1.

regibus eius, & principibus eius: ut darem eos in solitudinem, & in stuporem, & in sibilum, & in maledictionem, sicut est dies ista:

19 Pharaoni regi Ægypti, & seruis eius, & principibus eius, & omni populo eius,

20 & vniuersis generaliter: cunctis regibus terræ Ausitidis, & cunctis regibus terræ Philisthim, & Ascaloni, & Gaza, & Accaron, & reliquiis Azoti,

21 & Idumæa, & Moab, & filiis Ammon:

22 Et cunctis regibus Tyri, & vniuersis regibus Sidonis: & regibus terra insularum, qui sunt trans mare.

23 Et Dedan, & Thema, & Buz, & vniuersis qui attonsi sunt in comam:

24 Et cunctis regibus Arabia, & cunctis regibus Occidentis, qui habitant in deserto:

25 Et cunctis regibus Zambri, & cunctis regibus Elam, & cunctis regibus Medorum

26 cunctis quoque regibus Aquilonis de prope & de longè, unicuique contra fratrem suum: & omnibus regnis terra, quæ super faciem eius sunt: & rex Sefach bibet post eos.

27 & dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Bibite, & inebriamini, & vomite: & cadite, neque surgatis à facie gladij, quem ego mittam inter vos.

28 Cùmque noluerint accipere calicem de manu tua ut bibant, dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum: bibentes bibetis:

29 quia ecce in ciuitate, in qua inuocatum est nomen meum, ego incipiam affligere, & vos quasi innocentes & immunes eritis? non eritis immunes: gladium enim ego voco super omnes habitatores terræ, dicit Dominus exercituum.

30 Et tu prophetabis ad eos omnia verba hæc, & dices ad illos: Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam: rugiens rugiet super decorem suum: celesma quasi calcantium concinetur aduersus omnes habitatores terræ.

31 Peruenit sonitus vsque ad extrema terra: quia iudicium Domino cum Gentibus: indicatur ipse cum omni carne, impios tradidi gladio, dicit Dominus.

dah, & ad reges eius, ad principes eius: ad dare eos gladio, ^b afflationi, sibilu, & ^c leuifactioni, ^d sicut dies ista.

^b ut v. 9.
^c ut c. 24. 9.
^d secundum diem istam

19 Ad Pharghonem regem Ægypti, & ad seruos eius, & ad principes eius, & ad omnem populum eius.

20 Et ad omnem missionem, & ad omnes reges terræ Ghutz: & ad omnes regis terræ Phelithim & ad Askelonem, & ad Ghazah, & ad Ghekronem, & ad reliquam Afdodi:

21 Ad Edom, & ad Moab, & ad filios Ghamonis.

22 Et ad omnes reges ^e Tzor, & ad omnes reges Tzidonis: & ad omnes reges insulæ, quæ in trans mare.

^e Tyri

23 Ad Dedanem, & ad Thema, & Buz, & ad omnes ^f præsecatos anguli.

^f ut c. 9. 26.

24 Et ad omnes reges Arabia: & ad omnes reges missionis & scenitantes in deserto.

^g tabernaculantes

25 Et ad omnes reges Zimri, & ad omnes reges Ghelam, & ad omnes reges Mediæ.

26 Et ad omnes reges Septentrionis propinquos & longinquos, virum ad fratrem suum; & ad omnia regna terræ, quæ super facies ^h humi: & rex Sefach, bibet post eos.

^h telluris

27 Et dices ad eos, Sic dixit IHVH TZEBAOTH ELOHIM Israelis, Bibite & inebriamini, & vomite, & cadite, & non surgetis de faciebus gladij quem ego mittens inter vos.

28 Et erit, ⁱ quia reuertentur ad accipere calicem de manu tua ad bibere; & dices ad eos, Sic dixit IHVH TZEBAOTH, Bibere bibetis.

ⁱ quum

29 Quia ecce in vrbe, quam vocatum fuit nomen meum super eam, ego ^k violans ad male facere, & vos vacuari vacuabimini? non vacuabimini, quia gladium ego vocans super omnes habitantes terræ, Fidelis-sermo IHVH TZEBAOTH.

^k incipiens: vide in Genes. 9. 20.

30 Et tu prophetabis ad eos omnia ista: & dices ad eos, IHVH de ^l eleuatione rugiet, & de ^m habitaculo sanctitatis suæ dabit vocem suam; rugire rugiet super ⁿ nomum suum; ^o ouatio sicut viantium respondebit ad omnes habitatores terræ,

^l celsitudi-
ne, excelsi-
tate

^m cauea, ⁿ lustru, ^o adesta

ⁿ vide in Exod. 15. 13.

^o vide Isaiæ 16. 9.

31 Venit obruitio vsque ad extremitatem terræ, quia ^q lis ^r IHVH in gentibus, iudicatus ipse omni carni: improbos ^r dabit eos gladio, Fidelis-sermo IHVH.

^p pratoritum
^q contentio,
disceptatio
^r datus.
ipfi Ihu
est

32 Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce afflictio egredietur de gente in gentem: & turbo magnus egredietur à summitatibus terra.

33 Et erunt interfecti Domini in die illa, à summo terra vsque ad summum eius: non plangentur, & non colligentur, neque sepelientur: in sterquilinum super faciem terra iacebunt.

34 Vlulate pastores, & clamate: & aspergite vos cinere optimates gregis: quia completi sunt dies vestri, ut interficiamini; & dispersiones vestra, & cadetis quasi vasa pretiosa.

35 Et peribit fuga à pastoribus, & saluatio ab optimatibus gregis.

36 Vox clamoris pastorum, & vlulatus optimatum gregis: quia vastauit Dominus pascua eorum.

37 Et conticuerunt arua pacis à facie ira furoris Domini.

38 Dereliquit quasi leo umbraculum suum, quia facta est terra eorum in desolationem à facie ira columba, & à facie ira furoris Domini.

32 Sic dixit IHVH TZEBAOTH, Ecce malum exiens de gente ad gentem: & & horribilis tempestas grandis excitabitur de femoribus terræ.

33 Et erunt violati IHVH in die ipsa de extremitate terræ & vsque ad extremitatē terræ; non planctu celebrabuntur, & non colligentur, & nō sepeliētur; stercorei super facies humi erunt.

34 Vlulate pastores & clamate, & volutare vos ipsos facite præamplissimi ouis; quia impleti fuerunt dies vestri ad mactare: & dispersiones vestra, & cadetis sicut vas expetitionis.


35 Et auferetur effugium de pastoribus, & salua euasio de præamplissimis ouis.

36 Vox clamoris pastorum, & vlulatus præamplissimorum ouis: quia deuastans IHVH pascuum eorum.

37 Et in silentium redigentur nomi pacis, de faciebus ardoris nasi IHVH.

38 Dereliquit sicut leo iuuenis absconsonem suam: quia fuit terra eorum afflioni, de faciebus ardoris Columba, & de faciebus ardoris nasi eius.

† vulnerati confossi
ab vna extremitate, terræ ad alteram
x vt c. 8. 2.
y telluris
z Eulato, lugete gemitu
a vide Iudic. 5. 13 sic
v. 35. 36.
b pecoris, gregis
c ingulare
d disperibit
e fuga, confugium, per fugium
f eiulatus.
g astus iræ, ardentis iræ sic v. 38. bis
h affluui, affluens, stupa penda de solationi



COMMENTARIA.

VERS. I.



ERBVM quod factum est ad Ieremiam, &c. Huius, inquit, Capitis summæ partes sunt quatuor, præter inscriptionem contentam duobus versibus; Contestatio, inde ad vers. 7. Interminatio venturi mali, inde ad vers. 13. typus, inde ad vers. 30. ac postremò, sententiæ latio, inde ad finem vsque.

DE OMNI POPULO IVDÆ.] Heb. Super omnem populum Iehuda. Quidam: Contra totum populum Iehuda, & alios similiter, per synecdochen, qui postea in hoc Capite recensentur.

ANNO QVARTO IOACIM FILII IOSIÆ (IPSE EST ANNVS PRIMVS NABVCHODONOSOR REGIS BABYLONIS.] Quemadmodum (aiunt) etiam apparet ex 2. Reg. 24. v. 12. & Cap. 25. v. 8. Incidit autem hic primus Nebucadherzaris annus in desinentem annum tertium Iehojakimi, & incutem quartum, vt constat ex Danielis, 1. v. 1. Cæterum hunc primum annum Nebuchadnetzaris incidentem in quartum Iehojakimi, esse primum expeditionis Syriacæ, quando viuente patre Nabuchodonosoro, filius eius Nabuchodonosor iste, de quo hic Ieremias, missus est à patre cum imperio in Syriam, & cœpit obsidere Tyrum, recentiores accuratiores Chronologi consensu docent; Vide Scaligerum, Emmium, & alios.

A TERTIO DECIMO ANNO IOSIÆ &c. VSQVE AD DIEM HANC (ISTE TERTIVS ET VIGESIMVS ANNVS.)] Contestatio, qua suum & aliorum Dei prophetarum officium Iirmeja comparat cum rebellionem Iudæorum. Tempus autem ita exigitur, Iosias regnavit annos 31. 2. Reg. 22. v. 1. Ieremias prophetare cœpit anno tertio decimo Iosia, supra Cap. 1. v. 2. Iehoachaz, qui successit Iosia, tribus tantum mensibus regnavit, 2. Reg. 23. vers. 31. quarto anno Iehojakimi, qui successit Ieoachazo facta est hæc prophetia, vt hic vers. 1. dicitur: inde facile conspicitur à 13. Iosia ad hunc quartum Iehojakimi viginti tres annos effluxisse.

VERS. 3.

NOCTE CONSVRGENS ET LOQVENS.] Heb. manicando, seu diluculando, & loquendo. Vide de hac loquutione, supra Cap. 11. v. 7. Sic versu sequente.

ET MISIT DOMINVS AD VOVS, &c.] Alij ex Heb. hunc versum reddunt: Misit etiam Iehoua ad vos omnes seruos suos prophetas, inde à diluculo indesinenter, (quibus non auscultauistis, ac ne inclinauistis quidem aurem vestram, vt audiretis.]

VERS. 4.

ET A PESSIMIS COGITATIONIBVS VESTRIS.] Heb. & à malitia, seu prauitate ludicrorum vestrorum seu operum, studiorum, moliminum, actionum vestrarum: Vide supra Cap. 4. v. 4.

VERS. 5.

PROPTEREA HÆC DICIT DOMINVS EXERCI

VERS. 8.

EXERCITIVVM, &c.] Alij: *Idcirco sic ait Iehoua exercituum, &c.* Secunda pars Capitis, Interminatio in Iudæos æque ac in omnes finitimos, vt supra diximus in vers. 1. vsque ad vers. 12. deinde verò in Chaldæos ipsos, ad consolationem Ecclesiæ, vers. 12. & duobus sequentibus.

VERS. 9.

ECCE EGO MITTAM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. transferunt: *Ecce ego missurus sum, id est, Spiritu velut nuntio transmissio excitaturus: humanitus dictum: vt assumam omnes nationes aquilonis, dictum Iehouæ, missurus, inquam, ad Nebucadnezarem regem Babylonia seruum meum, id est, effecturum voluntatem meam, veluti administrum: vt Cyrus appellatur illius pastor, Isaiæ 44. v. 23. & adducturus illas contra terram hanc & contra habitatores eius, atque contra omnes gentes istas circumquaque: quas internecioni-deuouens exponam eas desolationi, & Sibilo ac vastitatibus perpetuis. Vide supra Cap. 18. v. 16.*

VERS. 10.

PERDAMQUE EX EIS VOCEM GAVDII, &c.] Vide supra Cap. 7. v. 34. & 16. v. 9.

VOCEM MOLÆ.] Alij *sonum, stridorem, mola.* Hebræi intelligunt molas domesticas, & manuales, quæ agitabantur ad conficienda condimenta, quæ apparari solebant in conuiujs opiparis. Maldonatus vir eruditus accipi vult molas domesticas, vt Deuteronom. 24. vers. 6. quæ manibus versabantur ad molendum triticum: vt nunc etiam inquit, sunt in Africa, & in Bætica, & vbique inopia aquarum est. Ad huiusmodi molas conuenire solebant puellæ, & binæ molam vertere cantilantes leuandi laboris causa, vt Christus significat Matth. 24. v. 41. illum ergo puellarum cantum vocat hîc vocem molæ. Hispanicus Interpres: *las eanciones que se cantan a los molinillos de mano.* Apte. Tremellius & Iunius: *Sonus molarum.* id est, omnis commoditas victus, Synecdochicè.

ET LVMEN LVCERNÆ.] Intelligunt faces, & funalia, quæ in conuiujs, & festis diebus accendebantur. Virgilius *Æneidos* 1:

— dependent lychni laquearibus aureis
Incensi, & noctem flammis funalia vincunt.

De festis Persius Satyra 5.

— at cum

*Herodis venere dies. vnctaque fenestra,
Disposita pinguem nebulam vomuere lucerna.*

Iuuenalis Satyra 12:

Et matutinis operitur festa lucernis.

Huius moris exempla sunt Iudith 3. v. 10. & 2. Machabæorum, 4. v. 22. Tremellius & Iunius: & *lux lucerna.* id est, vel minima prosperitas, quæ lucis nomine in Scripturis figuratur.

VERS. 11.

ET SERVIENT OMNES GENTES ISTÆ, &c.] id est, Iudæa cum alijs gentibus, Synecdochicè: vt copiosius explicatur infra Cap. 29. 10. & sequentibus.

VERS. 12.

ET PONAM ILLAM IN SOLITVDINES SEMPITERNAS.] Alij: *exponamque gentem illam desolationibus perpetuis.* vt prædixerat Iesaias Cap. 13. & 14. & 21.

VERS. 14.

QVIA SERVIERVNT EIS, CVM ESSENT GENTES MVLTÆ, ET REGES MAGNI: ET REDDAM EIS, &c.] Alij ex

Hebr. 1. *Quia facient in eis etiam ipsæ gentes multæ, & reges magni: & reddam eis, &c.* quasi dicat, quod ipsi Chaldæi alijs fecerunt, ab alijs etiam patientur. 2. *Quoniam seruient & ipsi gentibus multis & regibus magnis; rependamque eis, &c.* 3. *Quia seruiuerunt gentes illæ Chaldæis, etiam ipsi vice versa seruient eis: gentes, inquam, multæ, & reges magni, &c.* 4. *Nam ventur seruitio eorum, seu opera eorum, etiam ipsorum, gentes multæ, & reges magni.* id est, redigent eos in seruitutem, subiicientque illos sibi, qui antea erant domini aliorum. 5. *Quum seruiuerint sibi per hos, vel quum seruitutem exegerint ab his quoque gentibus amplis, & regibus magnis; tunc rependam eis, &c.* vide infra cap. 27. vers. 7. Hebr. ex verbo redduntur: *Quia seruiuerunt in eis, etiam ipsæ gentes, &c.* de qua loquutione vide in Genes. 15. vers. 13. & in Exod. 1. v. 14.

VERS. 15.

QVIA SIC DICIT DOMINVS EXERCITIVVM DEVS ISRAEL.] Alij: *Nam sic edixit Iehoua Deus Israël, mihi, &c.* Metabasis seu transitio ad quartum locum de typo mandato diuinitus, quia ætiologicus est eorum, quæ modo dixit, fore vt Babylonicus seruitutem exigat non tantum à Iudæis, sed etiam à gentibus regibusque magnis.

SUME CALICEM VINI FVRORIS HVIVS DE MANV MEA.] Alij: *Sume poculum istud vini, istud poculum excandescentia è manu mea.* vt Isaiæ 51. v. 17.

ET PROPINABIS DE ILLO CUNCTIS GENTIBVS AD QVAS EGO MITTAM TE.] Quidam: & *bibendum dabis istud omnibus illis gentibus, ad quas ego mitto te.* nempe bibendum prophetiæ, id est, bibituras illas prophetato: vide supra cap. 1. vers. 10. Sic deinde illi Deus tradere quod prophetet, & ipse vicissim sumere bibendum dare dicitur, versibus sequentibus.

VERS. 16.

ET TURBABVNTVR.] Alij: 1. & *concutientur.* 2. & *commouebuntur.* 3. & *collidentur.* 4. & *percellentur.* 5. & *tremant.* 6. Hispanicus Interpres: *andaran titubando para caer como borrachos.* Coniugatio Hithpapel ingentem turbationem concussionem, & commotionem, collisionemque significat.

ET INSANIENT.] Hebr. & *insanire* vel *furere sese-facient*, vel *excedere sese mente facient; indecore, indecenter sese gerent.* vide in 1. Samuel. 21. vers. 15. coniugatio Hithpapel hîc quoque magnam insaniam & furorem indicat.

A FACIE GLADIJ.] vel *metu gladij*; aut *propter gladium.*

VERS. 18.

VT DAREM EOS IN SOLITVDINEM, &c.] Alij ex Hebr. 1. *vt redigantur in desolationem, in stuporem, in exsibilationem, atque in execrationem, vt testatur hac dies. vel vt hodie se res habet.* 2. *tradendo eos vastitati, desolationi, sibilo, & maledictioni ipso hodierno die.* id est, pronuntiando sententiam excidij, quam contra Iudæam iam tulit Dominus.

PHARAONI REGI ÆGYPTI, &c.] vt copiosius exponitur infra cap. 46.

VERS. 19.

ET VNIVERSIS GENERALITER, VRES. 20.

CVN

CUNCTIS REGIBVS TERRÆ, &c.] Alij: 1. *Omnipromiscuo vulgo*, &c. 2. *Et toti isti miscellanea turba*, id est omnibus regibus, &c. id est, variis populis, quorum nomina sequentibus exponuntur: fines autem inter ipsos non tantum coniuncti, sed etiam confusi erant, & permisti dominatu.

TERRÆ AVSITIDIS.] Hebr. *terra Hutz*, vide in Genes. 10. v. 23. & Iob 1. v. 1.

ET CUNCTIS REGIBVS TERRÆ PHILISTHIM.] Tremellius & Iunius: & *omnibus regibus terra Pelischthorum, & Aschkeloni, &c.* id est, cum regibus, tum Satrapiis seu rebus publicis quæ in Pelischthæa erunt: vide infra cap. 47.

A S C A L O N I S.] De qua vide Iosue 13. vers. 3.

ET GAZÆ.] De qua vide in Genes. 10. v. 19. & Iosue 10. v. 41.

ET ACCARON.] Hebr. *Ghebron*. vide Iosue 13. vers. 3.

ET RELIQUIJS AZOTI.] Tremellius & Iunius: & *residuo Aschdodi*. nam Aschdodum siue Azotum Psammethichus pater Pharhonis Neconis annis triginta nouem obsederat, ita bona ex parte euertit rempublicam, vt iam reliquiæ tantum hoc tempore superessent, teste Herodoto lib. 2. Numero 157. vide de Azoto plura in Iosue 11. v. 22.

VERS. 21. ET IDUMÆÆ.] Alij: *Et Edomais*. de quibus infra cap. 49. v. 7. & sequentibus.

ET MOAB.] Alij: & *Moabitis*. de quibus infra cap. 48.

ET FILIJS AMMOM.] seu *Hammonitis*. de quibus infra cap. 49. v. 1.

VERS. 22. ET CUNCTIS REGIBVS TYRI, ET VNIVERSIS REGIBVS SIDONIS.] de quibus infra cap. 47. v. 4. De Tyro vide in Iosue 19. v. 29. De Sidone vide Genes. 49. vers. 13. & Iosue 11. v. 8.

ET REGIBVS TERRÆ INSULARVM QVI SVNT TRANS MARE.] Alij: 1. *arque regibus insularibus ultra mare*. Mediterraneum: Intelligit reges insularum sitarum in mari mediterraneo, Cyprum, Rhodum, Cretam, & alias, quæ sunt ultra littora maris mediterranei, hoc est, in ipso mari. 2. & *omnibus regibus regionis illius, quæ est secundum mare*. id est, Syriæ Superioris, Pelischthæis fœderatæ, infra cap. 49. v. 23.

VERS. 23. ET DEDAN, &c.] Alij: *Item Dedani, & Thema; Buzoque*. id est, gentibus Arabiæ Petrææ, de quibus infra cap. 49. v. 28. Hoc autem Dedane, & sequentibus Synecdochicè continentur posteri plures, Keturæ, Nachoris, & Iismahelis. Nam Dedan filius est Keturæ, Genes. 25. vers. 3. Thema, Iismahelis, Genes. 25. vers. 15. & Buz, Nachoris Genes. 22. vers. 21. De Dedan, vide in Genes. 10. vers. 7. & Genes. 25. v. 3.

ET VNIVERSIS QVI ATTONSIS SVNT IN COMAM.] vide supra cap. 9. v. 26.

VERS. 24. ET CUNCTIS REGIBVS ARABIÆ.] Aliqui: *Id est, omnibus regibus Arabiæ*. Petrææ videlicet, vt docet sequentium comparatio. Arabiam Petræam describit accuratè Ptolomæus lib. 5. cap. 17:

ET CUNCTIS REGIBVS OCCIDENTIS; *Mabuenda, In libr. Ierem.*

QVI HABITANT IN DESERTO.] *ghe- reb, vespera*, seu occidentis. Alij reddunt: & *omnibus regibus mistionis, vel miscellanea turba habitantibus in deserto*. id est, Arabum, Scenitarum, Nomadum, Attalorum, aliorumque sine claustris, & ciuitatibus in Arabia deserta degentium, vt scribitur infra cap. 49. vers. 11. & sequentibus. Aliter hic accipitur quæ supra vers. 20.

ET CUNCTIS REGIBVS ZAMBRI.] Hebr. *Zimri*. S. Hieronymus: [*Quia pro eo quod Zamri sequitur Elam, regeſque Medorum, arbitramur & Zamri regionem esse Persidis: nisi forte ex eo, quod præcessit Arabia, & ij reges solitudinis accipiendi sunt.*] Theodoretus Arabiæ regionem facit à Zimrane filio Keturæ, Genes. 25. vers. 2. Tremellius & Iunius exponunt: *Item omnibus regibus Zimrai*. id est, incolarum Felicis Arabiæ, synecdochicè. Sunt enim Zimrai, siue Zimranæi populi Felicis Arabiæ, dicti à Zimrane, cuius mentio est Genes. 25. vers. 2. Zamarenos vocat Plinius lib. 6. Naturalis Historiæ, cap. 28.

VERS. 25.

ET CUNCTIS REGIBVS ELAM.] Hebr. *Ghelam, vel Helam*. vide in Genes. 10. vers. 22. & exegesi huius prophetiæ infra cap. 49. vers. 34.

VNICVIVS CONTRA FRATREM SVVM.] Hebr. *viro ad fratrem suum, vel cum fratre suo*. Alij: *vni cum altero*. id est, promiscue: vt supra cap. 9. v. 25, Nonnulli: *aliis ab aliis: vel alteris ab alteris*. id est, à se inaicem.

VERS. 26.

ET OMNIBVS REGNIS TERRÆ, QUÆ SVPER FACIEM EIVS SVNT.] Alij reddunt: *ac omnibus regnis cuiuscunque regionis, quæ est ex aduerso huius terræ*. Periphrasis circumiacentium & finitimarum regionum.

ET REX SESAC BIBET POST EOS.] id est, Rex Babylonis nouissimus hoc poculum biber. quasi dicat, Postquam Rex Babylonæ alios subiugauerit vel afflixerit, tandem ipse euertetur à Rege Perfarum Cyro. S. Hieronymus [*quemodo autem Babylon, quæ Hebraicè dicitur Babel, intelligatur Sefac, non magno opere laborabit, qui Hebrææ linguæ paruam saltem habuerit scientiam. Sicut apud nos Græcum Alphabetum vsque ad nouissimam litteram per ordinem legitur, hoc est, α, β, & cætera vsque ad ω, rursumque propter memoriam paruulorum solemus lectionis ordinem vertere, & primis extrema miscere, vt dicamus α ω; β ↓: sic apud Hebræos primum est א Aleph, secundum Beth ב, tertium ג Ghimel, vsque ad vigesimam secundam & extremam litteram ט Thau, cui penultima est ו Scin: legimus itaque א א Aleph Thau, ו ו Beth Scin: cumque venerimus ad medium ל Lamed littera, occurrit כ Caph: & vt si rectè legamus, legimus Babel; ita ordine commutato, legimus Sefach. Vocales autem litteræ inter ב beth, & ל lamed iuxta idioma linguæ Hebrææ in hoc nomine non ponuntur. Arbitrorque à Sancto propheta prudenter fuisse celatum, ne aperte eorum contra se insaniam commoueret, qui obsidebant Ierusalem, & iam iamque eius potituri erant.] Hæc ille. Hanc litterarum permutationem Hebræi appellant *Esh Bas*. Et sicut litteræ in nomine Sefach sunt inuersæ; ita quoque vocales, nam aliqui vt*

in Babel dicendum erat, *Sasech*, verum de formis permutationis litterarum per *Eth Bas*, & *Tziruph*, vide Mercerum in Abbreviationibus Hebræorum, & Ludouicum S. Francisci lib. 10. Globi Linguae Hebraicæ, cap. 19. Tremellius & Iunius exponunt: [*Denique rex Scheschachi*, id est, *Babylonia festa agentis*, ut scribitur Danielis 5. & apud Herodotum lib. primo, Numer. 121. *Est enim Scheschac lingua Babylonica, festum diem celebrans, & Schace festi dies*, ut refert Athenæus lib. 14. *Deipnosophistarum*, cap. 10. ex Berofo & Ctesia. *Est autem hac nominis mutatio referenda ad αρωήντα orationis, de qua Hermogenes tom. 4. de Inventione: qua commutatione idcirco propheta usus est, quod hac vna appellatione vellet diem illum casus Babylonicus vel digito commonstrare, hic & infr. cap. 51: v. 41. ubi eadem voce Scheschach pro Babylone, utitur. Confer cum Isaia 21. v. 5.] Porro locus Athenæi est: [*Berosus libro primo Babylonicorum scripsit, mensis Loi decimo sexto die, per quinque dies Babylone festum celebrari, Sacean nominant, cuius tempore mancipia dominis imperant, & ex seruis vnus quidem præest adibus, vestem indutus regia similem, quam Zoganam vocant. Huius festi meminit & Ctesius in Persicis.] In quem locum Casaubonus hæc annotat: [*In Hesychij glossis, Sacea dicitur fuisse Scytharum quoddam festum: & Scythæ ipsi nominantur Sacæi. Sed Babylonio potius Berofo credamus, qui solemnitatem Saccam, vel Saccorum suis popularibus asserit. Dio Chrysostomus Oratione 4. de Regno, Saccorum festum nominat, & Persis attribuit: ita autem describit: Non animaduertisti Saccorum diem festum quem Persæ celebrant? vincitorum qui ad supplicium duci debent, aliquem in Sella regis collocant, & veste regia ornant, faciuntque ei potestatem delicatè & molliter viuendi, regisque pellicibus per eos dies stendi: nec illum quisquam impedit, quo minus quidquid voluerit faciat: deinde exutum & flagellatum suspendunt. Sed fortasse scripserat Dio Saccorum: & si videtur verum nomen huius Babylonicorum festi fuisse Sefacea, quod more suo Græci corruperunt, decurtaruntque: nam apud Ieremiam prophetam duobus locis Babylone nominatur Sefac, inde hæc solemnitas nomen habuit; ut Romani ludi à Roma.] Hæc Casaubonus. Sed de Sacea festo Babylonicorum vide Cælium lectionum Antiquarum lib. 13. cap. 23. Briffonium lib. 2. Persicorum, pag. 237. Hospinianum de Origine Festorum, folio 129. Iosephus Scaliger 6. de Emendationibus Temporum, pag. 541. hæc scribit: [*Seschach nomen deæ apud Ieremiam 51. neque enim Scheschach Babylon est per modum quem Ath Bas ineptissimi Rabini vocant.] vide ipsum in Commentariis ad Fragmenta Berosi pag. xvi 1. Vanus & futilis homo damnat primum S. Hieronymum & omnes Explanatores deinde non explicat quæ dea fuerit Scheschach; & postulat sibi vt oraculo credi: nisi quod existimat propria Chaldæorum nomina simplicia ferè deorum esse. *bibet post istos. Aludit ad conuiuium, de quo Daniel. 5.*****

VERS. 27

ET VOMITE, ET CADITE, NEQUE SVRGATIS A FACIE GLADII.] Alij: etiam vo-

mite, ac cadite ita vt non surgatis propter gladium &c. id est, ita obruimini poculo indignationis Dei, vt non tantum conturbemini, sed omnem facultatem vos exonerandi, & vitam ipsam amittatis. Pergit enim propheta in typica sua allegoria.

BIBENTES BIBETIS.] Heb. *bibendo bibetis*. id est, omnino, certissimè, inuitabiliter bibituri estis. VERS. 28.

QUIA ECCE IN CIVITATE &c.] Hunc versum alij ex Heb. transfundunt: 1. *Quoniam ecce ego incipio affligere in vrbe, qua vocatur nomine meo, id est, quæ dicitur vrbs Iehonæ, & vos impunè abiretis? non impunè feretis, quia ego gladium aduoco super omnes habitatores terræ, dictum Iehonæ exercituum.* 2. Nam ecce in ea ciuitate, qua de nomine meo vocatur, ego initium feci afficiendi malis, & vos innocentes existendo innocentes existeretis? vel & vos omnino impunes essetis. vide Exod. 20. vers. 7. non eritis impunes: nam gladium ego proclamo contra omnes habitatores istius terræ, dictum Iehonæ exercituum. Elegans ætiologia, de qua vide 1. Petri, 4. v. 17. & sequentibus: sic Ezechiel 9. v. 6.

ET IV PROPHETABIS AD EOS OMNIA VERBA HÆC.] Alij: Tu itaque prophetato ad illos omnia verba ista &c. Ultima pars capitris, vt dictum est in vers. 1. nempe sententiæ latitio, cõcludens præcedentem contestationem, & typum: qua primum terrores denuntiantur duobus versibus; deinde horrendæ strages, ludusque funestissimus, versibus sequentibus.

DOMINVS DE EXCELISO RUGIET, ET DE HABITACULO SANCTO SVO, &c.] Alij: *Iehonæ ex alto rugiet, & ex habitatione Sanctitatis suæ, id est, e cælo edet vocem suam, omnino rugiet in habitaculo suo. id est, vt leo in prædam visam incursum, horrendum intonabit: nam tota hæc sententiæ est allegorica, Deum cum Leone, reges & principes cum pastoribus, populos cum gregibus, regiones cum pascuis & caulis comparans.* 2. *Iehonæ de sublimi rugiet, id est, iram suam rugitu ostendet more leonis. & de habitatione sua sancta dabit vocem suam, rugiendo rugiet super domicilio suo. Intelligit templum, quasi dicat, terribili voce incitabit Babylonicos ad perdendum templum suum.*

SUPER DECOREM SVVM.] Hebr. *super pascuum, caulam, nomum suum.* vide in Exod. 15. vers. 13. Possit accipi, vel *in pascuo suo: vel contra pascuum, nomum suum.* id est, vrbe[m] & Templum.

CELEVSMA QVASI CALCANTIUM CONCINETVR ADVERSVS OMNES HABITATORES TERRÆ.] Alij: 1. *celevsma, instar calcantium resonabit super omnes habitatores terræ. Adhortans scilicet Babylonicos ad euersionem Iudæorum.* 2. *celevsma, quale est calcantium, efferet contra omnes habitatores istius terræ.* Vide Isaia 16. vers. 9. I. Forsterus: *onatio velut calcantium vnas canet super omnes habitatores terræ.* 4. Hispanicus Interpretes: *Cancion como de lagareros cantara à todos los moradores de la tierra. id est, vendra como à vendijnar la tierra.*

PERVE

VERS. 31. PERVENIT SONITVS VSQVE AD EXTREMA TERRÆ.] Hebr. *Veni obruisio, irruptio, ruina, deuastatio, interitus, precipitium, vel sonitus, strepitus, fremitus, tumultus, fragor.* (hæc enim omnia subsunt voci פנּוּ שְׁחֹן) vsque ad extremitatem terræ. Quidam reddunt: *Veni vastitas ad extremitatem terra.* Alij: *Pernadet strepitus vsque ad extremitatem terra.*

QVIA IVDICIVM DOMINO CVM GENTIBVS.] Alij ex Hebr. 1. *quia iudicio contendet Iehoua cum gentibus.* 2. *quia habet disceptationem Iehoua cum gentibus.* 3. *quia contentio seu disceptatio est Iehoua cum gentibus istis.*

IUDICATVR IPSE CVM OMNI CARNE.] Alij: 1. *iudicium subibit ipse cum omni carne.* 2. *disceptat ipse contra omnem carnem.* 3. *index est ipse omnis carnis.*

VERS. 32. ECCE AFFLICTIO EGREDIETVR, &c.] Alij: 1. *Ecce calamitas egredietur de gente ad gentem, & turbo magnus excitabitur à lateribus terra.* id est, exorientur inter gentes varia bella & clades. 2. *Ecce afflictio processura est de gente in gentem, & turbo magnus excitabitur à lateribus terra.*

VERS. 33. ET ERVNT INTERFECTI DOMINI, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: *Erunque confossi Iehoua. siue à Iehoua, tempore illo ab extremitate vna terræ ad alteram: non plangentur, neque recipientur, neque sepelientur: profuso in superficie terra futuri sunt. vel sed ut stercus iacebunt in superficie terra.*

ET NON COLLIGENTVR.] Fortasse alludit ad offilegium veterum: Virgilius 6. *Æneidos:*

Ossaque lecta cado texit Corinaus aheni.
de quo vide Kirchmannum lib. 3. de Funeribus Romanorum cap. 6.

VERS. 34. ET ASPERGITE VOS CINERE OPTIMATES GREGIS.] Alij: 1. *volute vos in puluere vos, qui insigniores estis in grege.* 2. *volute vos magnifici gregis.* Sic duobus versibus sequentibus. Hoc verbum פּלַשׁ *palasch*, non nisi in *Hithpabel* in Scriptura legitur, & magnam peruolutionem in puluere, seu in cinere aut in terrâ significat: quæ magnum luctum & mærorem indicat.

QVIA COMPLETI SVNT DIES VESTRI VT INTERFICIAMINI.] Alij: 1. *quia completi sunt dies vestri ut ingulet alter alterum.* id est, ut conficiatis vos mutuis vulneribus. 2. *quia completi sunt dies vestri ut mactemini.*

ET DISSIPATIONES VESTRÆ, ET CADETIS QVASI VASA PRETIOSA.] Alij: 1. *dies, inquam, dispersionum vestrarum, quibus caderis ut sitis vasa desiderabilia.* 2. *ut dispergamini, cadatisque vti vasa expetibilia.* 3. *& completa sunt dispersiones vestra; caderis-*

que velut vas desiderij. seu desiderabile. id est, venit tempus, inquam, quo dispergemini in exilium & captiuitatem; & frangemini instar vasis pretiosi quoddam excidit manibus alicuius.

ET PERIBIT FUGA A PASTORIBVS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. conuertunt: 1. *Et peribit fuga occasio pastoribus, & arietibus gregis euadendi.* id est, ne principes quidem & optimates populi habebunt quod fugiant, neque si fugiant, poterunt saluti suæ consulere. 2. *Peribitque perfugium à pastoribus, & ratio euadendi à magnificis pecuariis.*

VOX CLAMORIS PASTORVM, &c.] Quidam hunc versum exponunt: *Vox clamosa pastorum, ciulatusque magnificorum pecuariorum audietur; quia vastaturus est Iehoua pascuum eorum.*

ET CONTICVERVNT ARVA PACIS.] Alij ex Hebr. 1. *Et exscindentur habitacula pacis.* id est, vrbes terræ Iudææ, quæ agitabant pacem. 2. *Et conticuerunt pulcherrima & amoenissima Tempe, pascua pacifica.* 3. *Et succidentur caula videntes pacem, propter astum iræ Iehoua.*

DERELIQUIT QVASI LEO VMBRACVLVM SVVM.] Alij: 1. *Dereliquit ut Leo latibulum suum. vel deseret ut leo latibulum suum.* Deus tuebatur templum suum, ut leo antrum suum fortiter: nunc autem abscedet, & destructur. 2. *Estuantis, ut iuuenis-leo derelinquens tugurium suum.* nimirum ut in prædam inuolet.

VMBRACVLVM SVVM.] *וּכּוּ סוּכּוּ* succo, absconsonem, tectorium, tugurium, casam-frondeam, trichilam, eius: vide in Psalm. 75. v. 3.

A FACIE IRÆ COLUMBÆ.] Columban hic plerique Babylonium Regem, vel exercitum intelligunt, ab eius vrbis conditrice, ut profanæ tradunt historiæ, sic appellatum, quod Semiramis Babylonæ conditrix à columbis enutrita; & columbæ nomine vocata (Syrorum enim lingua Semiramis Columba dicitur) fuerit, uti fusè narrat Diodorus Siculus Lib. 2. Numero 65. & 66. vide Pierium Valerianum lib. 22. Hieroglyphicorum, de Columba: Alij verò passim reddunt: *à facie ardoris, vel propter astum depradantis vel depradatoris, seu depopulantis, vi opprimentis.* sed est participium fœminæ *וּכּוּ יוֹנָה*, vel nomen Substantiuum; *columba.* proinde quidam reddunt: *propter astum gladij opprimentis.* subaudita nimirum voce gladij, Hebræis fœminea, ut infra cap. 46. vers. 16. & cap. 50. vers. 16. Nonnulli, columbam Deum accipiunt, quod etsi naturâ mitissimus, tamen zelotypia mirum in modum exardet, & in vindictam assurgit, quæ est natura columbarum, ut Plinius prodit lib. 10. cap. 34.

CAPVT XXVI.

Prophetans Ieremias excidium Ierosolymorum nisi respiscant, comprehenditur à sacerdotibus & Prophetis, sed liberatur per principes seniores ne occidatur, prolatis exemplis Michæe & Vria prophetarum.

Vulg.

Malu.

IN principio regni Ioakim filij Iosia regis Iuda, factum est verbum istud à Domino dicens:

2 Hac dicit Dominus: Sta in atrio Domus Domini; & loquëris ad omnes ciuitates Iuda, de quibus veniunt ut adorent in domo Domini, vniuersos sermones, quos ego mandavi tibi ut loquaris ad eos: noli subtrahere verbum,

3 Si forte audiant & conuertantur vnusquisque à via sua mala: & peniteat me mali, quod cogito facere eis propter malitiam studiorum eorum.

4 Et dices ad eos: Hac dicit Dominus: Si non audieritis me, ut ambuletis in lege mea, quam dedi vobis,

5 ut audiat sermones seruorum meorum Prophetarum, quos ego misi ad vos de nocte consurgens, & dirigens, & non audistis:

6 Dabo domum istam sicut Silo, & urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ.

7 Et audierunt sacerdotes, & prophetae, & omnis populus, Ieremiam loquentem verba hæc in domo Domini.

8 Cùmque compleisset Ieremias, loquens omnia quæ praeceperat ei Dominus ut loqueretur ad vniuersum populum, apprehenderunt eum sacerdotes, & prophetae, & omnis populus dices: Morte moriatur.

9 Quare prophetauit in nomine Domini, dicens: Sicut Silo erit domus hæc, & vrbs ista desolabitur, eo quòd non sit habitator: Et congregatus est omnis populus aduersus Ieremiam in domo Domini.

10 Et audierunt principes Iuda verba hæc: & ascenderunt de domo regis in domum Domini, & sederunt in introitu portæ domus Domini nouæ.

11 Et locuti sunt sacerdotes & prophetae ad principes, & ad omnem populum,

IN principio regni Iehojakimi, filij regis Iehudah, fuit verbum istud de ad IHVH, ad dicere:

2 Sic dixit IHVH, Sta in atrio domus IHVH, & loquëris super omnes vrbes Iehudah venientes ad procumbere se se facere domum IHVH, omnia verba, quæ præcepit ad loqui ad eos: non ^b diminues verbum.

3 Si forte audient, & reuersi fuerunt vir de via sua mala: poenitebo ad malitiam, quam ego excogitans ad facere eis, de faciebus malitiæ ^c ludicrorum eorum.

4 Et dices ad eos, Sic dixit IHVH: Si non audietis ad me, ad ambulare in lege mea, quam dedi faciebus vestris;

5 Ad audire verba Seruorum meorum prophetarum, quos ego mittens ad vos: & ^d manicare & mittere, & non audiuistis:

6 Et dabo domum istam sicut Siloh: & urbem istam dabo ^e leuifactioni omnibus gentibus terræ.

7 Et audiuerunt sacerdotes & prophetae, & omnis populus Iirmejahu loquentem verba ista in domo IHVH.

8 Et fuit secundum consummare Iirmejahu ad loqui omne quod præcepit IHVH ad loqui ad omnem populum: & ^f ceperunt eum sacerdotes & prophetae, & omnis populus, ad dicere, Mori morieris.

9 Quid ^g cognitionis prophetauit in nomine IHVH, ad dicere, sicut Silo erit domus ista, & vrbs ista exsiccabitur de non habitante: & congregatus fuit omnis populus ad Iirmejahu in domo IHVH.

10 Et audiuerunt principes Iehudah verba ista, & ascenderunt de domo regis domum IHVH: & sederunt in ostio portæ IHVH nouæ.

11 Et dixerunt sacerdotes & prophetae ad principes & ad omnem populum,

a cum

b detrahes
subtrahes,
adimes
quidquam

c vt c. 4. 4.

d diluculare

e vilipensio
ni, vilipen-
dio, vel
excretionifprehende-
runt

g causæ

1 Reg 4.
a. 2. b. 10.

dicentes: Iudicium mortis est viro huic: quia prophetavit aduersus ciuitatem istam, sicut audistis auribus vestris.

lum, ad dicere: Iudicium mortis viro isti, quia prophetavit ad urbem istam secundum quod audiistis in auribus vestris.

Supra 25.
c. 13.
Sup 7. a. 3.

12 Et ait Ieremias ad omnes principes, & ad vniuersum populum, dicens: Dominus misit me, vt prophetarem ad domum istam, & ad ciuitatem hanc, omnia verba quæ audistis.

12 Et dixit Iirmejahu ad omnes principes, & ad omnem populum ad dicere: IHVH misit me ad prophetare ad domum istam, & ad urbem istam omnia verba, quæ audiistis.

b contra sic statim

Quidam

13 Nunc ergo bonas facite vias vestras, & studia vestra, & audite vocem Domini Dei vestri: & pœnitebit Dominum mali, quod locutus est aduersum vos.

13 Et nunc i benefacite vias vestras, & lucra vestra, & audite in voce IHVH ELOHIM vestro: & pœnituit IHVH ad malitiam quam loquutus fuit super vos.

i bonificatē

k ut 6. 44.

14 Ego autem ecce in manibus vestris sum: facite mihi quod bonum & rectum est in oculis vestris:

14 Et ego, ecce ego in manu vestra: facite mihi sicut bonum, & sicut rectum in oculis vestris.

15 Veruntamen scitote & cognoscite, quod si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vosmetipsos, & contra ciuitatem istam, & habitatores eius, in veritate enim misit me Dominus ad vos, vt loquerer in auribus vestris omnia verba hæc.

15 Veruntamen cognoscere cognoscetis, quia si mori-facientes vos me, quia sanguinem l vacuum vos ponentes super vos, & ad urbem istam, & ad habitantes eius: quia in m veritate misit me IHVH super vos, ad loqui in auribus vestris omnia verba ista.

i innocuum infotentem

m fide

16 Et dixerunt principes, & omnis populus, ad sacerdotes & ad prophetas: Non est viro huic iudicium mortis: quia in nomine Domini vestri, locutus est ad nos.

16 Et dixerunt principes, & omnis populus ad sacerdotes, ad prophetas: Non viro isti iudicium mortis; quia in nomine IHVH ELOHIM nostri loquutus fuit ad nos.

17 Surrexerunt ergo viri de senioribus terræ: & dixerunt ad omnem cætum populi, loquentes:

17 Et Surrexerunt homines de senibus terræ, & dixerunt ad omnem congregationem populi, ad dicere:

n Synagogam Ecclesiam

18 Micheas de Morasthi fuit propheta in diebus Ezechie regis Iuda, & ait ad omnem populum Iuda, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: Sion quasi ager arabitur: & Ierusalem in aceruum lapidum erit: & mons domus in excelsa siluarum:

18 Michah Morasthites fuit propheta in diebus Chizkijahu regis Iehudah: & dixit ad omnem populum Iehudah, ad dicere. Sic dixit IHVH TZEBAOTH, Tzizon ager arabitur, & Ierusalaim o acerui erit, & mons domus P excelsis q siluæ.

o cumuli, tumuli p daciuis in excelsa q siluosa

Mich. 3. d. 18.

19 Numquid morte condemnauit eum Ezechias rex Iuda, & omnis Iuda? numquid non timuerunt Dominum, & deprecati sunt faciem Domini, & pœnituit Dominum mali, quod locutus fuerat aduersum eos: Itaque nos facimus malum grande contra animas nostras.

19 An mori facere mori-fecerunt eum Chizkijahu rex Iehudah, & omnis Iehudah? an non timuit IHVH? & r enixè-deprecatu fuit facies IHVH: & pœnituit IHVH ad malitiam, quam loquutus fuit super eos? & nos facientes malum grande super animas nostras.

r vide Exod. 32. 11.

20 Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini, Vrias filius Semei de Cariathiarim: & prophetavit aduersus ciuitatem istam, & aduersus terram hanc, iuxta omnia verba Ieremiæ.

20 Et etiam vir fuit prophetare-fefaciens in nomine IHVH Vrijahu filius Semaghjahu de Kirjath-Hajegharim: & prophetavit, super urbem istam, & terram istam, in omnibus verbis Iirmejahu.

21 Et audiuit rex Ioakim, & omnes potentes, & principes eius, verba hæc: & quæsiuit rex interficere eum. Et audiuit Vrias, & timuit, fugitque & ingressus est Ægyptum.

21 Et audiuit rex Iehojakim, & omnes p præualidi eius, & omnes principes verba eius; & quæsiuit rex mori-facere eum: & audiuit Vrijahu, & timuit, & fugit, & venit Ægyptum.

f fortes, robusti. heroës potentes

22 Et misit rex Ioakim viros in Ægyptum. Elnathan filium Achobor, & viros cum eo in Ægyptum.

23 Et eduxerunt Vriam de Ægypto: & adduxerunt eum ad regem Ioakim, & percussit eum gladio: & proiecit cadaver eius in sepulchris vulgi ignobilis.

24 Igitur manus Achicam filij Saphan fuit cum Ieremia, ut non traderetur in manus populi, & interficerent eum.


22 Misit rex Iehojakim & homines Ægyptum; Elnathanem filium Ghachoboris, & homines ad eum, Ægyptum.

† quosdam
‡ alios
* cum eo

23 Et exire fecerunt Vrijahu de Ægypto, & venire fecerunt eum ad regem Iehojakimum, & percussit eum in gladio: & deiecit cadaver eius ad sepulcra filiorum populi:

24 Veruntamen manus Achicami filij Saphanis fuit ad Iirmejahu ad nequaquam dare eum in manu populi, ad mori facere eum.

† neutiquā,
‡ nō omnino



COMMENTARIA.

VERS. I.



IN PRINCIPIO REGNI IOAKIM.] Hebr. *Iehojakim*, &c. Notant, totum hoc caput esse diegematicon, id est, narrativum: nam post observatam temporis circumstantiam, vers. i. narrantur quatuor: primum est, prophetiæ argumentum, quam ex mandato Dei pronuntiauit Iirmeia, vsque ad vers. 7. Secundum, criminatio, tribus versibus: tertium, litis contestatio, vsque ad vers. 16. quartum, sententia prophetam absolvens, coniuncta exequutione illius, inde ad finem vsque capituli.

VERS. 2.

ET LOQUERIS AD OMNES CIVITATES IUDA.] Alij: *ut loquaris apud omnes civitates Iehuda*. id est, ciues, metonymicè. *noli subtrahere verbum*. Alij: 1. *ne subtrahio verbum*. 2. *caue verbum, adinas*.

VERS. 3.

ET PŒNITEAT, vel *ut pœniteat* MERMALI, &c.] vide in Genes. 6. v. 6. Sic infra v. 13.

VERS. 4.

HÆC DICIT DOMINVS.] Hebr. *Sic ait IHVH*, &c. Summa, inquit, Prophetiæ, nimirum hypothetica interminatio, ut supra cap. 7. cui ex aduerso respondens promissio (quæ hîc reticetur) ponitur infra vers. 13.

VERS. 5.

QVOS EGO MISI AD VOS DE NOCTE CONSVRGENS, ET DIRIGENS, ET NON AVDISTIS.] Alij: 1. *quos ego mitto ad vos tempestivè surgendo & mittendo*, Si inquam non audieritis. 2. *ut inde à diluculo mittenti nondum auscultavistis*. vide de hac loquutione supra cap. 25. v. 3.

VERS. 6.

DABO DOMVM ISTAM SICVT SILO.] Alij: *Vtique reddam domum hanc similem Schilunti*. vide supra cap. 7. vers. 12. & 14. Sic infra vers. 9.

ET VRBEM HANC DABO IN MALEDICTIONEM CVNCTIS GENTIBVS TERRÆ.] Alij: 1. *& civitatem hanc tradam maledictioni apud omnes gentes terra*. 2. *& urbem hanc obiciam contumelia omnibus gentibus terra*. vide supra cap. 24. v. 9. & cap. 25. vers. 18.

VERS. 7.

ET AVDIERVNT SACERDOTES ET PROPHETÆ.] Alij: *Audiebant autem sacerdotes & propheta*, &c. Secunda pars capituli, seu narrationis, de criminatione aduersus Iirmejam.

ET OMNIS POPVLVS.] qui tum videlicet in atrio erat: Sic sequente versu. Aliter vers. 9.

MORTE MORIATUR.] Hebr. *Moriendo morieris*. Alij: *omnino moriturus es. vel certissime morieris*.

ET CONGREGATVS EST OMNIS POPVLVS, &c.] Quidam: *congregabaturque totus populus*. reliquus videlicet qui per urbem erat, ad Iirmeiam in domum Iehoua.

ET AVDIERVNT PRINCIPES IUDA VERBA HÆC, &c.] Alij: *Audientes autem principes Iehuda res istas*, &c. Tertia pars narrationis de litis contestatione, qua accusatus Iirmeia, vers. 11. & propheta seipsum defendit, versibus quatuor sequentibus.

IN INTROITV PORTÆ DOMVS DOMINI NOVÆ.] Alij: *ad ostium portæ Iehoua recensioris*. id est, supremæ, quam rex Iotham curauerat ædificari, 2. Reg. 15. vers. 35. & 2. Paralip. 27. vers. 3. quæ noua seu recentior dicitur, quod longo post ædificatum templum tempore constructa fuerit. Nonnulli Hebræorum portam orientalem templi maximam accipiunt; *nouam* dictam, quod ad eam innouarentur custodia seu excubiæ, seu quod Leuitæ ibi legem innouarent, hoc est, populo prælegerent & exponerent. Sed prius illud est aptius.

ET LOQVUTI SVNT SACERDOTES ET PROPHETÆ AD PRINCIPES ET AD OMNEM POPVLVM.] Alij: *Tunc alloquuti sunt Sacerdotes & propheta principes illos, & omnes seniores, seu senatores populi*. id est, totum concilium iustè constitutum ex utroque ordine ecclesiastico & politico, ut apparet ex vers. 17.

IUDICIVM MORTIS EST VIRO HVIC.] id est, Iudicio pleno morti est adiudicandus. Alij: 1. *Reus mortis est homo iste*. 2. *Crimen capitale est in viro isto*. Forsterus notat מַשְׁפָּט *mischphat*, iudicium seu ius sumi interdum pro culpa, crimine, seu causa, vel pro sententia iudiciali, pœna, supplicio, iudicio decreto, seu condemnatione. *Iudicium mortis est viro huic*. id est, crimen capitale, causa capitalis, vel sententia capitali afficiendus est. vt Lucæ 24. v. 20. [*Principes nostri tradiderunt eum in iudicium mortis*]. Sic v. 16.

ET

VERS. 12. ET AIT IEREMIAS AD OMNES PRINCIPES, &c.] Alij: *Tunc alloquutus est Iirmeia omnes illos principes, &c.* Defensio Iirmeia iudicialis absoluta (vt vocant rethores) incipiens & concludens à vocatione Dei, & iure ab ipso factum asserens: qua propter promissionem hypotheticam proponit, vers. 13. & hypotheticam interminationem, duobus sequentibus.

VERS. 14. EGO AVTEM, ECCE IN MANIBVS VESTRIS SVM, &c.] Alij hunc versum reddunt: *De me autem, ecce me in manu vestra, facite mihi vt bonum & rectum videtur in oculis vestris.*

VERS. 15. VERVM TAMEN SCITOTE, ET COGNOSCITE, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. conuertunt: 1. *Veruntamen hoc certo scitote, quod si me interfeceritis, sanguinem innocentem ponetis super vos, & super urbem istam, & super incolas eius. vel vos ipsos, urbem istam, & ciues eius reos facietis innoxij sanguinis, hoc est, eum occiditis, propter cuius mortem daturi estis pœnas: neque solura vos, sed etiam hæc vrbis, & ciues eius: quoniam reuera Iehoua misit me ad vos, vt loquerer in aures vestras omnia verba ista.* 2. *Veruntamen sciendo scitote, seu omnino scitote, si morte-afficitis me; sanguinem innocentem vos imponere vobis: id est, vos vestra ipsorum culpa reos peragi iniustissimæ & crudelissimæ cædis meæ: & ciuitati huic, & habitatoribus eius: nam verè misit me Iehoua ad vos, ad proloquendum vobis audientibus omnia verba ista.*

VERS. 16. ET DIXERVNT PRINCIPES, &c.] Quidam hunc versum reddunt: *Tunc dixerunt principes illi, omnesque seniores populi sacerdotibus & prophetis: Nullum est in viro hoc crimen capitale, cum nomine Iehouæ Dei nostri sit alloquutus nos.* Quarta pars narrationis, sententia, cuius actio exponitur tribus versibus sequentibus; & exequutio, reliquis.

VERS. 18. MICHÆAS DE MORASTHI, FVIT PROPHETA IN DIEBVS EZECHIAE REGIS IVDA, &c.] Alij: *Micha Moraschites erat propheta, seu prophetabat, vt infra vers. 20. temporibus Chizkija regis Iehuda, &c.* Confirmatio sententiæ à præiudicato similis exempli. Est hic insignis propheta Michæas; qui sextus in numero minorum prophetarum ponitur, de quo vide in Michææ 1. v. 1.

SION QVASI AGER ARABITVR.] id est, desolabitur, vt ibi nunc sunt ædificia, sit ager. Nonnulli putant allusum ad antiquum ritum, quo vrbibus euerfis aratrum inducebatur. vide Iosue 6. v. 26.

IN ACERVOS LAPIDVM ERIT.] id est, plena erit ruderum & ruinarum. Quidam reddunt: *vt desertum erit.*

ET MONS DOMVS IN EXCELSA SILVARVM.] id est, mons Morjah, vbi est templum Iehouæ, siluescet enatis arboribus præ solitudine & infrequentia hominum. Aliqui reddunt: *& mons domus huius in excelsa siluosa.* Habetur hoc vaticinium, Michææ 3. vers. 12.

NVMQVID MORTE CONDEMNAVIT EVM, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. transferunt: *An morte-afficiendo, seu omnino, morte-affecerunt eum Chizkija Rex Iehuda, & totus Iehuda? id est, iustum & legitimum concilium ex regis & popularibus, vt supra vers. 11. an non reueritus est Iehouam? imo quoniam deprecatus est faciem Iehoua, pœnituit Iehouam illius mali, quod eloquutus fuerat contra eos: nos ergo facimus malum magnum contra animas nostras, siue nos ipsos.*

FVIT QVOQVE VIR PROPHEANS, &c.] Plerique notant, seniores populi dixisse ad cætam: Ecce duo exempla vobis proponimus, alterum bonum, & iusti regis Ezechia: alterum recens & regis iniusti Iehojakimi: imitami ergo potius bonum regem, quam malum. Nonnulli Hebræorum putant, hæc non Senatorum, sed Sacerdotum ac pseudo-prophetarum aduersantium Iirmejæ, verba esse: qui priori exemplo Michææ adducto à Senatoribus; recens hoc Vrijæ opponerent. Tremellius & Iunius obseruant hoc secundum exemplum adduci à senioribus, tanquam iniustissimum, & præter omnem iuris formam designatum; vnde reddunt: *Et quamuis etiam quidam prophetans nomine Iehoua, &c.* Narratio exequutionis sententiæ, & liberati iusto iudicio Iirmejæ, contra illegitimam regis violentiam: cuius exemplum his quatuor versibus continetur.

VRIAS FILIVS SEMEL.] Hebr. *Vrijah filius Semahjabu.* Huius Sancti prophetæ nulli sibi extat mentio in Scriptura.

DE CARIATHJARIM.] Hebr. *de Kirjath-Hajegharim.* De qua vrbe vide in Iosue 9. v. 17. & 15. v. 9. & 10.

ET QVÆSIVIT REX INTERFICERE EVM.] sine concilio legitimo, re non quaesita, cognita, & legitime iudicata, denique sine vlla iuris formula.

ET PERCVSSIT EVM GLADIO.] Recentissimum hoc videtur fuisse exemplum sub initia regni Iehojakimi, paulò ante hunc casum Iirmejæ: nam Iirmeias ista propheta esse dicitur in principio regni eiusdem Iehojakimi, supra vers. 1.

ET PROIECIT CADAVER EIVS IN SEPVLCHRIS VVLGI IGNOBILIS.] Quidam: *abiecissetque cadaver eius in sepulcris filiorum populi, seu popularium.* id est, in contemptissima & abiectissima sepulcris: cuiusmodi fuerunt quos Latini vocabant puticulos, teste Varrone lib. 4. de lingua Latina, cap. 5. & Festo: dicebatur quoque is locus, *sestertium*: vide quæ annotauimus in Paradiso, cap. 56.

IGITVR MANVS AHICHAM FILIJ SAPHAN FVIT CVM IEREMIA.] Hebr. *Veruntamen manus Achikami filij Schaphanis adfuit Iirmeia, &c.* id est, auctoritas & auxilium: fuerat enim Achikam iam diu consiliarius in comitatu regis Ioschijæ, ac proinde plurimum auctoritate pollebat 2. Reg. 22. vers. 12.



CAPVT XXVII.

Vinculis ad varios reges missis, dicit illos, si seruire velint regi Babylonis, eiusque posteris, permansuros in terra sua; alioqui perituros gladio, fame & peste; inuehens in pseudopphetas qui aliud vaticinantur, fallentes populum: prædicit etiam sacra vasa quæ reliqua sunt, transferenda in Babylonem, & tandem referenda Ierosolymam.

Vulg.

Malu.

IN principio regni Ioakim filij Iosia regis Iuda, factum est verbum istud ad Ieremiam à Domino, dicens:

2 Hac dicit Dominus ad me: Fac tibi vincula, & catenas: & pones eas in collo tuo:

3 Et mittes eas ad regem Edom, & ad regem Moab, & ad regem filiorum Ammon, & ad regem Tyri, & ad regem Sidonis; in manu nuntiorum, qui venerunt Ierusalem ad Sedeciam regem Iuda.

4 Et præcipies eis ut ad dominos suos loquantur: Hac dicit Dominus exercituum Deus Israel: Hac dicetis ad dominos vestros:

5 Ego feci terram, & homines, & iumenta, quæ sunt super faciem terra, in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento: & dedi eam ei, qui placuit in oculis meis.

6 Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodosor regis Babylonis serui mei: in super & bestias agri dedi ei ut seruiant illi.

7 Et seruiant ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius: donec veniat tempus terra eius & ipsius: & seruiant ei gentes multæ, & reges magni.

8 Gens autem & regnum, quod non seruiert Nabuchodonosor regi Babylonis, & quicumque non curauerit collum sub iugo regis Babylonis: in gladio, & in fame, & in peste visitabo super gentem illam, ait Dominus: donec consumam eos in manu eius.

9 Vos ergo nolite audire prophetas vestros, & diuinos, & somniores, & augures, & maleficos, qui dicunt vobis: Non seruietis regi Babylonis.

IN principio regni Iehojakimi filij Iosijahu regis Iehudah fuit verbum istud ad Iirmejah de ^a cum ad IHVH, d adicere:

2 Sic dixit IHVH ad me; Fac tibi vincula, & amotiones & dabis ea super collum tuum.

3 Et mittes ea ad regem ^b Edomi; & ad regem Moabi, & ad regem filiorum Ghamonis; & ad regem ^c Tzor, & ad regem Tzidonis: in manu ^d nuntiorum venientium Ierusalaim ad Tzidjahu regem Iehudah.

4 Et præcipies ad eos, ad ^e sustentatores eorum, ad dicere: Sic dixit IHVH TZEBAOHT, ELOHIM Israelis; Sic dicetis ad sustentatores vestros:

5 Ego feci terram, hominem, & ^f animal, quod super facies terræ; in virtute mea grandi, & in brachio meo extenso: & dabo eam, cui rectum fuit in oculis meis.

6 Et nunc ego omnes terras istas in manu Nabuchadnetzaris regis Babelis, serui mei: & etiam ^g feram agri dedi ei, ad seruire eum.

7 Et seruiant ad eum omnes gentes, & ad filium eius, & ad filium filij eius; vsque ad venire tempus terræ eius, etiam ^h ipsum, & seruiant in eo gentes multæ, & reges grandes.

8 Et erit, ⁱ gens & regnum, quod non seruiert ad eum, ad Nebuchadnezarum regem Babelis, & ad quod non dabit collum suum in iugo regis Babelis: in gladio, & in fame, & in peste visitabo super gentem ipsam, ^k Fidelis sermo IHVH, vsque ad consummate me eos in manu eius.

9 Et vos non audietis ad prophetas vestros, & ad diuinautes vestros, & ad somnia vestra, & ad ^l oculatores vestros, & ad ^m præstigiatores vestros: qui ij dicentes ad vos, ad dicere; Non seruietis ad regem Babelis.

10 Quia

Suprà 23.
d. 26.
Infra 29.
b. 18.

^k vide Gen
ne f. 22. 16.
sic v. 11. 15.

^l vide Isai.
2. 6.
^m vide Deut.
32. 18. 20.

10 Quia mendacium prophetant vobis: ut longe vos faciant de Terra vestra, & eiciant vos, & pereatis.

11 Perro gens, qua subiecerit cervicem suam sub iugo regis Babylonis, & serui- rit ei; dimittam eam in terra sua, dicit Dominus; & colet eam, & habitabit in ea.

12 Et ad Sedeciam regem Iuda locutus sum secundum omnia verba hec dicens: Subiicite colla vestra sub iugo regis Babylonis, & seruite ei, & populo eius & viuetis.

13 Quare moriemini tu, & populus tuus gladio, & fame, & peste, sicut locutus est Dominus ad gentem, qua seruire noluerit regi Babylonis?

14 Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis: Non seruietis regi Babylonis: quia mendacium ipsi loquuntur vobis.

15 Quia non misi eos, ait Dominus, & ipsi prophetant in nomine meo mendaciter: ut eiciant vos, & pereatis tam vos, quam propheta, qui vaticinantur vobis.

16 Et ad sacerdotes, & ad populum istum locutus sum, dicens: Hec dicit Dominus: Nolite audire verba prophetarum vestrorum, qui prophetant vobis, dicentes Ecce vasa Domini reuertentur de Babylone nunc cito, mendacium enim prophetant vobis.

17 Nolite ergo audire eos, sed seruire regi Babylonis, ut viuat is quare datur hec ciuitas in solitudinem?

18 Et si prophetae sunt, & est verbum Domini in eis: occurrant Domino exercituum, ut non veniant vasa, qua derelicta fuerant in domo Domini, & in domo regis Iuda, & in Ierusalem, & in Babylonem.

19 Quia hec dicit Dominus exercituum ad columnas, & ad mare, & ad bases, & ad reliqua vasorum, qua remanserunt in ciuitate hac:

20 qua non tulit Nabuchodonosor rex Babylonis, cum transferret Iechoniam filium Ioakim regem Iuda de Ierusalem in Babylonem, & omnes optimates Iuda & Ierusalem.

21 Quia hec dicit Dominus exercituum Deus Israel ad vasa, qua derelicta sunt in domo Domini, & in domo regis Iuda & Ierusalem:

Maluenda. In libr. Isaia.

10 Quia falsitatem ij prophetantes vobis: ^u Correspondentia longinqua- re-facere vos de super ^o humum vestram, & impellam vos, & ^p auferamini.

11 Et gens, qua venire-faciet eollem suum in iugo regis Babelis, & seruiet eum; ^q & de ponam eam super humum suam, Fidelis sermo IHVH, & ^r seruiet eam, & habitabit in ea.

12 Et ad Tzidkijah regem Iehud h loquutus-fui secundum omnia verba ista, ad dicere: venire-facite colla vestra in iugo regis Babelis; & seruite ad eum, & populum eius, & viuite.

13 Ad quid moriemini tu & populus tuus in gladio, in fame, & in peste? secundum quod loquutus-fuit IHVH ad gentem, qua non seruiet ad regem Babelis.

14 Et non audietis ad verba prophetarum dicentium ad vos, ad dicere; Non seruietis ad regem Babelis: quia falsitatem ij prophantes vobis:

15 Quia non misi eos, Fidelis sermo IHVH, & ij prophetantes in nomine meo falsitati: ^f Correspondentia impellere me vos, & ^t auferemini vos, & prophetæ prophetantes vobis.

16 Et ad Sacerdotes, & ad omnem populum istum loquutus-fui, ad dicere Sic dixit IHVH, Non audietis ad verba prophetarum vestrorum prophetantium vobis, ad dicere; Ecce vasa domus IHVH reuerta de Babele nunc festinantia: quia falsitatem ij prophe- tantes vobis.

17 Non audietis ad eos, seruite ad regem Babelis, & viuite: ad quid erit vrbs ista ^u siccitas?

28 Et si prophetae ij, & si ^x existen- tia verbi IHVH ^y ad eos, & occurrent, euge, in IHVH TZEBAOTH, ad ^z ne- quaquam venerunt vasa ^a superrelicta in domo IHVH; & in domo regis Iehu- dah, & in Ierusalem, in Babelem.

19 Quia sic dixit IHVH TZEBAOTH ad columnas, & super mare, & super bases, & super ^b superrelictionem va- sorum ^c superrelictorum in vrbe ista.

20 Quæ non accepit ea Nabuchad- netzar rex Babelis, in ^d deuoluere eum Iechonjah filium Iehojakimi regem Iehudah, de Ierusalem in Babelem: & omnes claros Iehudah, & Ierusalem.

21 Quia sic dixit IHVH TZEBAOTH ELOHIM Israelis super vasa superreli- cta domo IHVH, & domo regis Iehu- dah, & Ierusalem:

ⁿ dadiuus. ad corres- pondentia ^o tellurem. sic v. 11. ^p tollemini de medio, d. speribitis ^q sinam, di- mittam, re- quiescena faciam ^r colet


^f ut v. 10. ^t ut v. 10.

^u desolatio, deuastatio ^x est ve bñ ^y apud, pen- nes ^z neutquã, nõ omnino ^a restantia; remanentia, residua.

^b restans, residuum ^c ut v. 18. sic v. 21.

22. in Babylonem transferentur, & ibi erunt vsque ad diem visitationis sue, dicit Dominus, & afferi faciam ea, & restitui in loco isto.

22. In Babellem venire-fient, & inibi erunt; vsque-ad diem visitare me eos, Fidelis-sermo IHVH; & ascendere-faciam ea, & reuertere-faciam ea ad locum istam.



COMMENTARIA.

VERS. 1.

IN PRINCIPIO REGNI IOACIM, &c.] Hunc versum plerique Hebræorum, & nostrorum præcedenti Capiti annexerunt: nam in reliquo hoc Capite non de Iehojakimo, sed de Tzidkija propheta textitur. Verum aptius est huic Capiti conglutinare: nam in superiore iam indictum fuerat, vers. 1. deinde licet vaticinium huius Capitis de temporibus Tzidkijæ sit dictum; at initio regni Iehojakim fuit propheta reuelatum, & ab ipso prædictum. Huius inquit, prophetiæ (quæ inscriptionem suam habet vers. 1.) summæ partes sunt duæ: vna est, denuntiatio prophetica seruitutis, quam seruitura erant finitima regna omnia regi Babylonæ, vsque ad vers. 12. altera est prophetia didascalica ad populum Dei, inde ad finem vsque Capitis.

IN PRINCIPIO REGNI IEHOIAKIMI, &c.] exponunt, id est, ante annos vndecim quam Tzidkija cœpisset regnare, reuelata est diuinitus hæc prophetia, & lirmaia obfirmata, quum nondum magnus ille Nebucadnetzar in Babylonia regnaret, vt ostenditur supra Cap. 25. v. 1.

VERS. 2.

HÆC DICIT DOMINVS AD ME.] Alij: Sic edixit Iehoua mihi, &c. Prior hæc prophetiæ pars continet typum, duobus versibus: & explicationem, sequentibus sex.

FAC TIBI VINCVLA, ET CATENAS.] Alij: 1. Fac tibi cingula, vel lora, & vestes, seu iuga, id est, Fac tibi cingula, quibus scilicet iugum religatur ad cornua boum. 2. Compara tibi vincula & lora. Videlicet in tempus illud, quo cœpturus erat Tzidkija regnare: Sic enim auctoritas conciliatur prophetiæ, & omnis malè de propheta suspicandi occasio tollitur: dum tanto ante tempore prænuntiatur. 3. Hispanicus Interpres: Hazte vnas coyundas, y iugos.

ET CATENAS.] מוֹטוֹת mototh, Vide in Leuit. 26. v. 13.

ET PONES EAS IN COLLO TVO.] Alij: qua indas collo tuo, videlicet, illorum vnum, eo tempore quo cœperit Tzidkija regnare, ad figurandum regnum Tzidkijæ, vt apparet ex sequente Capite.

VERS. 3.

ET MITTES EAS AD REGEM EDMOM, &c.] Alij: Deinde mittes illa ad regem Edomorum, &c. nimirum alia ad reges externos pertinentia.

IN MANV NVNTIORVM, QUI VENERVNT IERUSALEM AD SEDECIAM, &c.] Alij: Per manum legatorum, seu per legatos, qui venturi sunt Ierusalem ad Tzidkijam regem Ie-

huda, conspirationem iuncto fœdere iuituri, de qua 2. Paralipom. 36. v. 13.

ET PRÆCIPES EIS, VT AD DOMINOS SVOS LOQVANTVR.] Alij: 1. Et mandabis illis, vt Dominis suis indicent. 2. Et mandata da eis, qua perferant ad dominos suos, in hanc sententiam.

EGO FECI TERRAM, &c.] Thesis, siue propositio generalis, exponens causam & fundamentum hypotheseos, quæ sequentibus versibus continetur. Est autem causa sumpta à creatione, & iure Dei in res creatas omnes.

ET NVNC ITAQVE EGO DEDI, &c.] Alij: Nunc itaque ego trado omnes regiones istas in manum Nebucadnetzaris, &c. Hypothesis continens primum explicationem typi, tribus versibus: deinde consilium, tribus alteris.

REGIS BABYLONIS.] seu Babyloniæ. futuri post quadriennium, vt supra Cap. 25. v. 3.

SERVI MEI.] vt supra Cap. 25. v. 9.

ET FILIO eius.] Euilmerodacho, cuius mentio est 2. Reg. 25. v. 27. & infra Cap. 52. vers. 31.

ET FILIO FILII EIVS.] vel & nepoti eius. Bel-schatzari, de quo Daniel 5. v. 1.

DONEC VENIAT TEMPVS TERRÆ EIVS, ET IPSIVS.] id est, quousque sim puniturus Babyloniæ, & ipsum Nebuchadnetzarem successoresque eius reges. Quidam: donec adueniat tempus terre ipsius, etiam illud, &c. id est, tempus in quo visitaturus sum terram, vt infra versu vltimo, nimirum post annos septuaginta, supra Cap. 25. v. 12. & infra Cap. 29. v. 10.

ET IPSIVS: ET SERVIENT EI GENTES MVLTÆ, ET REGES MAGNI.] Alij: etiam illud tempus, quem seruient sibi per eum, vel quum seruitutem exigent ab eo, vt supra cap. 25. v. 14. gentes amplæ, Persæ & Medi, de quibus Isai. 21. & reges magni.

GENS AVTEM ET REGNVM, &c.] Hunc versum subobscurè Hebraicè conceptum, dilucidius alij efferunt: Erit igitur, vt in gentem illam, & in regnum illud, qua non seruient ipsi Nebucadnetzari regi Babyloniæ, & qua non indet collum suum iugo regis Babyloniæ; gladio & fame, ac peste animaduertam in gentem istam, dictum Iehoua, donec consumpsero eas manu illis.

VOS ERGO NOLITE AVDIRE PROPHE-TAS VESTROS, &c.] Alij hunc versum reddunt: 1. Vos ergo ne audiatis prophetas vestros, diuinos vestros, somniatores vestros, vel somniorum interpretes, mathematicos, seu augures vestros

VERS. 4.

VERS. 5.

VERS. 6.

VERS. 7.

VERS. 8.

VERS. 9.

stros, qui vobis sic dicunt, Non seruietis regi Babylonis. 2. vos ergo ne auscultetis prophetis vestris, aut somniis vestris, aut planetariis vestris, aut prestigiatoribus vestris; qui alloquuntur vos dicendo, Non estis seruituri regi Babylonia. Propositio consilij, vt dictum est in vers. 6.

VERS. 10. QVIA MENDACIVM PROPHEANT VOBIS, &c.] Alij hunc versum ex Heb. reddunt 1. Quia mendacium vaticinantur vobis, vt vos longissime abducant à terra vestra, vt ego eiciam vos & pereatis. 2. Nam falsum isti prophetant vobis; vt longè abducam vos à terra vestra, & quia depulero vos, pereatis.

VERS. 11. PORRO GENS, QUÆ SVBIECERIT CERVIGEM, &c.] quidam hunc versum ex Heb. exprimunt: Gentem verò illam, qua inducet collum suum in iugum regis Babylonia, & seruiet ei; ipsam vtique relinquam in terra sua, dictum Iehoua, vt colat eam & habitet in ea.

VERS. 12. ET AD SEDECIAM REGEM IYDA, &c.] Nonnulli ex Heb. hunc versum exponunt: Etiam Tzidkijam regem Iehuda alloquutus sum secundum omnia verba ista, dicendo: Iuducite colla vestra in iugum regis Babylonia, & seruite ei, populoque eius; ita viuere. Secunda pars prophetiæ: qua datur consilium, primum regi Iudæorum, quatuor versibus: deinde sacerdotibus, & populo toti, tribus aliis versibus: ac postremò vltima omnium deportatio prænuntiatur, reliquis versibus.

VERS. 13. QVARE MORIEMINI TV ET POPVLVS TVVS, &c.] Etion præcedentis consilij, ad quod regrediatur versu: sequente.

SICVT LOQVTVS EST DOMINVS, &c.] Alij: quemadmodum eloquutus est Iehoua de gente, qua non seruiet regi Babylonia, supra vers. 8.

VERS. 16. ECCE VASA DOMVS DOMINI, &c.] Alij ex Heb. Ecce instrumenta domus Iehoua reducuntur iam celeritate, vel cito, seu mox, nimirum quæ deportata fuerunt in Babyloniam temporibus Iehonia. 2. Paralipom. 36. v. 7. & 10.

ET SI PROPHETA SVNT, &c.] Hunc versum ex Heb. Alij explanant: Quod si Prophe- ta sunt, & si est verbum Iehoua cum ipsis: intercedant, quaso, apud Iehouam exercituum, vt non veniant hæc instrumenta, qua reliqua sunt in domo Iehoua, domoque regis Iehuda, ac Ieruschalaimis, in Babyloniam. Antiparastelis, qua propheta docet prophetas illos, si sunt serui Dei, non debere illius iram mendacii suis cumulare, sed certissimè euenturam amio- liri atque deprecari coram Deo, sic compara- tur transitus ad propheticam denuntiatio- nem sequentem, & si est verbum Iehoua cum ipsis, id est, si Deo sunt chari, & vllam cum eo communicationem habent.

AD COLUMNAS. Alij: de istis columnis, de- quibus 1. Reg. 7. à vers. 15. vsque ad 23.

ET AD MARE.] Heb. & super mare Qui- dam: & de isto lacu, de quo 1. Reg. 7. v. 23. vsque ad 27.

ET AD BASES.] Alij: ac de basibus, seu ma- chinis de quibus 1. Reg. 7. v. 27. & sequen- tibus

ET AD RELIQUA VASORVM, QUÆ RÈ- MANSERVNT IN CIVITATE HAC.] Heb. & super reliquum vasorum relictorum in vrbe ista. Alij: denique de reliquis instrumentis, qua reliqua sunt in ciuitate hac.

QUÆ NON TVLIT NABVCODONOSOR, &c.] vide 2. Reg. 24. vers. 11. & sequen- tibus.

ET OMNES OPTIMATES.] חורים chorim; candidatos, ingenuos, clarissimos, illustres, no- biles, principes: vide in Ilai 34. v. 12.

IN BABYLONEM TRANSFERENTVR, ET IBI ERVNT.] vide complementum huius vaticinij. 2. Reg. 25. v. 13. & sequentibus, & 2. Paralipom. 36. v. 18. & infra Cap. 52. v. 17. & sequentibus.

VSQVE AD DIEM VISITATIONIS SVÆ.] Quidam: vsque in diem quo visitaturus sum hos. De quo die vide 2. Paralipom. 36. v. 22. & 23. & Hezræ. 1.

VERS. 18.

VERS. 19.

VERS. 20.

VERS. 22.

CAPVT XXVIII.

Hanaias pseudopropheta, ablati de de collo Ieremiæ catenis, vaticinatur sa- cra vasa cum rege & captiuo populo post biennium reducenda sed inbetur Ieremias contrarium vaticinari, & mortem illi denuntiare, qua iuxta verbum Ieremiæ eodem anno secuta.

Vulg.

Malis.



I factum est in anno illo, in principio regni Sedechie regis Iuda, in anno quarto, in mense quinto, dixit ad me Hanaias filius Azur propheta de Gaboon, in domo Domini, coram sacerdotibus omni populo, dicens.

Makenda, In libr. Ierem.



I fuit in anno ipso, in principio regni Tzidki- jah regis Iehudah, in anno quarto, in inno- uatione quinta, dixit ad me Chananjah filius Ghazur propheta, qui de Ghib- ghone, domo IHVH, oculis Sacerdo- tum, & omnis populi, ad dicere:

ante oculos

b Antiqua ad oculos, ante oculos

Ecce x x Sic

2 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Contriui iugum regis Babylonis.

3 Adhuc duo anni dierum, & ego referri faciam ad locum istum omnia vasa domus Domini, quæ tulit Nabuchodonosor rex Babylonis de loco isto, & transtulit ea in Babylonem.

4 Et Iechoniam filium Ioakim regem Iuda, & omnem transmigracionem Iuda, qui ingressi sunt in Babylonem, ego conuertam ad locum istum, ait Dominus: conteram enim iugum regis Babylonis.

5 Et dixit Ieremias propheta ad Hananiam prophetam, in oculis sacerdotum, & in oculis omnis populi, qui stabat in domo Domini.

6 & ait Ieremias propheta: Amen, sic faciat Dominus: Suscitet Dominus verba tua, quæ prophetaisti: ut referantur vasa in domum Domini, & omnis transmigratio de Babylone ad locum istum.

7 Verumtamen audi verbum hoc, quod ego loquor in auribus tuis, & in auribus uniuersi populi:

8 Propheta, qui fuerunt ante me & ante te ab initio, & prophetauerunt super terras multas, & super regna magna, de pralio, & de afflictione, & de fame.

9 Propheta, qui vaticinatus est pacem: cum venerit verbum eius, scietur propheta, quem misit Dominus in veritate.

10 Et tulit Hananias propheta catenam de collo Ieremiæ propheta, & confregit eam.

11 Et ait Hananias in conspectu omnis populi, dicens: Hæc dicit Dominus: Sic confringam iugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum de collo omnium gentium.

12 Et abiit Ieremias propheta in viam suam. Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, postquam confregit Hananias propheta catenam de collo Ieremiæ propheta, dicens:

13 Vade, & dices Hanania: Hæc dicit Dominus: Catenas ligneas contriuiisti: & facies pro eis catenas ferreas.

14 Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Iugum ferreum posui super collum cunctarum Gentium istarum,

2 Sic dixit IHVH TZEBAOTH ELOHIM Israelis, ad dicere: Confregi iugum regis Babelis.

3 In adhuc duobus annis dierum ego reuertere faciens ad locum istum omnia vasa domus IHVH; quæ accepit Nebuchadnetzar rex Babelis de loco isto; & venire fecit ea Babelem.

4 Et Iechonjah filium Iehojakimi regem Iehudah, & omnem deuolutionem Iehudah venientes in Babelem, ego reuertere faciens ad locum istum, Fidelis sermo IHVH: quia confringam iugum regis Babelis.

5 Et dixit Iirmejah propheta ad Chananjah prophetam, oculis sacerdotum, & oculis omnis populi stantium in domo IHVH.

6 Et dixit Iirmejah propheta, Amen, sic faciet IHVH: surgere faciet IHVH verba tua, quæ prophetaisti ad reuertere facere vasa domus IHVH, & omnem deuolutionem de Babele, ad locum istum.

7 verumtamen audi, obsecro, verbum istud, quod ego loquens in auribus tuis, & in auribus omnis populi.

8 Prophetæ, qui fuerunt faciebus meis & faciebus tuis de æterno: & prophetauerunt ad terras multas, & super regna grandia, cæioni, & malo, & pesti.

9 Propheta, qui prophetabit paci: in venire verbum prophetæ, cognoscetur propheta, quod misit eum IHVH in fide.

10 Et accepit Chananjah propheta amotionem de super collum Iirmejah propheta, & confregit eam.

11 Et dixit Chananjah oculis omnis populi, ad dicere: Sic dixit IHVH, Sic confringam iugum Nabuchadnetzeris regis Babelis in adhuc duobus annis dierum, de super collum omnium gentium Et ambulauit Iirmejah propheta viæ suæ.

12 Et fuit verbum IHVH ad Iirmejahu post confringere Chananjah prophetam amotionem de super collum Iirmejah propheta, ad dicere:

13 Ambula, & dices ad Chananjah, ad dicere, Sic dixit IHVH; Amotiones ligni confregisti: & facies sub eis amotiones ferri.

14 Quia sic dixit IHVH TZEBAOTH, ELOHIM Israelis, iugum ferri dedi super collum omnium gentium istarum,

e instrumēta sic v. 6.

d deduxit

e deportacionē sic v. 6.

f vide Genes. 22. 16. g quam

h vt v. 1. sic statim

i te audiente x audiente toto hoc populo, l darius. ad facies meas, ante me. sic mox m à saculo, ab olim à condito mundo n de bello, vel ad bellum, sic in sequentibus o ad pacem, de pace p veritate q vt Cap. 27. 2. sic v. 12. 13. r vt v. 1.

s pro

ad

rum, ut seruiant Nabuchodonosor regi Babylonis: & seruient ei: insuper & bestias terra dedi ei.

15 Et dixit Ieremias propheta ad Hananiam prophetam: Audi Hanania: non misit te Dominus, & tu confidere fecisti populum istum in mendacio,

16 Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego mittam te à facie terra: hoc anno morieris: aduersum enim Dominum locutus es.

17 Et mortuus est Hananias propheta in anno illo, mense septimo.

ad seruire ad Nebuchadnetzarem regem Babelis, & seruient eum: & etiam feram agri dedi ei.

15 Et dixit Iirmejah propheta ad Chananiah prophetam, Audi, obsecro, Chananiah. Non misit te IHVH, & tu confidere fecisti populum istum super falsitate.


16 Ad sic, sic dixit IHVH, Ecce ego emittens tuus de super facies humi: anno tu mortuus; quia discessionem loquutus fuisti ad IHVH.

17 Et mortuus fuit Chananiah propheta in anno ipso, in inuolutione septima.

vinum; bestiam

te telluris hoc anno

mensis



COMMENTARIA.

VERS. I.



FACTVM EST, &c.] Totum hoc caput (aiunt) narratiuum est eorum, quæ consequuta sunt ex præcedente prophetia. Narrat enim Iirmeja primùm contradictionem Chanajæ, versibus quatuor: & redargutionem suam, à vers. 5. vsque ad 10. deinde contrarium typum à Chananja exhibitum cum interpretatione, vers. 10. & 11. & interminationem Dei à Iirmeia prænuntiatam, effectamque à Deo, inde ad finem vsque capitis.

ET FACTVM EST IN ILLO ANNO, IN PRINCIPIO REGNI SEDECIÆ REGIS IYDA, IN ANNO QVARTO, IN MENSE QVINTO.] Si in anno quarto Tzidkijæ, quomodo in principio regni eius? Quidam aiunt, annum quartum principium regni eius dicis quia non est media pars anterior temporis, quo regnauit: regnauit enim vndecim annos, 2. Reg. 24. vers. 18. Quo nescio quid futilius excogitari potuit. Hebræi exponunt, *Et factum est in illo anno scilicet primo seu in principio regni Tzidkija, qui incidit in quartum annum hebdomadis hasemitah, id est, quietis seu cessationis terræ, Leuit. 25. vers. 2. & Deuteron. 15. vers. 1. Nam anno quarto hebdomadis cepit regnare Tzidkijah, regnauitque annis vndecim, extremus eius regni annus est Sabbaticus quo destructum est templum. Itaque hic quartum annum non regni Tzidkijæ, sed hebdomadæ cessationis accipiunt. Id quoque passim Scaliger, & alij passim chronologi sacri sequuntur. Ttemellius & Iunius ita exponunt: Quum autem fuisset illud anno illo, & in principio regni Tzidkija regis Iehudæ, & in anno quarto, mense quinto, id est; Quum typo & sermone, quem Deus imperauerat supra cap. 27. vers. 3. voluntatem Dei, iudiciumque significare perrexisset per annos ferme quindecim; vt ex proximè præcedente Capite vers. 1. & 12. colligitur, nempe Iehojakimi, Iehojachinis, & Tzidkijæ*

temporibus. Igitur, anno illo, id est, principio regni Iehojakimi, supra cap. 27. vers. 1. & principio Regni Tzidkijæ, ibidem vers. 12. accessit tertia repetitio eiusdem prophetiæ anno quarto, mense quinto. quæ tria tempora hic ponuntur asyntheses, velut properante stylo ad narrationem sequentis historia. Itaque historia hæc Chananjæ contigit anno quarto, mense quinto regni Tzidkijæ.

PROPHETA DE GABAHON.] Alij: propheta, qui erat à Ghibbone. Erat propheta officio tantum, quamuis re ipsa fallus esset: nam ex gente sacerdotum fuisse videtur, ad quos pertinebat Ghibbon, Iosue 21. v. 17.

CONTRIVI, VEL CONFREGI IUGVM REGIS BABYLONIS.] Præteritum pro futuro propter certitudinem prophetiæ, quasi dicat, certissime confringam, vel statui, seu decreui me breui erepturum populum meum de iugo Babyloniorum. Alij: Fregi iugum Regis Babylonia. id est, in consilio meo constitutum est frangere.

ADHVC DVO ANNI DIERVM.] Alij: Intra biennium iustum, integrum, plenum, vel exacto biennio integro, sic vers. 11.

ET OMNEM TRANSMIGRATIONEM IYDA.] Hebr. & omnem deuolutionem seu deportationem; vel deportatos Iehudæ. sic infra vers. 6.

IN OCVLIS SACERDOTVM, ET IN OCVLIS OMNIS POPVLI.] Alij: ante oculos sacerdotum, & ante oculos totius populi. id est, publicè, prout publicè peccauerat, quo spectat documentum Pauli 1. Timoth. 5. vers. 20.

ET AIT IEREMIAS PROPHETA, &c.] Huius redargutionis duæ sunt partes, exordium à voto, captans auditorum beneuolentiam, ac potius (vt rethores vocant) insinuatio, hoc & sequente versu: deinde confutatio, vers. 8.

AMEN.] id est, sit ratum, firmum, stabile, certum quod dicis, ita contingat, vt ais. vide Numeror. 5. vers. 22.

VERS. 2.

VERS. 3.

VERS. 4.

VERS. 5.

VERS. 6.

SVSCITET.] Hebr. *surgere-facies*, id est, stabiliet, reuera præstabit. Hoc & præcedens futurum satis indicant verba Ieremjæ ironica esse, quasi dicat, scilicet faciet & præstabit Iehoua, quæ prophetasti? Nihil minus.

VERS. 8.

PROPHETÆ, QUI FVERVNT ANTE ME, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. explanant: *Propheta illi, qui fuerunt ante me, & ante te inde à saculo; illi prophetauerunt contra regiones, amplas, & contra regna magna, bellum, & afflictionem famis, & pestem.* Confutationis duo sunt argumenta; prius, quod populo improbissimo pacem & prosperitatem prædicat; id à lege, & omnibus sanctorum prophetarum testimoniis discrepare, versu hoc: deinde euentum ipsum commonstraturum, quam falsa sit Chanajæ prædicatio, versu sequente, & aliis.

VERS. IO.

ET TV LIT HANANIAS PROPHETA CATENAM DE COLLO IEREMIÆ, &c.] Alij: *Tum capiens Chananja propheta lorum illud à collo Ieremjæ, &c.* id est, lorum illud, quod ipsi supererat, vt figuraret iugum Babyloniorum Iudæis imponendum, vt diximus supra cap. 27. vers. 2. nam lorum illud Ieremia gestabat, vt eandem significaret deportationem futuram.

DE COLLO OMNIUM GENTIVM.] Alij: *è collo omnium istarum gentium, contra quas ante prophetasti, cap. 27. vers. 3. & sequentibus.*

ET ABIIT IEREMIAS PROPHETA IN VIAM SVAM.] Alij: *Tum abibat Ieremjah propheta itinere suo.* Contentionem fugiens videlicet, & consulens ædificationi (quæ inter rixandum nulla est) donec Deus oppor-

tunitatem exhiberet seruo suo commodam ad ædificandum, vt factum fuisse narratur sequente versu.

ET FACIES PRO EIS CATENAS FERREAS.] Alij: *& facies pro eis vectes ferreos, quasi dicat, duriora eis euenient, quam ego præauntiaueram. vel tu putas dissoluissè prophetias Ieremjæ serui mei; sed etiam ferro robustiores ac firmiores reddidisti.* Ita quidem omnia exemplaria habent, *וְהַשִּׁיחָה וְהַשִּׁיחָה*, & facies. Tremellius & Iunius legisse videntur *וְהַשִּׁיחָה וְהַשִּׁיחָה*, & faciam, nam reddunt: *sed comparo loco illorum lora ferrea.* Sensu sanè aptissimo.

VERS. 13.

ET TV CONFIDERE-FECISTI POPVLVM ISTVM IN MENDACIO.] Alij: 1. *sed tu fecisti vt fiduciam poneret populus hic in falso.* 2. *tu vero populum istum laetasti falsis spebus.*

VERS. 15.

ECCE EGO MITTAM TE A FACIE TERRÆ, HOC ANNO MORIERIS.] Alij: *Ecce ego emissurus sum te à superficie terra, hoc anno tu moriturus es.*

VERS. 16.

ADVERSVS ENIM DOMINVM LOQVVTVS ES.] Alij ex Hebr. 1. *quoniam defectiorem loquutus es contra Iehouam.* id est, absurdum verbum, præuaricationem, abhorens à veritate. 2. *quia apostasiam suscipisti contra Iehouam.* Prima & certissima nota falsi propheta: vide in Deuter. 13. v. 5. & infra cap. 29. vers. 32.

IN ANNO ILLO, MENSE SEPTIMO.] iusto Dei iudicio, vt qui falsum suum vaticinium intra biennium complendum iecerat, ipse intra bimestre tempus ablatus sit: accepit itaque mensẽ pro anno.

VERS. 17.

CAPVT XXIX.

Captiuos Iudeos vaticinatur 70. annis in Babylone permanfuros, hortaturque vt illic multiplicari studeant, & deinde reducentur: eos vero qui Ierusalem remanserunt, gladio, fame & peste dicit consumendos: deinde mala vaticinatur aduersus Achab, Sedeciam & Semeiam pseudoprophetas, seducentes populum transmigrationsis.

Vulg.

Malu.

Hæc sunt verba libri, quem misit Ieremias propheta de Ierusalem ad reliquias sermonem transmigrationsis, & ad sacerdotes, & ad prophetas, & ad omnem populum, quem traduxerat Nabuchodonosor de Ierusalem in Babylone:

2 postquam egressus est Iechonias rex, & domina, & eunuchi, & principes Iuda & Ierusalem, & faber & inclusor de Ierusalem:

3 in manu Elasa filij Saphan, & Ga-

Hæc sunt verba libri, quem misit Ieremjah propheta de Ierusalem ad super-relictionem senum de- uolutionis, & ad sacerdotes, & ad prophetas, & ad omnem populum, quem deuoluere-fecit Nebuchadnetzar de Ierusalem in Babelem.

2 Post exire Iechonjah regem, & præualidam, & eunuchos, principes Iehudah, & Ierusalem, & fabrum, & clausorem de Ierusalem.

3 In manu Elghasah filij Saphanis, & Ghemar

* epistolæ

b deporta-
tionis, exi-
lii, transmi-
grationis
c deuoluit,
deportauit
d dominam,
heram,
heroinam.
augustam
e aulicos

maria filij Helcia, quos misit Sedecias rex Iuda ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Babylonem, dicens:

4 Hec dicit Dominus exercituum Deus Israel omni transmigrationi, quam transiit de Ierusalem in Babylonem:

5 Edificate domos, & habitate: & plantate hortos, & comedite fructum eorum.

6 Accipite uxores, & generate filios & filias: & date filiis vestris uxores, & filias vestras date viris, & pariant filios & filias: & multiplicamini ibi, & nolite esse pauci numero.

7 Et quærite pacem civitatis, ad quam transmigrare vos feci: & orare pro ea ad Dominum: quia in pace illius erit pax vobis.

8 Hec enim dicit Dominus exercituum Deus Israel: Non vos seducant prophetae vestri, qui sunt in medio vestrum, & divini vestri: & ne attendatis ad somnia vestra, quæ vos somniatis:

9 quia falsò ipsi prophetant vobis nomine meo: & non misi eos, dicit Dominus:

10 Quia hæc dicit Dominus: Cùm ceperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos. & suscitabo super vos verbum meum bonum, ut reducam vos ad locum istum.

11 Ego enim scio cogitationes, quas ego cogito super vos, ait Dominus, cogitationes pacis, & non afflictionis, ut dem vobis finem & patientiam.

12 Et invocabitis me, & ibitis: & orabit me, & ego exaudiam vos.

13 Quæretis me, & invenientis: cùm quaesieritis me in toto corde vestro.

14 Et inueniar à vobis, ait Dominus: & reducam captivitatem vestram, & congregabo vos de uniuersis gentibus, & de cunctis locis, ad quæ expuli vos, dicit Dominus: & reuerti vos faciam de loco, ad quem transmigrare vos feci.

15 Quia dixistis: Suscitauit nobis Dominus Prophetas in Babylone.

16 Quia hæc dicit Dominus ad regem, qui sedet super solium David, & ad om-

Ghemarjah filij Chilkijah: quos misit Tzidkijah rex Iehudah ad Nebuchadnetzarem regem Babelis in Babelem, ad dicere.

4 Sic dixit IHVH TZEBAOTH ELOHIM Israël's omni deuolutioni, quam & deuoluere feci de Ierusalaim in Babelem.

5 Edificate domos, & habitate: & plantate hortos, & comedite fructum eorum.

6 Accipite mulieres, & gignite filios & filias, & accipite filiis vestris mulieres, & filias vestras date hominibus, & pepererunt filios & filias: & multiplicante ibi & non pauceseritis.

7 Et quærite pacem vrbs, quò deuoluere feci vos inibi, & interpellare vos ipsos-facite in vsque-ad eam, ad IHVH: quia in pace eius erit vobis pax.

8 Quia sic dixit IHVH TZEBAOTH ELOHIM Israël's: Non seducant vobis prophetae vestri, qui in intimo vestro, & diuinantes vestri: & non audietis ad somnia vestra, quæ nos somniare-facientes.

9 Quia in falsitate ij prophetantes vobis in nomine meo: non misi eos, Fidelis-sermo IHVH.

10 Quia sic dixit IHVH: Quia ori implere Babeli septuaginta annus, visitabo vos: & surgere-faciam super vos verbum meum bonum, ad reuertere-facere vos ad locum istum.

11 Quia ego cognoui excogitationes, quas ego excogitans super vos, Fidelis-sermo IHVH: excogitationes pacis, & non malo, ad dare vobis postremitatem, & expectationem.

12 Et vocabitis me, & ambulabitis, & interpellare-vos ipsos-facietis ad me: & audiam ad vos.

13 Et quæretis me, & inuenietis: quia quæretis me in omni corde vestro.

14 Et inueniar vobis, Fidelis-sermo IHVH, & reuertere-faciam captiuam-abductionem vestram, & congregabo vos de omnibus gentibus, & de omnibus locis, quo impellere-feci vos ibi, Fidelis-sermo IHVH, & reuertere-faciam vos ad locum, quo deuoluere-feci vos de ibi.

15 Quia dixistis: Surgere-fecit nobis IHVH prophetas in Babelem.

16 Quia sic dixit IHVH ad regem sedentem ad solium Davidis; & ad om-

Sup. 14. c. 13. & 23. d. 16.

Sup. 25. c. 12. 2. Par. 37. d. 31. 1. Efd. 1. a. 11. Dan. 9. a. 2.

f vt v. 1. g vt v. 1.

h vt pariant

i vt v. 1. k supplicare, intercedite

l imponent, iludent in interiore, intranco, medio

m vide Genes 12. v 16. sic v. 11. 14. 19. & 32. v ad os: p apud Babyloniã

q datianus in malum

r quum

s vt v. 6.

nem

nem populum habitatorem urbis huius, ad fratres vestros, qui non sunt egressi vobiscum in transmigracionem.

Sup. 24.
c. 10.

17 Hec dicit Dominus exercituum: Ecce mittam in eos gladium, & famem, & pestem: & ponam eos quasi ficus malas, quæ comedi non possunt, eo quod pessima sint.

18 Et persequar eos in gladio, & in fame, & in pestilentia: & dabo eos in vexationem vniuersis regnis terre: in maledictionem, & in stuporem, & in sibilum & in opprobrium cunctis Gentibus, ad quas ego eieci eos:

19 eo quod non audierint verba mea, dicit Dominus: quæ misi ad eos per seruos meos prophetas de nocte consurgens, & mittens: & non audistis, dicit Dominus.

20 Vos ergo audite verbum Domini: omnis transmigratio, quam emisi de Ierusalem in Babylonem.

21 Hec dicit Dominus exercituum Deus Israel ad Achab filium Colia, & ad Sedeciam filium Maasia, qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter: Ecce ego tradam eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis: & percutiet eos in oculis vestris.

22 Et assumetur ex eis maledictio omni transmigracioni Iuda, quæ est in Babylone, dicentium: Ponat te Dominus sicut Sedeciam, & sicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne:

23 pro eo quod fecerint stultitiam in Israel, & machati sunt in uxores amicorum suorum, & locuti sunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non mandavi eis: ego sum index & testis, dicit Dominus.

24 Et ad Semeian Nehelamiten dices:

25 Hec dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Pro eo quod misisti in nomine tuo libros ad omnem populum, qui est Ierusalem, & ad Sophoniam filium Maasia sacerdotem, & ad vniuersos sacerdotes, dicens:

26 Dominus dedit te sacerdotem pro Ioiade sacerdote, ut sis dux in domo Domini super omnem virum arreptitium & prophetantem, ut mittas eum in neruum & in carcerem.

27 Et nunc quare non increpasti Iere-

nem populum habitantem in vrbe ista: fratres vestros, qui non exiuerunt ad vos in deuolutione.

f sedentem,
manentem
n apud vos,
vobiscum
x ut v. 1.

17 Sic dixit IHVH TZEBAOTH; Ecce ego mittere-faciens in eis gladium, famem, & pestem: & dabo eos sicut ficus horrendas, quæ non comedentur de malitia.

y præ pra-
uitate

18 Et persequar post eos in gladio, in fame, & in peste: & dabo eos commotioni, & afflacioni, & sibilu, & probro in omnibus gentibus quibus impelle-re-ficiam eos ibi.

z stupendæ
desolationi
a quo de-
puleru eos

19 Sub quo non audierunt ad verba mea, Fidelis-sermo IHVH, quæ misi ad eos, ad seruos meos prophetas, manicare & mittere; & non audiuitis, Fidelis-sermo IHVH.

b penes, per

20 Et vos audite verbum IHVH, omnis deuolutio, quam emisi de Ierusalem in Babelem.

c ut v. 1. sic
v. 22.

21 Sic dixit IHVH TZEBAOTH ELOHIM Israëlis ad Achabum filium Kolajah, & ad Tzidkijahu filium Maghasejah prophetantes vobis in nomine meo falsitatem: Ecce ego dans eos in manu Nebuchadretzaris regis Babelis, & percutiet eos oculis vestris.

d datus.
ad ante
oculos
vestros

22 Et accipietur de eis leuifacio omni deuolutioni Iehudah, quæ in Babele, ad dicere; Ponet te IHVH sicut Tzidkijahu, & sicut Echabum, quos torrefecit eos rex Babelis in igne.

23 Correspondentia quod fecerunt fatuitatem in Israële, & subagita-uerunt mulieres & sodalium suorum; & loquuti fuerunt verbum in nomine meo falsitatem, quod non præcipi eos: & ego cognoscens, & testis, Fidelis-sermo IHVH.

e vide in
Genes. 34. 7.
f ad vltimam
uerunt vxores

g proximo-
rum, socior-
um, amico-
rum

h falsitatis

24 Et ad Semaghjahu Nechelamiten dices, ad dicere:

25 Sic dixit IHVH TZEBAOTH ELOHIM Israëlis, ad dicere: Correspondentia quod tu misisti in nomine tuo libros ad omnem populum, qui in Ierusalem, & ad Tzephaniah filium Maghasejah sacerdotem, & ad omnes sacerdotes, ad dicere:

i epistolas

26 IHVH dedit te sacerdotem sub Iehojadagh sacerdote, ad esse visitatores domo IHVH, omni viro ad infaniam-redactio, & prophetare-fese-facienti: & dabis eum ad versionem, & ad scapham-sugentis.

k pro, loco
l vesano,
amenti, der-
metato. vi-
de in Den-
teron. 28. 34.
m euerfio-
nem. vide in
Paralip. 16.
v. 10.

n sugentem,
lactentem
o obiurga-
uisti

27 Et nunc ad quid non increpauisti

in

miam Anathothiten, qui prophetat vobis?

28 Quia super hoc misit in Babylonem ad nos, dicens: Longum est: aedificate domos, & habitate: & plantate hortos, & comedite fructus eorum.

29 Legit ergo Sophonias sacerdos librum istum in auribus Jeremiae Prophetae.

30 Et factum est verbum Domini ad Jeremiam, dicens:

31 Mitte ad omnem transmigracionem, dicens: Haec dicit Dominus ad Semeiam Neelamiten: Pro eo quod prophetauit vobis Semeias, & ego non misi eum; & fecit vos considerare in mendacio.

32 Idcirco haec dicit Dominus: Ecce ego visitabo super Semeiam Neelamiten, & super semen eius: non erit ei vir sedens in medio populi huius, & non videbit bonum, quod ego faciam populo meo, ait Dominus: quia prauaricationem locutus est aduersus Dominum.

in Iirmejahu Ghanethothite, propheta-
tate-sele-faciente vobis.


28 Quia super sic misit ad nos Babellem, ad dicere: P longum ipsum: aedificate domos, & habitate, & plantate hortos, & comedite fructum eorum.

29 Et vocabit Tzephanjah sacerdos librum istum in auribus Iirmejahu prophetae.

30 Et fuit verbum IHVH ad Iirmejahu, ad dicere:

31 Mitte super omnem deuolucionem, ad dicere: Sic dixit IHVH ad Semaghjah Nechlamiten: Correspondentia quod prophetauit vobis Semaghjah, & ego non misi eum, & confidere fecit vos super falsitatem:

32 Ad sic, sic dixit IHVH, Ecce ego visitans super Semaghjah Nechlamiten, & super semen eius; non erit ei vir sedens in medio populi istius, & non videbit in bono, quod ego faciens populo meo, Fidelis-sermo IHVH: quia discessionem loquutus fuit super IHVH.



COMMENTARIA.

VERS. 1.



HÆC SVNT VERBA LIBRI, QVEM MISIT IEREMIAS &c.] Alij: Haec autem sunt verba epistole, quam misit Iirmeia &c. Huius, inquit, partes Capitulis in vniuersum duæ sunt, inscriptio, tribus versibus: & epistola prophetica, à vers. 4. ad finem vsque capituli.

AD RELIQUIAS SENIORVM TRANSMIGRATIONIS.] Alij: ad reliquos seniores deportatos. vel in captiuitatem abductos. sic vers. 4.

VERS. 2.

ET DOMINA.] Alij: & regina, vel augusta. videlicet mater ipsius Iechoniae, 2. Reg. 24. v. 12. vide supra cap. 13. v. 13.

ET FABER ET INCLVSOR DE IERUSALEM.] Alij: 1. & artifices seu architecti, machinarum bellicarum, & castrametatores. 2. fabrique lignarij, & fabri ferrarij. 3. Hispanicus Interpres, y los artifices y los ingenieros. vide supra cap. 24. v. 1.

VERS. 3.

QVOS MISIT SEDECIAS REX.] Alij: quos mittebat Tzidkija rex.

VERS. 4.

HÆC DICIT DOMINVS EXERCITVVM &c.] Alij: Sic ait Iehona exercituum &c. Haec epistola (cuius inscriptionem hic versus continet) duo habet prophetiarum genera: vnum commune & ad Iudaeos omnes spectans, vsque ad vers. 10. alterum, singulare, contra pseudopphetas, & aduersarios Iirmeiae ad finem vsque. Communis autem prophetae Maluenda, In libr. Ierem:

tiae tres sunt partes; prima, qua Deus deportatos pedem in Babylonia figere iubet, vsque ad vers. 10. secunda, qua liberationem in suum tempus pollicetur resipiscentibus, vsque ad vers. 16. tertia, qua reliquis in Iudæa consistentibus, aut alibi extra Babyloniā, infinita mala prænuntiat, v. 16. & tribus seq.

OMNI TRANSMIGRATIONI, QVAM TRANSTVLI DE IERUSALEM IN BABYLONEM.] Alij: toti deportationi, vel omnibus deportatis, quā vel quos curauit deportari Ierusalaimis in Babyloniā. Et sic deinceps.

AEDIFICATE DOMOS &c.] Exponunt, id est, ita inite rationes vestras, & vitam institute, vt diu mansuri in Babylonia: Synecdoche.

ET PLANTATE HORTOS.] Alij: ac conseruate hortos. sic infra vers. 28.

ET MULTIPLICAMINI IBI, ET NOLITE ESSE PAUCI NUMERO.] Alij: 1. & crescite ibi, & ne pauci sitis. 2. & quam maxime illic sobolescatis, neque imminuemini. 3. & augete isthic, ac ne minuemini.

ET QUARITE PACEM CIVITATIS, AD QVAM TRANSMIGRARE VOS FECI.] Alij: Denique querite prosperitatem istius civitatis, quō deportati vos. id est, totius regni Babylonici: synecdoche.

QVIA IN PACE ILLIVS ERIT PAX VOBIS.] Quidam: nam in prosperitate eius fuit est vobis prosperitas.

VERS. 8.

NON VOS SEBVCANT.] Alij: *Ne decipiant vos*, videlicet prædicando mox futuram esse liberationem, ac proinde vos à veris prophetiis, & iustis actionibus quas indixi vobis, auertendo.

PROPHETÆ VESTRI, QUI SVNT IN MEDIO VESTRI.] vel *inter vos*, falsi nimirum, quorum duo ponuntur genera, vt totidem verorum prophetarum sunt, Numetor. 12. nam prophetæ boni ex visionibus & somniis agunt; mali verò diuinationibus, & somniis commentis ex animo abutuntur.

QUÆ VOS SOMNIATIS,] מַחְלִימִים *machlimim* participium irregulare pro מַחְלִימִים *machlimim*, vt vanissimum somniantium imposturam denotaret: *qua vos somniare facientes*. Kimchi exponit, quod dicebant illis, vt Iehouam confulerent per insomnium, vt moris erat, sicut de Saule dicitur 1. Samuel. 28. v. 15. (*Nec mihi ultra respondit, nec per prophetas, nec per insomnia.*) Tremellius, Iunius, & Buxtorfius reddunt; *qua vos ipsi facitis, vel curatis somnari*. Exegesis præcedentis dicti: verè, inquit, vestra sunt somnia: nam vos illa pretio redimitis, vt supra cap. 20. v. 10. Alij explicant, *qua vos somniare facitis pseudopphetas*, id est, inducitis illos vt somnient somnia, quibus imponatur vobis, & quæ ea denuntient, quæ vos optatis.

VERS. 10.

QUIA HÆC DICIT DOMINVS &c.] Hunc versum alij ex Heb. traducunt: *Sic ait enim Iehoua; Nam ubi implebuntur Babylonia Septuaginta anni, visitabo vos: & præstabo erga vos verbum meum illud optimum, reducendo vos in locum hunc*. Secunda pars communis prophetiæ, confirmans monita præcedentia de sede Babylonica colenda, & auersandis pseudopphetis, definito promissionis tempore, de quo supra cap. 25. v. 11. & 12. & 2. Paralipom. 36. v. 26.

QUVM COEPERINT IMPLERI.] Heb. *ori*, vel *ad os*, impleri. id est, secundum iuxta, pro ratione, ex præscripto, impleri.

IN BABYLONE.] Heb. *datiuus*. *Babylonia*, seu, *ad, apud Babyloniā: in Babylonia*.

SEPTVAGINTA ANNI.] Ingens hic chronologorum & Explanatorum controuersia, vbinam figendum exordium horum 70. annorum deportationis: nam finis satis consensu omnium exploratus est ex Scriptura, in liberatione per Cyrum. Frequentior sententia docet, initium horum 70. annorum esse à casu Tzidkijæ, atque excidio vrbs & templi, qui fuit anno vndecimo eius, Regis. Idque nos vt probabilis in Antichristo posuimus lib. 2. cap. 15. Caterum Iosephus Scaliger, & multi post ipsum recentissimi Chronologi, qui rem accuratius introspexerunt, à capto Iechonia primo anno regni eius, quo ipse rex cum matre deportati sunt in Babyloniā, & magna pars populi, vt fusè narratur 2. Reg. 24. v. 12. & sequentibus, hos 70. annos captiuitatis exordiuntur. Nam de hac deportatione manifestè hoc capite loquitur Ieremias. Quam sententiam rationibus quam verisimillimis niti, non est dubium. Sed hæc sacris Chronologis acrius excutienda relinquimus.

ET SVSCITABO SVPER VOS VERBUM MEVM BONVM.] Heb. & *surgere faciam super vos*. id est, stabiliam, confirmabo, opere complebo, præstabo in vobis vel erga vos. sic supra cap. 28. v. 8.

ECCO ENIM SCIO, &c.] Quidam hunc versum ita ex Heb. explanant: *Quum ego agno uero dandas vobis cogitationes, quas ego cogito de vobis, dictum Iehoua*, id est, quando mihi visum fuerit præstare promissiones meas. *cogitationes prosperitatis, non autem aduersitatis; dandum vobis finem, & expectationis. seu eumque expectatissimum.*

VT DEM VOBIS FINEM ET PATIENTIAM.] Alij ex Heb. *ad dare vobis finem*, seu *noissimum* vel *postremum* captiuitatis & malorum, & *expectationem*. libertatis & bonorum. vel *finem & felicem exitum* captiuitatis, quem vos expectatis & optatis.

ET INVOCABITIS ME, & IBITIS &c.] Alij hunc versum reddunt: *Quum inuocaueritis me vt abeat, id est, vt reuertamini in terram vestram; & oraueritis me, tunc exaudiam vos*. 2. *Inuocabitis me, ibitis, vel incedetis, subaudi, in viis meis, & orabitis ad me &c.*

QUÆRETIS ME, ET INVENIETIS &c.] Alij huac versum: *Et quærentes me inuenietis, quum requisueritis me ex toto animo vestro*. Nimirum ex promissione Leuit. 26. v. 40. & sequentibus, & Deuteronom. 30. vers. 1, & sequentibus. cuius rei complementum existat. Daniel 9. & in libris Hezræ & Nechemiæ.

ET INVENIAR À VOBIS.] Alij: *Præsto enim futurus sum vobis*. Verbum enim נָשָׂא *maiza* in kal. & in Niphal, cum articulo pronominis datiuu casus constructum, facultatem, copiam, & sufficientiam importat, inquit Forsterus, vt Iosue 17. v. 16. vide Num. 11. v. 22. quasi dicat abundè, sufficientissimè adero vobis.

ET REDVCAM CAPTIVITVTEM VESTRAM.] id est, captiuos vestros.

QUIA DIXISTIS: SVSCITAVIT NOBIS DOMINVS PROPHETAS IN BABYLONE.] Alij: *Quum dixeritis, Excitauerat nobis Iehoua prophetas prophetantes, eundum in Babyloniā*. id est, Quum longis perpeffionibus, edocti fueritis gloriam tribuere Deo, & veritatem prophetiarum eius confiteri, vt Daniel 9. v. 6. & 12. *eundum in Babyloniā*. id est, subeundam esse captiuitatem iis, qui sibi consultum voluerint: Sic transitur ad sequentem locum de grauissimis eorum calamitatibus, qui spernentes prophetarum monita dedere se recusauerunt, & vltro subire captiuitatem. Quod istos in hanc interpretationem induxit, quod Heb. cum *He* locali scribatur כְּבֵלָה *babelah*, in Babyloniā. id est, qui denuntiarent eundum nobis in Babyloniā.

IN TRANSMIGRATIONEM.] Quidam, in illa *transmigratione*. seu, *deportatione*. de qua supra vers. 2. Est autem hîc pars tertia communis prophetiæ, vt dictum est in vers. 4. non esse expectandum, vt qui in Babylonia sunt, in Iudæam reuertantur, quod pseudo-

VERS. 11.

VERS. 12.

VERS. 13.

VERS. 14.

VERS. 15.

VERS. 16.

prophetæ narrabant: nam pessimè cum his, qui in Iudæa erunt, actum iri.

VERS. 17. ECCE EGO MITTAM IN EOS GLADIUM, ET FAMEM, ET PESTEM &c.] vide supra cap. 24. v. 10.

ET PONAM EOS QUASI FICUS MALAS.] Alij: & expositorum sum eos, tanquam ficus horrendas, vel horribiles, à quibus omnes abhorrent. vide supra cap. 24.

Quidam reddunt, ficus austeras. Alij: maculatas, pollutas, turpes, sordidas, vel siluestres, nothas.

VERS. 18. ET PERSEQVAR EOS IN GLADIO &c.] vide de hoc versu supra cap. 24. v. 9. & 10.

IN MALEDICTIONEM.] Heb. in adiurationem, imprecationem, execrationem, iuramentum execratorium, imprecatorium.

ET IN STYPOIEM, & IN SIBILVM.] vide supra cap. 18. v. 16.

VERS. 19. DE NOCTE CONSVRGENS, ET MITTENS.] Heb. manicando, seu, diluculando, & mittendo. Quidam: inde à diluculo indefinenter. vide de hac loquutione supra cap. 25. v. 4. & 5.

VERS. 20. VOS AVTEM AUDITE VERBVM DOMINI &c.] Alij: Vos itaque audite verbum Iehouæ, omnes deportati, quos misit Ierusalaimis in Babyloniâ. Secunda pars Epistolæ, ut dictum est in vers. 4. cuius exordium, hoc versu, respicit ad monitum, quo utebatur supra vers. 8. Sunt autem in hac parte prophetiæ duæ; vna contra pseudopphetas, tribus versibus sequentibus: altera contra quendam pseudopphetam ex proceribus, aduersantem Iirmejæ, vers. 24. & sequentibus.

ET PERCVTIET EOS IN OCVLIS VESTRIS.] Alij: ut percussat eos ante oculos vestros. id est, quasi plaga imposita morti tradat eos: nam torrefacti dicuntur mandato eius, sequente versu.

VERS. 21. ET ASSVMTVR EX EIS, &c.] Alij ex Heb. hunc versum reddunt: 1. Et sumetur de eis execrandi formula ab omnibus captivis Iehuda, qui in Babylone sunt, ut dicatur, Ponat te Iehoua sicut Zedeciam & sicut Echabum, quos Rex Babylonis igne assauit. 2. Et sumetur ab ipsis maledictio, seu maledictionis formula. metonymicè, apud omnes deportatos Iehuda, qui sunt in Babylonia, dicendo; Disponat te Iehoua ut Tzidkijam, & ut Echabum, quos torrefecit rex Babylonia igne.

VERS. 22. ET SICVT ACHAB.] Heb. אַחָב Echab, cum vnico Aleph. Hic versu precedente dicitur אַחָבִים Achab cum duplici Aleph. FRIxit,] קָלָה kalah, torruit, torrefecit; assauit, combussit, cremavit.

VERS. 23. EGO SUM IVDIX AC TESTIS. Alij: ego verò sum istorum cognitor ac testis. Confirmatio iudicij prænuuntiati, à certissima noticia, testimonioque Dei.

VERS. 24. ET AD SEMEIAM, &c.] Quidam: Schemahjam vero Nechelameum alloquitur, dicendo. Altera prophetia, ut diximus in vers. 20.

NEHELAMITEM.] נְחֻלָּמִי nechlami. Mercerus: (Atque hinc, scilicet à נְחֻלָּמִי chalam,) somnare, potest dictus esse Semahjab Nechelamites, nomine iuxta gemilium aut patronymicorum morem efficto, quod somniaret somnia; ac Maluenda; In libr. Ierem:

iactaret sese de somniis propheticis, Israelitas faciens in mendacio confidere. Ab hac radice reduci potest (inquit Rabbi David Kimchi) adiectiuum NECHLAMI, Peritus interpret somniorum: quo nomine dicitur Semahjab Iirmeja 29. v. 24. quia hanc peritiâ sibi sumebat, & de ea gloriabatur apud populum, cum mendacis eum demeraret.] Hæc Mercerus. Tremellius & Iunius: Nechelameum reddunt: [Hanc vocem, inquit, patronymicam esse demonstrat terminatio; sed virum a patre, an vero a patria ducatur, incertum est. Nos suspicamur hic inesse paronomasian, & Schemahjam fuisse Nachameum à Nachamo progenitore, cuius fit mentio i. Chronicor. 4. v. 19. alluisse vero Iirmejam per epenesthen vnius litteræ Lamed, ut perstringeret illius studium erga pseudopphetarum somnia.] Hæc illi.

HÆC DICIT DOMINVS, &c.] Heb. Sic ait IHVH. Hæc, aiunt, prophetia duo continet; narrationem causæ, quinque versibus; & dictionem sententiæ, tribus vltimis.

DICENS.] Heb. dicendo, id est, in hæc verba, aut in hanc sententiâ, quam tres versus sequentes exponunt.

DOMINVS DEDIT TE SACERDOTE, &c.] Tremellius & Iunius ita hunc versum reddunt, & explanant: Iehoua disposuit te Sacerdotem in locum Iehojadab Sacerdotis, cum sis tuis præfecti in domo Iehoua contra omnem virum amentem, & prophetam agentem, ut ponas eum in cippo, aut in fugentis- nauiculis, seu in scapha. [Summa epistola, qua Schemahja sacerdotibus primum exponit officium ipsorum, hoc versu; deinde reprehendit delictum, duobus sequentibus. Quemadmodum, inquit, magnus ille Iehojadab Sacerdos vindex olim fuit reipublica, 2. Reg. 11. & 2. Chronicor. 23. ita vos vindicetis sanæ doctrine in Ecclesia constituit Deus. Erat enim Tzephaniah sacerdos Secundarius, ut habetur 2. Reg. 25. v. 18. virum amentem, ut 2. Reg. 9. v. 11. Sic à viris profanis appellantur serui Dei propheta viri. in fugentis- nauiculis, seu in Scapha. Hebraicam vocem, quæ nusquam alibi legitur, penuria Latinitatis ita sumus coacti reddere, ut nefarius iste zelus gradatione aliquatenus explicetur. Est enim vox Hebraea composita significans genus illud cruciatus, cuius meminit Plutarchus in Artaxerxe. Compingebantur dua scaphæ pari commensâ inter se respondentes, ita ut corpus hominis inditum quasi in vagina esset. Quod genus cruciatus siue ad custodiam atrocissimam, siue ad questionem, siue ad necem offerretur vinctis: præbebatur illis mel temperatum lacte, & inuitis etiam infundebatur in os, unde viverent, &c. qua ibi Plutarchus copiosè narrat. Quamobrem Hebraei ex forma cruciatus & vinctus, vna voce dixerunt, nauiculas fugentis, quia homo in binas nauiculas hoc pacto inditus alebatur suctu, & hac appellatione angustissimum quemque carcerem durissimumque designarunt: qualis hodie videtur in muris, quem Galli vocant caligam à similitudine illius sacci; ubi sic & percolatur aromates, quod vinum Hippocraticum vulgo appellatur.] Hactenus illi: à qua interpretatione non ablutit Buxtorfius.

VT SIS DVX IN DOMO DOMINI.] Heb. pluliter ad esse ad existere, siue, ut stis, וְיָקִימוּ פְקִידִים, vistorum, requisitorum, prapostiti, præ-

fecti, commissarij, administratores, episcopi, in domo Iehouab. Alloquitur Tzephaniam, & reliquos sacerdotes è versu precedente.

SVPER OMNEM VIRVM ARREPTIVM.] Alij: furiosum, maniacum, amentem, avidico-furore-corruptum. Sic perludibrium vocabantur prophetae ab impijs quum acti essent Spiritu sancto.

ET PROPHETANTEM.] מִתְנַבֵּא mitnabbe participium Hithpahel, prophetare-sefe-facientem. Alij: prophetam-agentem, vel, Prophetare-praesumentem, aut, fringentem se prophetare, vel, prophetam se venditantem. Notant nonnulli Hebræorum id verbum in Hithpahel ferè falsam prophetiam significare, cum quis sese propria auctoritate à Deo non missus ingerit vt prophetet. Sic vers. 27.

ET IN CARCEREM.] צִינוֹק tzinok, alibi in Scripturis non legitur. Reuchlinus: [tzinok, compedes, pedica, vincula,] Forsterus: [TZINOK, à צִוּק tzuk, interposita littera Nun, vinculi genus, à constringendo, quod alij truncum, alij carcerem, alij manicas ferreas interpretantur ego cippum. Et videtur non multum abindere à nomine צִקִּים zikkim, catena, compedes, laquei.] Pomarius [TZINOK, truncus, cippus, compes, clausula, qua manus constringuntur.] Auenarius. TZINOK, nerbus, cippus, truncus, habens manicas quibus captiui includuntur, & torquentur. Cognationem habet cum צִוּק tzok, coarctauit, torfit.] Eadem alij. Buxtorfius. [Tzinok, neruus, vinculum, iuxta Rab. Schelomoh. quo pedes, vel etiam cervices impediuntur: vel manica, vincula manuum, iuxta Rab. David Kimchi, sunt qui compositum nomen existiment ex צִוּק, & צִוּק ianah, quasi nauiculam sugentem, vel sugentis dicas. Refert autem Plutarchus in Artaxerxe, fuisse olim cruciatus seu carceris quoddam genus, quo due scaphe pari commensu sibi respondentes, ita compingebantur, vt hominis corpus illis indium, quasi in vagina esset: cui praebeatur mel temperatum cum lacte, ac inuito etiam infundebatur in os, vnde viueret, &c.] Accepit iste ex Tremellio & Iunio, è quibus passim suum Lexicum compingit.

Hoc supplicij genus scapheusim, seu scaphismum vocat Eunapius Sardonius in Maximo, pag. 83. de quo nos plenius egimus Lib. 9. de Antichristo, Cap. 14. vbi & hunc Ieremiæ locum accurate elucidauimus.

QUIA SVPER HOC MISIT IN BABYLONEM AD NOS DICENS.] Alij: 1. Nam propterea, vt scilicet videatur esse propheta, misit ad nos in Babyloniam, dicens. 2. Quin & super ista misit ad nos, &c. 3. Quandoquidem misit ad nos in Babyloniam, dicendo. Vide supra vers. 4. & 5.

LONGVM EST.] Alij 1. Longa est captiuitas. 2. Diuturna erit captiuitas. 3. Forsterus. Longum est. hoc est, cæmentum est, quo conglutinantur muri, quasi dicat, abundè est cæmenti ad ædificandum. nam subditur Aedificate domos, &c. Sic enim vox אֲרֻכָּב aruccab sumitur 2. Paral. 24. v. 13.

LEGIT ERGO.] Heb. Et vocauit. id est, Et proclamauit, promulgauit, publica voce legit, clarè pronuntiauit.

LIBRVM ISTVM.] Seu epistolam istam, vel litteras istas. in auribus Ieremiæ prophetæ. id est, publicè, ipso etiam Iirmeia audiente.

MITTE AD OMNEM TRANSMIGRATIONEM.] Alij: Mitte ad omnes, qui in captiuitate sunt. subaudi, litteras 2. Mitte ad omnes deportatos.

ET EGO NON MISI EVM.] Alij: quem non misi, vel quum ego, seu quamuis ego non miserim eum.

ET FECIT VOS CONFIDERE IN MENDACIO.] Alij: 1. facitque vt fiduciam ponatis in falso 2. & spebus vanis vos lactauit. sic supra Cap. 28. v. 15.


ECCE EGO VISITABO SVPER SEMEIAM.] Alij: Ecce ego animaduersurus sum in Schemachiam, &c.

Quia prauaricationem loquutus est aduersus Dominum. Alij: 1. eo quod defectionem, seu prouocationem vel auersionem seu verbum alienum à vero, loquutus sit contra Iehouam. 2. quia apostasiam suadet contra Iehouam. vide supra cap. 28. v. 16.

CAPVT XXX.


Vaticinatur Iudeis & filijs Israel reditum à graui captiuitate, in qua propter peccata sua detinebantur, & quòd post reditum seruituri sint Domino, ac David regi, quem ille suscitabit eis in prosperitate & securitate magna, deuastatis ipsorum inimicis.

Vulg.

1  Oc verbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino, dicens.
2 Hæc dicit Dominus Deus Israel, dicens: Scribe tibi omnia verba, quæ locutus sum ad te in libro.

3 Ecce enim dies veniunt, dicit Domi-

Malu.

1  Erbum, quod fuit ad Iirmejahu de a ad IHVH, ad dicere:
2 Sic dixit IHVH ELOHIM Israël, ad dicere: Scribe tibi omnia verba, quæ loquutus-fui ad te, ad. ibrum.

3 Quia ecce dies venientes b, Fidelis-

VERS. 28.

VERS. 29.

VERS. 31.

VERS. 32.

a apud, penes, cum

b vide Genes. 22. 16. 36
7. 8. 10. 11.
17. 21.

mus; & conuertam conuersionem populi mei Israel & Iuda, ait Dominus: & conuertam eos ad terram, quam dedi patribus eorum: & possidebunt eam.

4 Et hæc verba, quæ locutus est Dominus ad Israel & ad Iudam:

5 Quoniam hæc dicit Dominus: Vocem terroris audiimus: formido, & non est pax.

6 Interrogate, & videte si generat masculus: quare ergo vidi omnis viri manus super lumbum suum, quasi parturientis, & conuersæ sunt vniuersæ facies in auriginem?

7 Væ, quia magna dies illa, nec est similis eius: tempusque tribulationis est Iacob, & ex ipso saluabitur.

8 Et erit in die illa, ait Dominus exercituum: conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius dirumpam, & non dominabuntur ei amplius alieni:

9 sed seruient Domino Deo suo, & Dauid regi suo, quem suscitabo eis.

10 Tu ergo ne timeas serue meus Iacob, ait Dominus, neque paueas Israel: quia ecce ego saluabo te de terra longinqua, & semen tuum de terra captiuitatis eorum, & reuertetur Iacob, & quiescet, & cunctis affluet bonis, & non erit quem formidet.

11 quoniam tecum ego sum, ait Dominus, ut saluem te: faciam enim consummationem in cunctis Gentibus, in quibus dispersi te: te autem non faciam in consummationem: sed castigabo te in iudicio, ut non videaris tibi innoxius.

12 Quia hæc dicit Dominus: Insanabilis fractura tua: pessima plaga tua.

13 Non est qui iudicet iudicium tuum ad all gandum: curationum utilitas non est tibi.

14 Omnes amatores tui obliti sunt tui, & neque non quærent: plaga enim inimici percussi te castigatione crudeli: propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta sunt peccata tua.

15 Quid clamas super contritione tuâ: insanabilis est dolor tuus: propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua feci hæc tibi.

lis-sermo IHVH, & reuertere-faciam captiuam-abductionem populi mei Israël, & Iehudah, dixit IHVH: & reuertere-faciam eos ad terram, quam dedi patribus eorum, & hæreditabunt eam.

4 Et ista verba, quæ loquutus fuit IHVH ad Israël, & ad Iehudah.

5 Quia sic dixit IHVH; Vocem ^c tremoris audiimus: pauor & non pax.

6 Postulate obsecro, & videte, si pariens masculus? quid ^d cognitionis vidi omnem ^e præualidum, manus eius super lumbos suos sicut ^f pariens; & versæ-fuerunt omnes facies ^g aurigini.

7 Hoi quia grandis dies ipsa, de non sicut ipsa: & tempus coangustationis ipsa Iaghakobo; & de ea saluabitur.

8 Et erit in die ipsa, Fidelis-sermo IHVH TZEBAOTH, confringam iugum eius de super collum tuum, & vincula tua abrumpam, & non seruient in eo adhuc alieni.

9 Et ^h seruient IHVH ELOHIM suum, & Dauidem suum regem eorum, quem surgere faciam eis.

10 Et tu non timebis, serue meus Iaghakob, Fidelis-sermo IHVH, & non consternaberis, Israel; quia ecce ego saluans tuus de longinquo, & semen tuum de terra captiue-abductionis eorum: & reuertetur Iaghakob, & ⁱ tranquillabitur, & ^k pacabitur, & non perterre faciens.

11 Quia ^l ad te ego, Fidelis-sermo IHVH, ad saluare te, ^m quia faciam consummationem in omnibus gentibus, quo dispersi te ibi; veruatamen ⁿ ad te non faciam consummationem; & disciplinabo te ^o iudicio, ^p & vacuare non vacuabo te.

12 Quia sic dixit IHVH, Desperatum contractioni tuæ: dolorosa percussio tua.

13 Non iudicans iudicium tuum abalienationi Sanationes, ascensio non tibi.

14 Omnes amantes tui obliti-fuerunt te; te non ^q quærent: quia percussione malevolentis percussi te, ^r disciplina ^s crudelis; super multitudinem ^t prauitatis tuæ; ossata-fuerunt ^u errata tua.

15 Quid clamabis super contractionem tuam? desperatus ^x dolor tuus: super multitudinem prauitatis tuæ, ossata-fuerunt errata tua, feci ista tibi.

^c contrem-tionis

^d causæ
^e virum
^f formicæ,
^g in aurigina

^h colent

ⁱ quiescet, sedabitur
^k securus-erit
^l apud te, penes te, tecum
^m quom

ⁿ ut initio versas

^o datiuus, in, ad iudicium
^p nec te vt innocentem habebō

^q requirent
^r castigatio-ne, eruditio-ne
^s scilicet, fero-cis
^t curuitatis, distortio-nis, peruer-sitatis sic
^u v. 15.
^x peccata, delicta sic
^v 15.
^x cruciatus

61 Propterea omnes, qui comedunt te, deuorabuntur; & uniuersi hostes tui in captiuitatem ducentur: & qui te vastant, vastabuntur, cunctosque pradatores tuos dabo in pradam.

17 Obducam enim cicatricem tibi, & à vulneribus tuis sanabo te, dicit Dominus. Quia eiectam vocauerunt te Sion: Hæc est, qua non habebat requirentem.

18 Hæc dicit Dominus: Ecce ego conuertam conuersionem tabernaculorum Iacob: & relictis eius miserebor, & ædificabitur ciuitas in excelso suo, & templum iuxta ordinem suum fundabitur.

19 Et egredietur de eis laus, voxque ludentium: & multiplicabo eos, & non minuentur: & glorificabo eos, & non attenuabuntur.

20 Et erunt filij eius sicut à principio, & cætus eius coram me permanebit: & visitabo aduersum omnes qui tribulant eum.

21 Et erit dux eius ex eo: & princeps de medio eius producet: & applicabo eum, & accedet ad me. quis enim iste est, qui applicet cor suum ut appropinquet mihi, ait Dominus:

22 Et eritis mihi in populum, & ego ero uobis in Deum.

23 Ecce turbo Domini, furor egrediens, procella ruens, in capite impiorum conuiescet.

24 Non auertat iram indignationis Dominus, donec faciat, & compleat cogitationem cordis sui: in nouissimo dierum intelligetis ea.

16 Ad sic, omnes comedentes tui comedentur; & omnes coangustantes tui, & omne eorum in captiua-abductione ambulabunt: & erunt, & diripientes tui a direptioni; & omnes conculcantes tuos dabo conculcationi.

17 Quia ascendere faciam longum tibi, & de percussionibus tuis sanabo te, Fidelis-sermo IHVH: quia impulsam vocauerunt tibi; Tzizon ipsa, quærens non ei.

18 Sic dixit IHVH, Ecce ego reuertere-faciens captiuam-abductionem tentorium Iahakobi, & scenas eius inuiscerabo: & ædificabitur vrbs super tumulum suum, & palatium super iudicium suum sedebit.

19 Et exhibit de eis confessio, & vox gredientium: & multiplicabo eos, & non pacescent, & multiplicabo eos, & non paruescent.

20 Et erunt filij eius sicut ante, & conuentus eius, faciebus meis apparabitur: & visitabo super omnes prementes eius.

21 Et erit præamplissimus eius de ex eo, & dominans eius de intimo eius exhibit; & appropinquare-faciam eum, & accedet ad me: quia quis ipse iste miscuit cor suum ad accedere ad me, Fidelis-sermo IHVH.

22 Et eritis mihi populo, & ego ero uobis P ELOHIM.


23 Ecce horribilis-tempesta IHVH, & ardor exhibit; horribilis tempesta contrahere-sele faciens: super capu-improborem dolebit.

24 Non reuertetur ardor nasi IHVH, usque-ad facere eum, & usque surgere-facere eum cogitationes cordis sui: in postremitate dierum intelligere-vos ipsos facietis in ea.

omnes ipsi & deprædantes a deprædationi b diripientes, deprædantes c direptioni, pradæ

d tabernacula, cohabitacula e viscera bus misericordie-prosequar, amplectar, in viscera mea condam f camulum, ggerem g ut 2. Samuel. 6. 5. h minora-buntur t ut Exod.

12 3. k datus. ad facies meas l ut c 26. 34. m interiore, intranco n accedet, accedere iubebitur: vide Genes. 33. 7. o datus. in populum p datus. in Deum q æstus iræ, excandescencia



COMMENTARIA.

VERS. I.



OC VERBUM QVOD FACTVM EST AD IEREMIAM, à DOMINO, DICENS.] Alij: Verbum, quod fuit ad Ieremiam à Iehoua dicendo. Huius, inquit, prophetiæ (quæ capitibus duobus continetur, & exegetica est illius, quam perstrinxerat supra Cap. 23. vs. 3. & sequentibus) partes sunt in vniuersum quinque: prima est, Inscriptio generalis, primis quatuor versibus: secunda est, propositio cum miseriarum præsentium, tum venturæ liberationis & gloriæ filiorum

Dei, vsque ad vers. 12. tertia est exortatio & prophetica enarratio singularum propositionis partium, vsque ad vers. 35. sequentis Capituli: quarta est confirmatio, inde tribus versibus: postrema, conclusio typica, promissiones summatim representans ad Catholicam Ecclesiam peruenturas, tribus vltimis versibus Capituli sequentis. Inscriptio autem membra sunt hæc: Deum prophetiæ auctorem esse, hoc versu: mandare, ut litteris obsignetur, sequente versu: & summam prophetiæ spectare ad restitutionem Ecclesiæ, vers.

vers. 3. vt summam concludit. v. 4.

VERS. 2. SCRIBE TIBI.] vide similem loquutionem Genes. 12. v. 1.

VERS. 3. ECCE ENIM DIES VENIUNT, &c.] Alij: *Quod ecce dies venturi sunt, &c.* summum argumentum totius prophetiæ vt paulo ante dicebamus.

ET CONVERTAM CONVERSIONEM POPULI MEI.] Alij: 1. *vt reduces faciam captivos populi mei.* 2. *quum reducam captivam multitudinem populi mei, &c.*

ET CONVERTAM EOS AD TERRAM, QUAM DEDI PATRIBVS EORVM, ET POSSIDEBUNT EAM.] Quidam: *& me reducete eos in terram, quam dederam maioribus ipsorum, possidebunt eam.*

VERS. 4. ET HÆC VERBA, QUÆ LOCUTVS EST DOMINVS AD ISRAEL, ET AD IVDAM.] Quidam: *Hæc ergo sunt verba, quæ loquutus est Iehoua, de Israhel & de Iudæa, id est, de toto populo suo, & Ecclesia Christi: quæ consignanda sunt in libro.*

VERS. 5. QUONIAM HÆC DICIT DOMINVS.] Alij: *Nam sic ait Iehoua, &c.* Propositio hæc, quæ principium est prophetiæ, duabus partibus continetur, quarum vna miserias populi Dei, dolorem, luctumque explicat tribus versibus: altera, liberationem mirificam, salutem, & gloriam à Deo obuenturam, in fine versus. 7. & duobus sequentibus, ac tunc demum hortatione concluditur, vers. 11. & 12.

VOCEM TERRORIS AUDIIMVS: FORMIDO ET NON EST PAX.] Alij: 1. *Vocem horro- ris audiimus; pauorem & non pacem.* 2. *Vocem trepidationis audimus; pauoris, nullius que pacis.* Hæc verba sunt Dei condolentis Ecclesiæ suæ, & seipsum communicare cum afflictionibus illius paternè ostendentis, quasi dicat: Verum quidem est omnia iam personare terroribus & aduersa esse; hoc versu, frangi animos etiam fortissimos, sequente versu; & lugere omnes, vers. 7. sed longè alia ratio postea futura est.

VERS. 6. INTERROGATE ET VIDETE SI GENERAT MAICVLVS, &c.] Alij hunc versum ex Heb. conuertunt: *Interrogate iam, & videte an pariat mas: cur video vnumquemque virum stare manibus suis apposis ad lumbos suos, velut puerperam, & conuersos esse omnes vultus in morbum regium, siue auruginem, vel in speciem morbi regij dicendo.* Elegans hypotyposis doloris acerbissimi, à forma parturientium, in speciem morbi regij: siue icteritia, id est, expallefcere, ac porius exhausto sanguine liuescere tanquam mortui sint.

IN AURUGINEM.] *לירקון leierakon, in viriditatem, pallorem, auriginem, flauedinem, morbum-regium, arguationem, icteritiam, vide in Deuteronom. 28. v. 22.*

VERS. 7. VÆ QVIA MAGNA DIES ILLA, &c.] Quidam hunc versum ex Heb. conuertunt: *Eheu, quia magnus est dies hic, adeo vt nullus fueris par ei: vt tempus angustia est Iabakobo, tamen ex eo seruabitur.* Transitio ad alterum propositionis locum, vt diximus in v. 5. de promissione salutis: cuius ratio, sequente versu; & vsus vers. 9. explicatur.

ET EX IP SO.] Heb. utroque modo possunt

exponi & ex ipso, tempore tribulationis, vel ex ipsa, tribulatione. Affixum enim est fœmineum, & ad tempus & ad angustiam referri potest: vt utrumque enim fœmineum est.

CONTERAM IUGVM BIVS.] Alij: *frangam iugum istius, videlicet qui te premit iugo.* VERS. 8.

ET NON DOMINABVNTVR EI AMPLIVS ALIENI.] Alij ex Heb. 1. *nec seruitute prement eum, multatio personæ, pro te, vltra alieni, id est, satanas, mors, & peccatum.* 2. *neque seruiet sibi per eum vel neque seruitutem exigent ab ipso amplius extranei, vide de hac formula loquendi supra Cap. 25. v. & Exod. 1. v. 14.*

ET DAVID REGI SVO, QUVM SVSCITABO EIS.] Alij: *& Dauidi regi suo, quem excitabo ipsis, id est, Christo, filio dilectionis Dei, ex semine Dauidis: vt dixerat supra cap. 23. v. 5. sic Ezechielis 34. v. 23. & 37. v. 24.*

TV ERGO NE TIMEAS, &c.] Hunc versum alij ex Heb. reddunt: *Tu ergo ne timeo, serue mi Iabakob, dictum Iehoua, neque consternator Israhel, nam ecce ego seruaturus sum te è longinquo, & semen tuum è terra captiuitatis sue: vt reuersus Iabakob quiescat ac tranquillus sit, nemine perterrefaciente.* 2. *Tu ergo ne timeas, serue meus Iabakob, dictum Iehoua, & ne formides, ô Israhel: ecce enim ego seruabo te in longè, id est, reducendo te è terra longinqua vel qui procul eras à me, in regione peccati & mortis, & semen tuum à terra, in qua captiui tenebantur, id est, à regione, in qua captiui tenebantur à Satana: & redibit Iabakob, & quiescet, & opulentus erit atque securus, nec erit qui terreat.* Hortatio est hoc versu ad constantem fidem in Deum, antecedentibus propositionis argumentis per hysterosin, nimirum è liberatione & salute diuinitus consequutura, hoc versu; & ab vsu calamitatum, quibus impij iudicantur, & boni castigantur, sequente versu. Habes hunc eundem versum infra cap. 46. v. 27.

FACIAM ENIM CONSUMMATIONEM IN CVNCTIS GENTIBVS.] Alij: *quum faciam consummationem in omnibus gentibus.* id est, quum totas perdam, excindam funditus, in vniuersum tollam. Sic paulo inferius.

SED, CASTIGABO TE IN IVDICIO, VT NON VIDEARIS TIBI INNOXIVS.] Alij ex Hebr. 1. *Sed castigabo, erudiam, te in iudicio, id est, modo adhibito, quem in castigando seruare soleo: siue in iudicio, id est, pro more meo, hoc est, moderatè.* In iudicio punire, est non summo iure agere, & de rigore, vt aiunt, iustitiæ, sed modo, quodam, & æquitate, non furore: *verumtamen mundando non mundabo te.* id est, non exactè & ad purum putum excoquam, vt nihil vltra fordidum in te sit: nam si hoc tentem, ferre haudquaquam posses, & simul pessum ires. Alij ex commentariis Hebræorum vertunt; *& succidendo non succidam te, vel exterminando non exterminabo te.* id est, te omnino non tollam de medio. Verbum Hebræum *absolue- re* significat, quod hîc pro *perdere* accipitur. 2. *sed castigaturus sum te ad modum, vel cum modo, seu modice; non autem innocentem de- clarabo*

clarabo te innocentem, seu prorsus impunem relicturus te. vide Exod. 20. vers. 7. 3. Forsterus: & castigabo te in iudicio. vide supra c. 10. vers. 24. ut vacuando non vacues te. id est, non excuses te, quasi nihil pœnarum sis meritis, quasi omnino sis innocens & vaces omni culpa & peccato. Sed Hebr. disertè est prima Futuri, vacuem te. 4. Auenarius. castigabo te in iudicio, & vacuando non sinam te vacuum. culpa. seu pœna. Mercerus hæc annotat: [Friget quod alij exponunt, Ita te castigabo in iudicio. ut te intelligas culpa prorsus non vacare, nec quidquam pœna esse commeritum, quasi planè sis innocens. Non aduertunt ad apertam antithesin, quæ est eo versiculo.] Frigidior est ipse, qui ex prædcepta excidendi significatione, quæ tamen hic necessaria non est, antithesim etiam non necessariam, apertam esse voluit. Aprior multo hic est vacuandi, quam excidendi significatus. Vide quoque hunc versum infra cap. 46. vers. 28.

VERS. 12. QVIA HÆC Dicit DOMINVS.] Alij: Nam sic ait Iehoua, &c. Tertia hæc pars prophetiæ, vt dictum est in vers. 1. propositionem explicat primum enarratione singularum illius partium, vsque ad vers. 23. deinde exortatione sequentibus. In enarratione autem exponuntur primum miseriæ & calamitates præsentis in Ecclesiam immittendæ iustitia Dei, vsque ad versum 16. deinde liberatio Ecclesiæ, & gloriosa instauratio per vnicam Dei misericordiam in Christo, inde ad vers. 23.

INSANABILIS FRACTURA TVA.] Alij: 1. Agra, & plena doloris est ruptura tua. 2. Mortifera erit confractio tua. Nimirum humanitus. quasi dicat, grauissimè quidem affligeris, atque ita vt omnes desperent de restitutione tui, tribus versibus: sed ne exclames, quia ictus salutare, non lethales futuri sunt, vers. 15. Hebr. ad verbum, Desperatum, graue, lethale, vel grauitas, desperatio est confractio, seu plagæ tuæ. vide supra cap. 15. vers. 18. sic infra vers. 15.

PESSIMA PLAGA TVA.] Hebr. dolorosa, dolorifica, agerrima, infirmissima est percussio tua. vide supra cap. 14. v. 17.

VERS. 13. NON EST QVI IUDICET IUDICIUM TVVM, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. exponunt: 1. Nemo est, qui diiudicet causam tuam, ad medelam inueniendam, siue vt obliget vulnus: sanationes, medicina, curationes vulneris non sunt tibi. quasi dicat, Nullus est chirurgus aut medicus, qui iudicare aut indicare possit, quo medicamine, emplastro, seu cataplasmate curari queat plaga tua, adeo incurabilis, & desperata est. 2. Non est, qui iudicet iudicium tuum ad sanitatem, medicina curatiue non sunt tibi. 3. Nemo adiudicabit causam tuam compressioni: curationes, emplastrum nullum proderit tibi. Allegoria ab arte Chirurgica, quasi dicat, tam desperatum erit vlcus tuum, vt neque curationem, neque solamen adhibere quisquam possit, & vel amici tui ad recordationem tui perhorrescant, vt versu sequente. Nam etiam Iudæi captiui cum mortuorum ossibus comparantur, Ezechiel. 37. compressioni. id est, vt comprimatur

ad suppurationem, sicut fit in vomicis.

AD ALLIGANDVM.] למאזר lemazor. variè exponunt: 1. compressioni, seu ad compressionem. id est, vel ad comprimendum, constringendum, & compingendum vel obducendum vlcus vel vulnus, vt nimirum coeat, & sanetur: vel ad fasciis, & institis colligandum, ad exprimendum vlceris suppurationem. 2. alienationi. siue ad abalienationem, hoc est, emplastrum alienans saniem, & pus à carne. 3. ad vlcus, vulnus. sic dictum quod comprimi solet. 4. ad curationem, sanationem, medicamentum, vulneris. Forsterus reddit: Non est qui iudicet causam tuam in compressione. id est, in afflictione tua & angustia nullus est, qui agat causam tuam, & subleuet te. Nos conuertimus: Non est iudicans iudicium tuum abalienationi, seu ad abalienationem. subaudi, vulneris, morbi, ægritudinis, vel vlceris, nempe fracturæ, seu plagæ de qua præcedente versu, hoc est, vt alienet, seu eiciat à te siue curet lethale vulnus tuum. sic Isaia. 1. vers. 6.

CURATIONVM VUTILITAS NON EST TIBI.] Alij ex Hebr. 1. curationes sanitatis non sunt tibi. 2. remedia, obductio non est tibi. רפואות rephuoth, sanationes, curationes, medicina, &c. potest sumi in regimine, & sine eo. תעלה theghalah, propriè, ascensio, ascensus, obductio, sanitas, curatio, quasi ascensus cicatricis, seu carnis, in vulnere; quæ ratione verbum עלה ghalah sumitur Nehemi. 4. vers. 7. Quidam emplastrum reddunt, quod imponatur vlceri: vnde conuertunt curationes, emplastrum nullum proderit tibi.

PLAGA ENIM INIMICI PERCVSSI TE, &c.] Alij: quoniam plaga hostili percussisti te, & sana castigatione. hoc est, lethali, qualem hostis infligere solet. 2. quum plaga inimici percussero te, castigatione inimici saui. id est, per inimicum Chaldæum, & tibi infensissimum, ac supra modum sæuientem illata, quam tamen Deus potentia sua moderaturus est, vt castigationis auctor ex promissione versus vndecimi.

ET DVRA PECCATA TVA.] Hebr. ossata, corroborata, robusta, condensata, consolidata, compacta fuerunt peccata tua. Alij: in valuerunt. vel numerosa fuerunt peccata tua. aut multiplicata fuerunt. Sic versu sequente.

QVID CLAMAS, &c.] Hunc versum alij ex Hebr. explanant: Quid exclamares propter confractioem tuam, mortiferum esse dolorem tuum? nimirum respiciens tu ad sæuitiam durissimam hostium, & miseras tuas, non autem ad iustam administrationem meam: propterea quod multa est iniquitas tua, numerosa sunt peccata tua, facio ista tibi. nempe vt ab illis te purgem igne afflictionum, veluti candente ferro seu cauterio.

PROPTEREA OMNES, QVI COMEDVNT TE, DEVORABVNTVR.] Alij: Idcirco quicumque consumunt te, consumentur, &c. vt experiaris me ista facere ad purgationem tui, inquit, cumi aduersarios aliud spectantes perdam propter blasphemias, & scelera ipsorum, duobus versibus; tum etiam liberabo te, sequentibus. consumunt te. id est, student consumere

VERS. 14.

VERS. 15.

VERS. 16.

consumere, non autem curare, ut est consilij mei.

VERS. 17. **OBDYCAM ENIM CICATRICEM TIBI**] Hebr. *Quia vel quum ascendere-faciam longum, seu longitudinem tibi.* Alij: 1. *Quia curabo sanitatem tuam.* 2. *Quia ascendere-faciam emplastrum tibi.* 3. *Adducam enim sanitatem tibi.* 4. *Admouebo, seu imponam enim medicinam, medicamentum tibi.* 5. *Nam imponam prorogationem, id est, emplastrum prorogans & prolongans vitam & sanitatem, tibi.* 6. *Quum faciam ut ascendat sanita: tibi, vel quum faciam ut in istam constitutionem assurgas.* ut 2. Paralipom. 24. vers. 13. Sed vide de hac loquutione supra cap. 8. vers. 22. & infra cap. 33. vers. 6.

QVIA EIECTAM VOCAVERUNT TE.] Alij: *quia, vel etenim depulsam, expulsam, seu propulsam vocauerunt te.* hostes tui, videlicet per ludibrium & blasphemam contumeliam, quasi reiectam & repudiatam à Deo.

SION HÆC EST, QVÆ NON HABEBAT REQUIRENTEM.] *dicentes, Tzizon ista est, nemo requirit eam.* vel *dicentes, Tzizon urbs est, quam nemo requirit.* id est, nullus inuisit aut curat. Allusio ironica ex vocis ambiguo crymo, qua hostes Tzizonis nomen traducunt in contemptum, quasi significet arenam & desertum locum, quem nemo adit aut requirit: quam ironiam sequentes voces confirmant:

VERS. 18. **HÆC DICIT DOMINVS, &c.**] Hunc versum quidam ita ex Hebr. transferunt: *Sic ait Iehoua, Ecce ego reducam captiuam turbam, tentorium Iahakobi, & tabernaculorum eius miserabor: edificabiturque ciuitas in aggere suo, & palatium pro ratione sua consistet.* Promissio liberationis & instauracionis allegorica: nam etsi particula eius aliqua exactis septuaginta annis fuit præstita; fuit tamen illud veluti prælusio perfectæ liberationis in Christo, ad quam prophetam respexisse sequentes versus docent manifestissime. *in aggere suo.* qui scilicet definitur infra tribus versibus vltimis sequentis capituli:

IN EXCELSO SVO.] *super tumulum, cumulum, aggerem suum.* id est, super montem seu collem Tzizonis, vbi primum erat.

ET TEMPLVM IYXTA ORDINEM SVVM FVNDABITVR.] Hebr. *& palatium seu arx super iudicium suum sedebit, vel manebit.* Alij: 1. *& palatium secundum ius suum sedebit:* id est, ut decet, illud instauratum subsistet. hoc est, in dignitate, in qua prius erat. 2. *& templum stabit more suo.* 3. *& palatium secundum consuetudinem manebit.* 4. *& palatium pro ratione sua consistet.* Rectè expones: *& palatium super, vel iuxta mensuram; normam, regulam, modum, statum, rationem, conditionem suam manebit.*

VERS. 19. **ET EGREDIETVR DE EIS, &c.**] Alij hunc versum ex Hebr. reddunt: *Et prodibit ex eis vox gratiarum actionis, id est, offerentur sacrificia laudis, fructus laborum per Christum, Hebr. 13. vers. 15. & vox ridentium; quum multiplicabo eos, & non minuentur, amplificaboque eos, & non exigui fient.* Posteriores hanc clausulam aliqui conuertunt: *& hono-*
Maluenda; In libr. Jerem.

ratos eos faciam, nec viles erunt: ut Iob 14. vers. 27.

ET ERVNT FILIJ EIVS, &c.] Alij hunc versum ex Hebr. efferunt: *Eruntque filij eius ut olim, & cœtus eius coram me stabilietur: animaduertiam vero in omnes opprimentes eum.* *Eius.* id est, Iahakobi, de quo v. 18.

PERMANEBIT.] **יִחַד** *thiccôn, apparabitur, stabilietur, ratificabitur, dirigitur, firmabitur.* id est, seruabo cœtum fidelium, Ecclesiam, fauebo, adero ei, curabo eam.

ET ERIT DVX EIVS EX EO, ET PRINCEPS DE MEDIO EIVS PRODVCETVR.] Hebr. *Et erit magnificus, vel præamplissimus eius ex ipso, & dominator eius de medio ipsius prodibit.* id est, Rex & Dominator Christus, idemque Sacerdos in æternum sistens nos Deo & Patri. **וַיִּרְא** *Addit. hic epithetum Messia: Filij Dei viui.*

EX EO.] scilicet Iahakobo, è cuius semine fuit Christus. ut versu præcedente.

ET APPLICABO EVM, ET ACCEDET AD ME.] Alij: 1. *& aduocabo eum prope, & accedet ad me.* 2. *quem tubebo accedere ut appropinquet ad me.* id est, vocabo in sacerdotium: sic accipiendum esse docetur Psalm. 2. vers. 8. & 109. & infra cap. 33. sub finem. Alij, quem ut filium meum charissimum adiungam mihi, & ipse hærebit mihi, vnicèque diligam & complectar.

QVIS ENIM EST ISTE, QVI APPLICET COR SVVM, VT APPROPINQVET MIHI?] Exponunt, id est, quis enim alius est præter illum, ut audeat in animum inducere ut vocet se filium meum. Alij ex Hebr. 1. *quis enim est iste, qui illexit cor suum ut appropinquet mihi.* id est, qui blanditiis & illecebris pellexerit cor suum ad accedendum ad me, ut Christus? quasi dicat, quis ille, qui tanto studio adhæserit mihi, vel qui adeo studuerit placere mihi, ut ipse Christus? 2. *quis enim est iste, qui pelliciet animum suum, ut accedat ad me?* Certe is erit Christus Filius meus charissimus, qui implebit voluntatem meam, qui accedet ad me cum fiducia; & orabit pro mortalibus. 3. *quia quis ipse iste, qui despondit, obligauit, subarrhauit, oppignorauit, deuouit cor suum ad accedendum ad me?* 4. *nam quis ille est, qui spondeat cum animo suo, se appropinquaturum ad me?* id est, qui sibi ipsi summat hunc honorem sacerdotij summi, nisi Christus vocatus à Deo, & factus Pontifex? Hebræor. 5. vers. 4. & sequentibus. 5. *quia quis est hic, qui direxit, seu accommodauit, hoc est, decore & conuenienter aptauit, composuit, cor suum ut accederet ad me.* 6. *quia quis iste hic, qui edulcauit cor suum ad accedendum ad me:* id est, qui dulciter & suauiter disposuit cor suum, &c. Tanta est verbi **וַיִּרְא** gharab vbertas & amplitudo!

ECCE TURBO DOMINI, FVROR EGREDIENS.] Alij ex Hebr. 1. *Ecce quasi procella Iehoua egressus est furor.* 2. *Ecce turbo Iehoua in furore egredietur.* 3. *Ecce turbo Iehoua excaudescentiâ proditurus est.* Exornatio, ut diximus vers. 12. illustrans præcedentia propositionis & enarrationis membra: ac primum quidem futurum impiorum statum;
E E e e *elegan*

VERS. 20.

VERS. 21.

VERS. 23.

elegante allegoria, duobus versibus: deinde priorum ad Ecclesiam Dei pertinentium, verbus 35. prioribus sequentis Capitis.

PROCELLA RVENS.] מתגורר *mithgorer*, participium quadratum Hithpahel verbi גור *gur*, quod variè exponunt: *turbo manens, imminens, vel procella, inquam, sese inuoluens.* Forsterus: *turbo contractus, aut turbo se congregans, seu procella impendens.* Auenarius: *turbo peragrans, aut circumuagans.* Tremellius, Iunius, Buxtorfius: *turbo indefinenter-commorans, permanens, hospitans.* id est, inimicos Dei & Ecclesie peruens, & quasi hospitium ex hospitio quærens, donec singulos consumpserit. Ex verbo potest reddi: *horribilis-tempestas irabere-sese-faciens, vel peregrinari, incolere-sese-faciens.* Alij: à גרר *garar* deducunt: *turbo, succidens, dissecans, ferrans.* Hic versus idem omnino est cum versu 19. cap. 23.

nisi quod pro hoc participio מתגורר *mithgorer*, ibi ponitur מתחולל *mithcholel*.

NON AVERTET IRAM INDIGNATIONIS, &c.] Hic versus Hebr. eisdem verbis conceptus est, quibus 20. cap. 23. nisi quod ibi in fine additur vox *intelligentia*, quæ hîc desideratur. Variè alij conuertunt: 1. *Non reuertetur ira furoris Iehoua, vel furor ira.* id est, vehemens ira Iehouæ non sedabitur aut conquietet: *donec fecerit ipse, & donec statuerit ipse, seu adimpleuerit, exequutus-fuerit cogitationes cordis sui: in nouissimo dierum intelligentis istud.* Hebr. *in ea, vel eam.* scilicet prophetiam istam. 2. *Non auertetur astus ira, seu astuans ira, Iehoua, donec perfecerit, & donec praestiterit cogitationes animi sui: in extremitate dierum, siue tandem animaduertetis illud.* quasi dicat res ipsa plenius vos edocubunt.

CAPVT XXXI.

Dicit Dominus se reducturum populum Israel de captiuitate, vt in affluentia bonorum seruiat Domino: iubetur ergo Rachel non flere amplius filios suos: agnoscit Israel se merito castigatum, ideoque pœnitentiam agit: de nouitate qua femina circumdabit virum: vigilabit Dominus ad reducendum Israel: de vna acerba: de nouo pacto quod feriet Dominus cum domo Israel, nec abiiciet vnquam vniversum illius semen.

Vulg.

IN tempore illo, dicit Dominus: Ero Deus vniversis cognationibus Israel, & ipsi erunt mihi in populum.

2 Hæc dicit Dominus. Inuenit gratiam in deserto populus, qui remanserat à gladio: vadet ad requiem suam Israel.

3 Longè Dominus apparuit mihi. Et in charitate perpetua dilexi te: idè attraxi te, miserans,

4 Rursumque adificabo te, & edificaberis virgo Israel: adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in choro ludentium.

5 Adhuc plantabis vineas in montibus Samaria: plantabunt plantantes, & donec tempus veniat, non vindemiabunt:

6 quia erit dies, in qua clamabunt custodes in monte Ephraim: Surgite, & ascendamus in Sion ad Dominum Deum nostrum.

7 Quia hæc dicit Dominus: Exultate in letitia Iacob, & hinnite contra caput Gentium: personate, & canite, & dicite.

Malus.

IN tempore ipso, ^a Fidelis-seimo IHVH, ero ^b ELOHIM omnibus familiis Israelis: & ij erunt mihi ^c populo.

2 Sic dixit IHVH; Inuenit gratiam in deserto populus residuorum gladij: ambulare ad rigere-facere eum Israelem.

3 De longinquo IHVH visus est mihi: & amore æterni amaui te; super sic traxi te benignitate.

4 Adhuc ædificabo te, & ædificaberis virgo Israelis: adhuc ^d adornaberis tympanis tuis; & exhibis in choro ^e ludentium.

5 Adhuc plantabis vineas in montibus ^f Someronis: plantauerunt plantantes, & violabunt.

6 Quia ^g existentia diei vocauerunt asseruantes in monte Ephraim: ^h Surgite & ascendimus Tzizonem ad IHVH ELOHIM nostrum.

7 Quia sic dixit IHVH: Acclamatorie Iaghakobo lætitiã, & hinnite in capite gentium: audire-facite,

^a vide in Genes. 22. 16. sic v. 14. &c. ^b id est, in Deum pro Deo ^c datus. in populum

^d applicabis, concine nabis tympana tua ^e vide 2. Samuel. 6. v. 5. ^f Samaria

^g est dies ^h Agitedum &c. vel ve ascendamus

Salua Domine populum tuum, reliquias Israel.

8 Ecce ego adducam eos de terra Aquilonis, & congregabo eos ab extremis terra: inter quos erunt cæcus & claudus, præguans, & pariens simul, cætus magnus reuertentium huc.

9 In fletu venient, & in misericordia reducam eos: & adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea: quia factus sum Israeli pater, & Ephraim primogenitus meus est.

10 Audite verbum Domini gentes, & annuntiate in insulis, quæ procul sunt, & dicite: Qui dispersit Israel, congregabit eum: & custodiet eum sicut pastor gregem suum.

11 Redemit enim Dominus Iacob, & liberavit eum de manu potentioris.

12 Et venient, & laudabunt in monte Sion: & confluent ad bona Domini, super frumento, & vino, & oleo, & fetu pecorum & armentorum: eritque anima eorum quasi hortus irriguus, & ultra non esurient.

13 Tunc lætabitur virgo in choro, iuvenes & senes simul: & conuertam luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & lætificabo à dolore suo.

14 Et inebriabo animam sacerdotum pinguedine: & populus meus bonis meis adimplebitur, ait Dominus.

15 Hæc dicit Dominus: Vox in excelsa audita est lamentationis, luctus, & fletus Rachel plorantis filios suos, & nolentis consolari super eis, quia non sunt.

16 Hæc dicit Dominus: Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis: quia est merces operi tuo, ait Dominus: & reuertentur de terra inimici.

17 Et est spes nouissimis tuis, ait Dominus: & reuertentur filij ad terminos suos.

18 Audiens audiui Ephraim transmigrantem: Castigasti me, & eruditus sum, quasi iuenculus indomitus: conuerte me, & conuertar: quia tu Dominus meus.

19 Postquam enim conuertisti me, egi penitentiam: & postquam ostendisti misericordiam tuam, Maluenda, In libr. Isaia.

cite, extollite, & dicite; Salua IHVH populum tuum, reliquias Israelis.

8 Ecce ego venire-faciens eos de terra Septentrionis, & congregabo vos de femoribus terræ, in eis cæcus, & transaltator, prægnans, & pariens unitè. Congregatio grandis reuertentur huc.

9 In lacrymatione venient, & in gratis deducam eos, ambulare-faciam eos ad torrentes aquarum; in via recta, non impingent in ea: quia fui Israeli patris, & Ephraim primogenitus meus ipse.

10 Audite verbum IHVH gentes, & annuntiate in insulis de longinquo: & dicite, Spargens Israelem, congregabit eum, & obseruabit eum sicut pastor gregem suum.

11 Quia redemit IHVH Iaghabubum, & redimet eum de manu obtenti de eo.

12 Et venient & acclamabunt-gratulatoriè in eleuatione Tzionis, & fluent ad bonum IHVH, super frumentum, & super mustum, & super oleum; & super filios ouis, & bouis: & erit anima eorum sicut hortus irriguus; & non addent ad dolere adhuc.

13 Tunc lætabitur virgo in choro, & electi senes pariter: & vertam luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & lætificabo eos à mærore suo.

14 Et irrigabo animam Sacerdotum pinguedine: & populus meus bono meo saturabuntur, Fidelis-sermo IHVH.

15 Sic dixit IHVH, vox in Ramah audita fuit, lamentum, lacrymatio amaritudinum; Rachel lacrymans super filios suos: renuit ad consolari super filios suos, quia non ipse.

16 Sic dixit IHVH: Diminue vocem tuam de lacrymatione, & oculos tuos de lacryma; quia existit mercedis operi tuo, Fidelis-sermo IHVH; & reuertentur de terra malevolentis.

17 Et existit expectationis potestati tuæ, Fidelis-sermo IHVH: & reuertentur filij termino suo.

18 Audire audiui Ephraimum diuagare-sele-facientem: Disciplinasti me, & disciplinatus-fui; sicut vitulus non ductus-fuit: reuertere-fac me, & reuersus fui, quia tu IHVH ELOHIM meus.

19 Quia post reuertere me, penitui, & post cognosci me, complosi super femur;

i residuum

x lateribus

l congrega-
tione mag-
na

m supplica-
tionibus-
pro gratia
ut e. 3. v. 21.
n adiuuere-
faciam
o in patrem
pater

p vindicabit
q fortis, va-
lidi, robustis

præ eo
r excelsita-
te, celsitudi-
ne, excelsio
s in, cū fru-
mento &c.

t vinum-
nouum
u oleū-no-
uum, recēs;
purum, lu-
cidum, ni-
tidum

x pecoris,
gregis
y armenti
z ultra, am-
plius deinceps. sic
v. 29. 34.

a iuuenes
b datiuus, id
gaudium
c dolore,
angore

d cohibe,
inhibe, sub-
trahit

e est merces
f est expec-
tatio

g Planè,
omniò. at-
tentè audiui

h assuefac-
tus
i qui non

hi, percussus femur meum. Confusus sum, & erubui, quoniam sustinui opprobrium adulescentia mea.

20 Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus: quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius. Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum: miserans miserebor eius, ait Dominus.

21 Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines: dirige cor tuum in viam rectam in qua ambulasti: reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas.

22 Usquequod deliciis dissolueris filia vaga: quia creauit Dominus nouum super terram. FEMINA CIRCUMDABIT VIRVM.

23 Hec dicit Dominus exercituum Deus Israel: Adhuc dicent verbum istud in terra Iuda, & in vrbibus eius, cum conuertero captiuitatem eorum: Benedicat tibi Dominus, pulchritudo iustitia, mons sanctus:

24 & habitabunt in eo Iudas & omnes ciuitates eius simul, agricolæ & minantes greges.

25 Quia inebriaui animam lassam, & omnem animam esurientem saturavi.

26 Ideo quasi de somno suscitatus sum: & vidi, & somnus meus dulcis mihi.

27 Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & seminabo domum Israel & domum Iuda semine hominum, & semine iumentorum.

28 Et sicut vigilavi super eos ut euellerem, & demolirer, & dissiparem, & disperderem, & affligerem: sic vigilabo super eos ut adificem, & plantem: ait Dominus.

29 In diebus illis non dicent vltra: Patres comederunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt.

30 Sed vnusquisque in iniquitate sua morietur: omnis homo, qui comederit vnam acerbam, obstupescunt dentes eius.

31 Et ecce dies venient, dicit Dominus: & feriam domum Israel & domum Iuda fœdus nouum:

32 non secundum pactum: quod pepigi cum patribus eorum, in die, qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de Terra Ægypti; pactum, quod irritum fecerunt, & ego dominatus suum eorum, dicit Dominus:

femur: pudefactus-fui, & etiam ignominia-affectus-fui, quia leuavi probrum^k excussurarum mearum.

20 An filius pretiosus mihi Ephraim, si natus oblectationum? quia^l de sufficientia loqui me in eo, recordari recordabor eum ad huc: super sic fouerunt viscera mea eis; in viscerare in viscerabo eum, Fidelis-sermo IHVH.

21 Stare-fac tibi statuas, pone tibi palmas, pone cor tuum^m strata-via, viam ambulasti: reuertere virgo Israel, reuertere ad vrbes tuas istas.

22 Usque ad quando diuertere-te ipsam facies, ó filia reuertens: quia creauit IHVH nouam in terra, Fœmina circumgyrabitⁿ præualidum.

23 Sic dixit IHVH TZEBAOTH ELOHIM Israelis; Adhuc dicent verbum istud in terra Iehudah, & in vrbibus eius; In reuertere-facere me captiuam-abductionem eorum; Benedicet te IHVH, ó nomum Iustitiæ, P montem Sanctitatis.

24 Et habitabunt in ea Iehudah, & omnibus vrbibus eius^q vnite, & agricolæ, & mouebunt in grege.

25 Quia^r irrigaui animam^u defatigatam, & omnem animam debilitatam impleni.

26 Super istud experrectus-fui, & vidi: & somnus meus miscuit-se mihi.

27 Ecce dies venientes, Fidelis-sermo IHVH, & seminabo domum Israelis, & domum Iehudah semine hominis, & semine, x animalis.

28 Et erit, secundum quod^y amygdalau i super eos, ad^z euellere, & ad diruere, & ad auferre, & ad malefacere; Sic amygdalabo super eos, ad ædificare, & ad plantare, Fidelis-sermo IHVH.

29 In diebus iis non dicent adhuc; Patres comederunt omphacem, & dentes filiorum^a obstupescunt.

30^b Quia si^c vir in^d prauitate sua morietur: omnis hominis comedentis omphacem, obstupescunt dentes eius.

31 Ecce dies venientes, Fidelis-sermo IHVH, ^e excindam^f ad domum Israelis, & ad domum Iehudah fœdus nouum.

32 Non^g secundum fœdus, quod excidi ad patres eorum, in die obtinere me in manu eorum, ad exire facere eos de terra Ægypti: quod ij^h labefactauerunt fœdus meum, & ego potius-fui in eis, Fidelis-sermo IHVH.

^k pueritiarū

^l ex quo factis superque loquutus sū in cum

^m datiuus ad viam re-giam

ⁿ virum

^o ó nom. vide in

Exod. 15. 13.

^p mons

^q vnā, pariter, simul

^r aratores

^s proficiscuntur

^t humectauit, inebriaui

^u lassam

^x bestia,

iumenti

^y aduigilaui, intentus,

sedulus fui.

^z vide e. 1. 12.

^a sic paulo post

^b de his quatuor versibus vide e. 1.

10

^c obtunduntur, heberantur, sic

v. 30.

^d ONI

chi in,

quinimo

^e quisque

^f curuitate, distoritione,

peruersitate

^g percutiā,

feriam, iciā,

pangam

^h cum domo

ⁱ sic deinceps

^j sicut

^k fregerunt,

ruperunt